تاريخ مختصر الدول

HISTORIA COMPENDIOSA DYNASTIARUM,

AUTHORE

Gregorio Abul-Pharajio,

Malatiensi Medico,

Historiam complectens universalem, à mundo condito, usque ad Tempora Authoris, res Orientalium accuratissimè describens.

Arabice edita, & Latine versa,

ab EDVARDO POCOCKIO

Linguæ Hebraicæ in Academia Oxoniensi Professore Regio, nec non in eadem L. Arabicæ Prælectore., & Ædis Christi Præbendario.



OXONIÆ,

Excudebat *H. Hall* Celeberrimæ Academiæ Typographus,

Impensis RIC: DAVIS. M. DC. LXIII.




Sereniſſimæ Majeſtati

CAROLI II,

D.G. Angliæ, Scotiæ, Franciæ, & Hiberniæ Regis Potentiſſimi, Fidei Defenſoris, &c.

AUGUSTISSIME REX,



UOD non ſine optima ratione ab Arabibus *dictum eſt,* السلطان ظل الله في الارض Regem Dei umbram in terris eſſe; *id nos, Majeſtatis Tuæ ſubditi, experiendo cognovimus: quibus gravi calamitatum æſtu, Te ſubducto, miſerè vexatis & penè confectis (à quo haud aliud ſperare, nedum reperire potuimus remedium,*

quàm quod ſolet المستغر من الرمضا الي النار à moleſto Solis ardore ad ignem confugiens) *Tua demum præſentia refugium attulit, & refrigerationem. Quanta in Te reduce beneficia in nos contulerit Deus Opt: Max: cujus Tu in terra vices geris; quàm manifeſta præſentiæ & bonitatis ſuæ indicia, dum Te nobis reſtituit, exhibuerit, nemo eſt qui non gratus agnoſcat, niſi qui ſuam ſibi felicitatem invidet. Idoneum præbent quæ ad Te ſpectant, (omnia miraculis plena) ſi qua alia, hiſtoriæ argumentum: ac deberet certè, qui hoc in genere dignum Majeſtate Tuâ munus afferre vellet, res à Deo pro Te & per Te geſtas literis conſignare, & Te Tibi legendum proponere. Nec defuturos ſpero qui eas pro materiæ dignitate exornatas, ſeræ poſteritati admirandas, tranſmittant. Mihi, tam arduo negotio impari, liceat Majeſtati Tuæ rerum ab aliis geſtarum hiſtoriam, ex* Arabica Latinam *factam, offerre: ex qua facile percipi poterit quantum ſemper à Deo beneficium*

neficium habitus sit Rex bonus; nec unquam populo felicitatem certiorem, vel libertatem gratiorem extitisse, quam sub Rege pio; nunquam floruisse magis imperia, quàm cum sua Principibus sarta tecta conservaretur Majestas; nihil unquam magis illis fatale fuisse, quàm cum Majestas Principum apud populum vilesceret, vel qui parere debuissent, suos egressi limites, Illius munus invaserint.

Tenue est quod affero munusculum, & longè infra, cùm fastigii Tui celsitudinem, tum officii mei debitum; sed quod à grato animo, sincerique obsequii affectu profectum, (cum nihil majus habeam quo eos testatos faciam) benigne à Majestate Tua acceptum iri nequeo non sperare: cum Ille, cujus exemplum Tibi unicè imitandum proponis, à tenuioris sortis hominibus similæ pugillum non minus acceptum habuerit, quàm, quas ditiorum greges suppeditabant, majoris pretii oblationes.

Deum Optimum Maximum veneror, ut

eodem

eodem providentiæ miraculo, quo Te post tam varios casus, post tot rerum discrimina incolumem restituit, diu omnibus bonis cumulatum, & ab omni malo conservatum sospitet, Tibique diuturnum & prosperum in terris, æterni in Cœlis Regni arrham esse velit.

Serenissimæ Majestatis Tuæ

Humillimus subditus & servus

Edwardus Pocock.



Præfatio ad LECTOREM.



Regorium Abul-Pharajium, cujus jampridem Specimen edidimus, integrum hic tibi exhibemus. Qui quis fuerit, & quando floruerit, non aliunde melius diſcimus, quam ex iis quæ de ſe & Patre ſuo ab ipſo in hiſtoria iſta, quam ad ſua uſque tempora perduxit, memoriæ prodita ſunt. *Malatienſem* patria fuiſſe, religione *Chriſtianum*, Medici filium, cui nomen *Ahronem* fuiſſe indicat libri titulus, unde & illi agnomen ابن ܚܟܝܡ *Ebn Hacim*, (ſeu ܚܟܝܡܐ *Hacima*, ad linguæ *Syriacæ* normam) i. e. *Medici filius*. Nec dubito eundem eſſe quem *Ebn Hariri Tacritenſis*, in libro de Fundamentis Religionis *Chriſtianæ*, nomine *Abul Pharagii Abdallahi* ابن الطيب *Ebnol Taiyeb* ſæpius laudat, & pro الطيب *AlTaiyeb*, reponendum الطبيب *AlTabib*, quod & *Medicum* ſonat. Appellari etiam ابن قف النصراني *Ebn* (i. filium) *Koph AlNaſrani*, ſeu *Chriſtianum*, à *Judæo* quodam in exemplari hujus operis Manuſcripto notatum reperio. In præfatione Bibliorum πολυγλώττων ex editione *Pariſienſi*, ut & alibi ab *Abrahamo Ecchellenſi*, *Gregorii Bar Hebræi Syri* nomine citatur,

tur, cujus appellationis rationem ne conjectando quidem assequi possum. Quam sibi literarum gloriâ famam comparaverit, testantur splendida illa quibus à Librariis, qui opera ipsius descripserunt, insignitur elogia: qualia (ut illa quæ in libri titulo se offerunt omittamus) sunt ملك العلما وتاج الفضلا محل المشكلات الخفية من الكلمات الالهية *Rex Doctorum, corona excellentium, dubiorum in Theologicis occultorum* ἐπιλυτής, وحيد العصر وفريد الزمان *Unicum ævi decus, & seculi Phœnix*; quæ & *Syriace* expressa in titulo Grammaticæ *Syriacæ* ab ipso conscriptæ מלך ידועתנא *Rex Doctorum*, & מפרינא רמדנחא *Doctor Orientis*; &, quod majoris apud me momenti est, quod ad calcem alterius duorum, quibus usi sumus in his edendis, exemplarium, adscriptum reperi مصنفه ابو الفرج بن حكيما كثير الاطلاع وحصل علوما شتى واتقنها وانفرد بالطب في زمانه حتى شدت اليه الرحال بارض المغرب كان عيسويا واخذ منه كثير من فضلا المسلمين *Author hujus libri*, AbulPharajius Ebn Hacima, *vir fuit multæ lectionis, variisque scientiis instructus & penitus imbutus; Artis Medicæ peritia adeo tempore suo eminuit, ut ad eum è plagis Occidentalibus itinera instituerentur: Christianus fuit, à quo tamen multi è* Moslemiorum *eximiè doctis didicerunt.* Quæ si *Ebn Chalecani*, authoris celeberrimi, qui de vitis Virorum Illustrium scripsit, manu exarata fuerint, (ut ibidem alterius manu, ni me fallunt paulo obscuriora literarum vestigia, notatum est) vel ex eodem deprompta, testimonium est omni exceptione majus. Addit idem (quisquis fuit) وقيل انه عند موته رجع عن الاعتقاد العيسوية

العيسوية *Et dicitur ipſum morti propinquum à profeſſione Chriſtiana deſciviſſe.* At non ab aliis hoc dictum videtur quàm ab iis qui tantam eruditionem *Chriſtianis* inviderent. Si Apoſtatam egiſſet, nequaquam eum tanto honore, ſed Anathematis potius & diris proſecuti fuiſſent Chriſtiani, apud quos אבון קדישא *Pater noſter Sanctus*, & ريس روسا الامة النصرانية *Chriſtianorum Princeps primarius*, & خلاصة نضار الملة اليعقوبية *Secta Jacobitica puriſſima ſubſtantia*, etiam poſt mortem audit. Multa ſcripſiſſe videtur, è quibus nihil adhuc nobis videre contigit, præter Grammaticam *Syriacam*, & opus hoc Hiſtoricum; quod titulo مختصر الدول *Dynaſtiarum compendii*, inſignitum eſt in codice Manuſcripto, ſed manu recentiori; eoque in ſcriptis ſuis laudatum ab Authore non indocto, *Ebn Spahio*, qui & eodem exemplari aliquando uſus videtur: nam ipſius nomen notis quibuſdam ad marginem appoſitis ſubſcriptum reperitur. Ejus in laudem cedit, quod ab homine licet Chriſtiano profectum, dignum tamen viſum eſt quod & *Mohammedanorum* & *Judæorum* manibus tereretur, ut videre eſt è notis utriuſque ſectæ Lectorum quibus paſſim aſperſi ſunt exemplaris jam memorati margines, in quibus nihil ei, niſi quo magis commendatur, vitio vertitur: quod ſcil: de rebus quæ vel *Mohammedaniſmum* vel *Judaiſmum* ſpectant liberius aliquando quam illi vellent, loquatur; quo nomine dum ab uno culpatur, alium aliquando defenſorem invenit, ut è verbis in notis ad ſpecimen Hiſtoriæ *Arabicæ* p. 193. allatis liquet. Sed nec Orientalibus ſolis placuit, poſſem & è noſtris magni nominis teſtes proferre qui cal-

culo suo approbarint, opus utilissimum esse, & quod lucem videret dignissimum: inter quos minime silentio mihi prætereundus est Clarissimus & Doctissimus, mihique dum vixit amicissimus, *Gerardus Langbainius*, qui editionis hujus suasor præcipuus fuit, & si diutius vixisset Promotor egregius fuisset; cui cum objicerem, eum in iis quæ de antiquiorum temporum rebus, *Græcis* præsertim & *Romanis*, scripsit, nonnulla tradere, ab iis quæ in istarum gentium fide dignis scriptoribus reperiuntur, multum diversa, hoc adeo ei vitio non vertendum censuit, ut mirari potius se diceret eum, qui linguas *Græcam* & *Latinam* non calleret, tantam istarum rerum notitiam habere potuisse, nec à vero longius abiisse. Nec certe sponte vel per incuriam in his falsus videtur, sed in errorem ab iis (sequioris forsan, apud *Græcos* ævi) sive authoribus, sive Interpretibus, inductus, qui & alios plerosque Orientalium scriptores fefellerunt. In iis quæ *Mohammedis* tempora sequuntur, ad fidem ei adstruendam non parum facit, quod, cùm de Historia *Alis Ebno'lAthiri* pronunciet *Ebn Chalecan*, esse illam من خيار التواريخ *è præstantissimis historiarum*, in iis quas videre contigit operis istius partibus (integrum enim mihi nondum visum) Nostrum hunc ad amussim fere in omnibus convenire reperimus. Magni istius Imperii *Jingzchanici*, seu *Tatarorum Mogulensium* (quale vix solem aliud vidisse, ait; ejusque, tanti licet, tam crassam apud *Europæos* ignorantiam, famæ obliquitati imputat *Schickardus*): sub quo vixit, multorumque ab iis gestorum testis αὐτόπτης fuit, ortum & progressum adeo luculenter discribit, ut vel eo solum nomine,

lucefrui &'à Doctis legi dignus videatur. Quæ de illis narrat *Abraham Zacuth*, libri *Juchasin* Author, ut & alia apud ipsum multa, ex eo desumpta fuisse, Doctum quendam *Judæum Constantinopoli* monuisse memini, & legenti facile patebit. Sed nolo plura quæ Authorem tibi commendatum reddant, sollicitè congerere: certum est enim te judicio tuo usurum, & æquum est ut utare. Si quid à nobis præstitum sit quæras, scias nos duorum exemplarium fide, *Arabica* dedisse; in versione *Latina* illud spectâsse, ut licet elegantiam forsan requiras, fidem non desideres. Utraque ut, quam maximè fieri potuit, emendate prodirent in votis fuit; quæ ne prorsus irrita forent, in tanta operarum his in rebus imperitia, factum est sedulâ curâ Doctissimi & Diligentissimi viri *Samuelis Clerici*, Academiæ Architypographi: cujus ideo libentius mentionem facio, quo ad opus, quod meditatur, Chronologicum & Geographicum, omnibus, qui Historias Orientales lecturi sint, utilissimum futurum, perficiendum ipsius fidem obstringam.



In nomine Dei Miseratoris Misericordis.

Dixit Patronus & Dominus noster Pater Sanctus, sincerus, eximius, doctrinâ & eruditione insignis, Doctorum Rex, excellentium excellentissimus, temporum exemplar, seculi Phœnix, præcellentium & sapientum gloria, Doctor divinitùs adjutus, Mar Gregorius Abul-Pharaj, *filius excellenter sapientis* Abronis *Medici* Malatiensis, *quem Deus misericordiâ suâ protegat.*



Aus Deo, qui primus est sine initio, & ultimus sine fine; qui Verbum possidet unicum. & vitam æternam; qui à superioribus colitur in excelsis, & ab interioribus in profundis adoratur: & pax Angelis ejus adsistentibus, nec non prophetis, qui ad obsequium Dei & timorem dirigunt, atque ita incedendum ut vias ipsi gratas insistamus. *Præfatio.*

His præfatis, in compendiosa Epitomes hujus *De Dynastiis* tractatione, statui intra ea subsistere quorum narratione alterum è duobus commodis percipiatur, vel imitandi scil. studium, vel metus, è rebus in autoritate positorum & sapientum tam benè quàm malè gestis; ea è libris, qui in hoc genere variis linguis, *Syriaca*, viz: *Arabica*, alíisque compositi sunt, colligendo, ita ut initium à prima Creatione sumens, ætatem usque nostram rem deducam. Estque opus dispositum per decem Dynastias quas Deus inter gentes ita distribuit ut eas aliæ post alias per * vices administraverint. * p. 2.

Dynastia *prima* est Dynastia Patrum Sanctorum ab *Adamo* hominum primo. *Secunda*, ea quæ à Patribus sanctis translata est ad Judices, nempe Judices *Israëlitarum*. *Tertia*, quæ translata est à Judicibus *Israëlitarum* ad Reges ipsorum. *Quarta*, quæ translata est à Regibus *Israëliticis* ad Reges *Chaldæorum*. *Quinta*, quæ translata est à Regibus *Chaldæorum* ad Reges *Magorum* [*Persarum.*] *Operis partitio in Dynastias 10.*

A *Sexta,*

Dyn. I. *Sexta*, quæ translata est à Regibus *Persarum* ad Reges *Græcorum* Idololatras. *Septima*, quæ translata est à Regibus *Græcorum* Idololatricis ad Reges *Francorum*, [Imperatores *Romanorum*.] *Octava*, quæ translata est à Regibus *Francorum* ad Reges *Græcorum* Christianos. *Nona*, quæ translata est à Regibus *Græcorum* Christianis ad Reges *Arabum Moslemiticos*, [*Mohammedanos*.] *Decima*, quæ translata est à Regibus *Arabum Moslemiticis* ad Reges *Mogul*.

Dynastia prima, [Patrum] Sanctorum antequam ingrederentur terram promissam.

Dynastia I. Patriarcharum. Dicunt qui historiis populorum operam navârunt, & in seculorum seriem diligentiùs inquisiverunt, origines gentium antiquitùs septem fuisse, viz: *Persas*, *Chaldæos*, *Græcos*, *Ægyptios*, *Turcas*, *Indos*, *Sinenses*. Deinde harum gentium singulæ in alias distributæ sunt, divisæque linguæ, & religiones distinctæ. Omnes interim *Sabii* erant Idola colentes ad similitudinem substantiarum superiorum ac corporum cœlestium [conficta.] *Iidem tamen tam multifariam divisi, & sectis diversi, duarum sunt classium; quarum altera scientiis operam dedit, (quales sunt *Chaldæi*, *Persæ*, aliique, quorum loco suo fiet mentio;) alteri nihil ejusmodi curæ fuit, (quales sunt *Sinenses*, *Turcæ*, *Chalybes*, *Barbari*, *Æthiopes*, & qui his conjuncti.) Quod ad *Sinenses*, hi gentes [alias] numeri frequentiâ, imperii magnitudine, & amplitudine regionum excedunt. Cingunt territoria ipsorum, quà longissimè ad Orientem protenditur terra habitabilis, quicquid est inter lineam æquinoctialem ad ultimum septem climatum Septentrionem versùs. Ea scientiæ portio quâ cæteras gentes superârunt, est artium Mechanicarum peritia, & in pingendi arte præstantia. Porrò *Turcæ*, sunt & ipsi gens numero frequens, ditionibus ampla. Illud è quo gloriam sibi vendicant, est rerum bellicarum studium, atque instrumentorum ad easdem pertinentium tractandorum ratio; súntque hominum in arte equestri peritissimi, in feriendo, percutiendo, jaculandóque perspicacissimi.

* p. 3.

Gentium distributio, & ingenia varia.

Sinensium.

Turcarum.

Hujus classis reliqui, eorum scil. qui scientiis curam non impendunt, bestiarum quàm hominum similiores sunt. Eorum enim qui ad Septentrionem propiùs accedunt, dum nimia solis à vertice ipsorum distantia, temperaturam frigidam, & humores crudos reddit, grande-

Populorum Septentrionalium.

scunt

scunt corpora, albicant colores, & prolixi dependent crines; at hinc intellectûs subtilitate, & conceptuum acumine privantur, adeo ut dominetur ipsis stultitia & hebetudo, latéque inter ipsos propagentur error & oscitantia. Hujusmodi sunt *Chalybes* & qui illis vicini. Illis autem eorum qui propè & ultra æquatorem, ultimum usque terræ habitabilis terminum, siti sunt *Austrum versùs, ob diuturnam Solis vertici ipsorum imminentis vicinitatem, calidæ sunt temperaturæ, humores adusti, color niger, capilli crispi; quam & ob causam patientiâ carent, & aciei mentis intentione privantur: uti *Æthiopibus*, & reliquis *Nigritarum* contingit, exceptis *Indis*: illis siquidem Deus, multis eorum qui colore fusco vel candido gaudent, præcellere dedit; súntque Fodina sapientiæ, & fons justitiæ, nisi quod mundi æternitatem adstruant, & irritas habeant prophetias, & pro illicitò ducant animalia mactare, eadémque dolore affici prohibeant.

Dyn: I.

Australiū.

* p. 4.

Indorum.

Adam Pater Hominum creatus est die *Veneris*, sexto mensis primi (qui *Nisan* erat) anni mundi primi, postquam creâsset Deus Opt: Max: Die Solis, (qui primus erat *Nisan*,) cœlum supremum, *i. e.* Sphæram nonam quæ movetur motu primo ab Oriente ad Occidentem; Terrámq;, & novem ordines Angelorum, & lucem, & quatuor Elementa.

Historia Creationis.

Cùm creâsset die *Lunæ* Expansum, quod est nimirum Cœlum mundanum, Sphæra nempe octava, & quas complectitur septem Sphæras quæ moventur motu secundo ab Occidente versùs Orientem; Et die *Martis* imperâsset aquæ, quæ confluxit in locum unum, ita ut constitueret mare; Et apparuisset terra producens herbas & arbores tam frugiferas quàm quæ fructus non ferunt; Et die *Mercurii* dixisset Idem, omnium qui dicunt Potentissimus, Sint Luminaria, *i.e.* Stellæ suprà in expanso, quæ distinguant Noctem & Diē, & sint signa sint Temporum, Dierum,* & Annorum; atq; affixæ fuerint Stellæ fixæ Spheræ octavæ, & duo illa Luminaria cum quinq; errantibus singula suis orbibus, præfectúsq; esset Sol dominio Diei, & Lunæ præfectura noctis commissa; manerétque Sphæra solùm nona [stellis] nuda;

* p. 5.

Et Die *Jovis* creâsset Deus excelsus Dracones magnos, & omnem animam quæ movetur in aquis, & omnem volucrem alis præditam;

Et die *Veneris* mandâsset terræ, quæ produxit animantia, bestias & feras & reptilia; tunc Angelos suos alloquutus, dixit; Agite, Creemus hominem ad imaginem & similitudinem nostram, scientem

Dyn. I. bonum & malum, eáque agendi potestate prædictum; tum apparuit dextra expansa in qua erant particulæ è quatuor elementis, in quas cùm sufflasset halitum vitæ, extitit *Adam*, Juvenis. Deinde immisit Deus illi somnum, exemptâque è costis ejus unâ de latere ipsius dextro formavit ex ea *Hevam*, matrem hominum: eósque ambos in Horto *Eden*, qui Paradisus est, collocavit, cujus situs ad Orientem fuit; permisitque illis ut comederent de omni fructu Paradisi exceptâ solùm arbore scientiæ boni & mali. Isti diei successit Sabbatum, in quo nihil prorsus creavit.

De simultanea rerum omnium creatione, Greg. Nysseni et Jacobi Edesseni sententia.

Jam è Doctis apud nos *Gregorius Nyssenus*, & *Jacobus Rohaensis* autumant omnia quæ creata sunt uno [simul] extitisse momento, Scripturam autem sacram assignâsse originem cujusvis rei Diei [suo] ut pulchritudinem ordinis quæ in rebus cernitur, nobis indicaret; *Deúmque nullâ necessitate compelli, sed agens esse voluntarium, cui potestas sit creandi & quod velit, & quando velit.

*p. 6. *Lapsus Protoplastorum.*

Erántque *Adam* & *Heva* nudi sine vestibus, nec pudore tamen affectus est alter ab altero, donec Satan in Serpentem intrans *Evam* deceperit, ita ut de fructu, cujus esum prohibuerat Deus, comederet, eundémque porrigeret *Adamo* Viro suo, qui & comedit: tum enim aperti sunt oculi cordium ipsorum ut nuditatem suam sentirent, unde pudore suffusi foliis se ficulneis cinxerunt.

Expulsio è Paradiso.

Expulit eos ergò Deus ex horto *Eden* in terram, horâ nonâ diei *Veneris*, cùm creati essent horâ primâ ejusdem diei.

De fructu prohibito sententia variæ.

Diversum autem sentiunt Doctores nostri de fructu illo prohibito, dicentibus aliis triticum fuisse, aliis uvas; pluribus autem ficum.

Gr. Nysseni. Naziana. zeni.

Porrò *Gregorius Nyssenus* ait indigitari hoc facultatem concupiscibilem: *Nazianzenus* autem dubitationem de essentia Dei & attributis ejus indicari.

Adami liberi primi.

Ex sententia *Mar Thudiusi* [*Theodosii*] triginta annis postquam expulsus fuisset è Paradiso, cognovit *Adam Hevam*, quæ *Cainum* & *Climiam* sororem ejus gemellos peperit. Et post alios triginta, cùm rursus eam cognovisset, peperit *Abelem* et *Lebudam* sororem ejus, gemellos:

Eorum conjugia.

deinde post septuaginta annos alios, cupiente *Adamo* unum eorum connubio jungere cum sorore gemellâ fratris sui, renuit

Sacrificia prima.

Kain, gemellam suam petens: ideòque munus offerens de fructibus terræ suæ, eò quod Agricola esset, acceptus non est, *ob viæ suæ nequitiam: offerens autem *Abel* munus de primogenitis ovium suarum,

* p. 7.

eò

Dyn. I.

eò quòd Pastor esset, ob probitatem conversationis suæ acceptus est. Fovens ergò *Cain* odium occultum in fratrem suum, ipsum fraude seductum interemit; deinde sedem sibi accepit regionem *Nod*, quæ extra terminos à patre ipsius genitorum fuit. Luxit autem *Adam Habelem* centum annos, deinde cùm reversus *Evam* cognovisset, peperit [illa] *Sethum*. Quod autem tunc temporis fluxerat de ætate *Adami* erat, secundùm sententiam septuaginta duorum Seniorum, qui interpretati sunt Legem & libros Prophetarum *Ptolomæi* Regis *Ægypti* gratiâ, (ante adventum Domini nostri *Christi*, cujus mentioni honos deferatur,) (uti loco suo ostendetur,) anni ducenti triginta: at secundùm sententiam Legis quæ in manibus est *Judæorum* post adventum Christi, anni centum triginta. Totáque *Adami* vita secundùm utrámque sententiam annorum fuit nongentorum triginta.

Abel occiditur. — *Seth nascitur.* — *Discrepantia inter textum Hebraicum et versionem ꝧ LXXII.*

2. *Sethi inventa, gesta, instituta et proles.*

Seth filius *Adami*. Fertur illum primum scribendi authorem fuisse; & progeniei suæ vitæ beatæ, quæ parentibus suis in Paradiso fuerat, desiderium ingessisse, adeò ut in montem *Hermon* secesserint, cultui Dei, pietati & continentiæ dediti, neutiquam ad mulieres accedentes; undè vocati sunt *Bani Elohim*, *i. e.* Filii Dei. Genuit *Seth Enoshum* annos natus tunc temporis, secundùm sententiam septuaginta Seniorum, ducentos & quinque: at juxta sententiam *Judæorum* centum & quinque. Vixit autem ita, secundùm utrámque sententiam, annos nongentos duodecim.

3. *Enoshi item.*

Enosh filius *Sethi*. Dicitur ille primus fuisse qui invocavit nomen Domini, largitúsque est ei * Dominus scientiam originis [rerum,] & cursûs Syderum: ille autem licèt prorsus à fœminis non abstinuerit, haud [tamen] neglexit quo minus ad Deum quàm proximè accederet. Genuitque *Kainanum* filium suum natus tunc temporis, secundùm sententiam septuaginta Interpretum, annos centum nonaginta: at secundùm sententiam *Judæorum*, nonaginta: tota autem vita ejus, secundùm utrámque sententiam, erat annorum nongentorum & quinque.

* p. 8.

4. *Et Kainanis.*

Kainan filius *Enoshi*. Natus est ei *Mahlaleel* cùm natus esset ipse, secundùm sententiam septuaginta Interpretum, annos centum septuaginta; at secundùm sententiam *Judæorum*, septuaginta. Totum quod vixit spatium, secundùm utrámque sententiam, anni nongenti decem.

Dyn. I. *Mahlaleel* filius *Kainan.* Natus eſt illi *Yared* cùm vixiſſet, ſe-
5. cundùm ſententiam ſeptuaginta Interpretum, annos centum ſexa-
Et Mahlaleelis. ginta quinque; ſecundùm ſententiam *Judæorum*, ſexaginta quinque: vita autem ejus tota, ſecundùm utramque ſententiam, annorum fuit octingentorum nonaginta quinque.

Yared filius *Mahlaleelis.* Natus eſt illi *Ebnoch*, cùm natus eſſet,
6. ſecundùm utramque ſententiam, annos centum ſexaginta duos. To-
Et Yaredis. ta ejus vita fuit annorum nongentorum ſexaginta duorum. Anno autem *Yaredis* quadrageſimo, deſcendentes filii Dei de monte *Hermonis*, cùm de reditu in Paradiſum deſperarent, fœminas concupiverunt; cúmque uxores illis dare recuſarent propinquitate ipſis juncti, deſpectui illos habentes, *Kainitæ* eos ad matrimonia invitârunt [ultrò] illis filias ſuas præbentes, quibúſcum cùm congreſſi eſſent pepererunt Gigantes bellis & incurſionibus hoſtilibus præſtantes. Et dicitur filias *Kain* confeciſſe primùm inſtrumenta Muſica, ad ea cantantes, ideóque * vocari linguâ *Syriacâ* Canticum *Kinta* per [vocalem] Ceſre: appellántque *Arabes* Puellam Cantatricem *Kainah*, cum Fatha literæ Koph.

Sethiadæ defectores. Gigantes. * p. 9. *Muſicorum inſtrumentorum inventio.*

Enoch filius *Yared.* Natus eſt illi *Mathuſhalah*, cùm ipſe natus
7. eſſet annos centum & ſexaginta quinque ſecundùm *Septuaginta*: at ſecundùm ſententiam *Judæorum* ſexaginta quinque. *Ebnoch* iſte mandatorum Dei purorum tenax fuit, eáque præſtitit, & quod bonum eſt ſequutus, malúmque averſatus permanſit in cultu Dei annos trecentos, dein tranſtulit illum Deus vivum quò ipſi placuit, dicitur autem quod in Paradiſum.

Ebnochi *vita ratio, & tranſlatio.* * *ſc. poſtquam filios genuiſſet.*

Sectio.

Autumant *Græci* antiquiores *Ebnochum* eſſe *Hermetem* qui *Triſmegiſtus* cognominatus eſt, q. d. triplicis doctrinæ autor, quòd tribus attributis eſſentialibus Deum deſcripſerit, viz. Exiſtentiâ, Sapientiâ, & Vitâ. *Arabes* autem ipſum *Edriſum* appellant. Ac dicitur tres fuiſſe *Hermetes*, quorum primus fuit *Hermes* ille qui *Saidam Ægypti* ſuperioris incoluit, ac primus omnium de ſubſtantiis ſuperioribus loquutus eſt, & de diluvio præmonuit, veritúſque ne perirent ſcientiæ, atque obliterarentur artes, Pyramides extruxit, quibus omnia artificia & inſtrumenta inſculpſit, & in iiſdem ſcientiarum ordines delineavit, eas conſervatas poſteris tradere cupiens; ſecundus

Diluvium prædixit.

dus *Hermes Babylonius*, qui in *Calwada Chaldæorum* urbe habitavit, ac post diluvium floruit; atque primus urbem *Babelem* condidit post *Nimrodem Cushi* filium. Tertius demum *Hermes Ægyptius*, qui * *Trismegistus*, i. e. sapientiæ tertias occupans, vocatus est; quòd *Hermetum* Sapientum tertius fuerit, & translatum est è libris ipsius pauxillum quid, viz. sermones ipsius ad discipulum suum *Tatium*, formâ interrogationum & responsionum dispositi, nullo connexionis vel consequentiæ ordine, cùm exemplar originarium * vetustate exesum fuerit. Extat autem exemplar apud nos linguâ *Syriacâ*. Ac fertur *Hermetem* primum centum & octoginta urbes condidisse, quarum minima *Roha*: ipsúmque hominibus cultum Dei, jejunium, preces, eleemosynam, utque festa descendentibus in domibus suis, atque ascendentibus planetis agerent, præscripsisse, necnon singulis noviluniis, & quotiescunque Sol aliquod è duodecim signis ingrederetur; utque ex omnibus frugibus primitias, & è suffitibus, & vinis præstantissima offerrent, necnon ebrietate, & cibis illicitis interdixisse. *Sabii* autem autumant *Sethum Adami* filium Agathodæmonem *Ægyptium* esse, *Hermetis* præceptorem, fuitque *Asclepiades* Rex unus [eorum] qui ab *Hermete* sapientiam hauserunt, quemque *Hermes* quartæ terræ tunc temporis habitatæ parti præfecit, ei nempe quam post diluvium incoluerunt *Græci*. Cùm autem *Hermetem* ad se sustulisset Deus, magno eum ob casum mœrore affectus est *Asclepiades*, eam quam passi sunt terricolæ benedictionis & * scientiæ ejus jacturam dolens; & simulachrum sibi ad ipsius similitudinem conflavit, quod in templo ubi sacra peragere solebat statuit: Ita comparato simulacro, ut quantum fieri potuit, * gravitatis apparatum & majestatis speciem præ se ferret. Deinde eundem in cœlum sublatum effinxit, atque aliàs coram eo stans, aliàs sedens quædam ex ipsius sapienter dictis & præceptis * de cultu [divino] recitabat. Post diluvium verò putârunt *Græci* simulachrum illud *Asclepiadis* ipsius fuisse, illúdque maximo in honore habuerunt. Solebat enim *Hippocrates* cùm discipulos suos jurejurando adigeret, dicere, Adjuro vos per Deum Creatorem mortis & vitæ, & Patrem meum, patrémque vestrum *Asclepiadem* &c. Pinxit autem ipsum manu herbam *Althæam* tenentem, hoc eximiam ejus in rebus moderationem, lenitatem, mansuetudinem, & in conversatione facilitatem

Innuens.

Dyn. I.

* p. 10.

* al. *In Lingua Babylonica.*

al. *beneficiorum.*

* p. 11.

* al. *secundum consuetudinem.*

Dyn. I.

innuens. Et dicit *Galenus*, haud respuendam esse medelam, quæ ægrotis ingressu templi *Asclepiadis* acquiritur. Dico autem, quicquid narrationum de rebus ante diluvium affertur, quod Prophetico sermoni non innititur, meram esse conjecturam atque opinationem,* cùm nemo sit, qui eas memoriæ prodiderit.

**vel, cùm penitus abolita sint ea de quibus instituuntur. al. ob antiquitatem eorum &c.*

Methushalah filius *Ehnoch*. Natus est ipsi *Lamech*, cùm ipse secundùm sententiam *Septuaginta* interpretū annorum esset centum sexaginta & septem: at secundùm sententiam *Judæorum* centum octoginta septem: tota ejus vita ex utraque sententia fuit annorum nongentorum & sexaginta duorum.

Lamech filius *Methushalah*. Natus est illi *Noah*, cùm ipse natus esset secundùm sententiam *Septuaginta* interpretum centum octoginta
* p.12. octo annos, at secundùm sententiam **Hebræorum* centum octoginta duos: tota ejus vita secundùm utramque sententiam annorum fuit septingentorum septuaginta trium, mortuúsq; est ante patrem suum.

Noah filius *Lamec*. Natus est illi *Sem*, cùm vixisset secundùm utramque sententiam quingentos annos, erátque tota ejus vita annorum nongentorum & quinquaginta. Anno autem sexcentesimo vitæ *Noæ* homines confusis rebus, vetita permiserunt, & illicita perpetrârunt: fuit autem *Noah* justus, verax, cui Deus diluvii rationem exponens, jussit arcam extruere, cujus longitudo esset trecentorum cubitorum, & latitudo quinquaginta cubitorum, altitudine triginta cubitorum, in quam descendit ipse cum uxore, & tribus filiis, scilicet *Sem*, *Ham*, & *Japhet*, eorúmque uxoribus, & introduxit secum ex omni specie volucrum & animalium mundorum septem paria, mares & fœminas, immundorum par unum, & de alimento, quantum sibi, & illis qui cum eo erant, ad vitam conservandam sufficeret. Dicitur etiam cum illis in arcâ fuisse capulum Patris nostri *Adam*. Deinde assiduis imbribus stillavit cœlum, & continuæ descenderunt pluviæ, fluxerúntque passim aquæ quadraginta dies, quorum primus fuit vicesimus septimus mensis *Ayar*, ut * illisa sint ædificiis fluenta, omniáque obrueret aqua, quæ montes excelsos transcendens, ipsos quindecim cubitis superavit, mansitque hoc annum integrum. Tum recordatus Deus *Noæ*, & eorum qui cum eo in arca erant, de-
* p.13. scensum aquarum cohibuit, & fortiter flantibus * ventis, exiccata est aqua, substititque arca in monte *Kordorum* qui *Giuda* appellatur.

**vel, pervaserint terram habitabilem.*

Post

Poſt hæc emiſit *Noah* Corvum, quò ſtatum terræ exploraret; Dyn. I.
cúmque non rediret [corvus] cadaverum eſu detentus, poſt eum emiſit Columbam, quæ locum ubi ſubſiſteret non inveniens, ad *Noam* rediit. Cúmque expectâſſet adhuc ſeptem dies, alteram emiſit columbam, quæ veſperi ad eum reverſa roſtro ſuo folium olivæ tulit: unde novit aquam jam defeciſſe, & poſt dies aliquot alium emiſit volucrem, qui reverſus non eſt. Cúmque [jam] annum integrum manſiſſet, exiit ipſe cum familiâ ſuâ ex arcâ vigeſimo ſeptimo [die menſis *Ayar*] anni *ſecundi: extructâq; arâ, obtulit ſacrificium, quod acceptum habens Deus, fideliter illi promiſit nunquam ſe ſuper creaturas ſuas diluvium [rurſus] adducturum, neque in poſterum animantia deſtructurum, ſignum placiti ſui Iridem cœleſtem ſtatuens, quæ in nubibus conſpicitur. Permiſitque Deus *Noæ*, ut carne ovium & pecudum veſceretur, vinúmque biberet, *quæ nec antea prohibuerat: & incepit *Noah* colere terram, plantaréque vineam, & de liquore ejus bibit, quo die quodam inebriatus cùm in tentorio ſuo ſe retexiſſet, conſpiciens ipſum filius ipſius *Ham*, illuſit ei, illúdq; fratribus ſuis *Semo* & *Japheto* indicavit; qui ſumpto pallio patrem ſuum texerunt, dein reverſi ſunt retrocedentes ne expergiſceretur. Experrectus autem *Noah*, cùm quid ſibi factum eſſet noviſſet, *Canaani* filio *Hami* maledixit, dicens ſemen ipſius poſt eum in ſervos gentibus futurum. Maledixit autem ei *Noah*, cùm culpa patris ejus, * non ipſius eſſet, quòd per revelationem ſciret, quid in inſtrumentis luſûs conficiendis, & muſicâ moliturus eſſet, inque ſcortatione aliiſque rebus turpibus, quibus operam dederant filii *Kain*, edocendis.

Noah ex arca egreditur.

*al. tertii

*al. quæ antea.

p. 14*

Porro poſt diluvium diſtribuit *Noah* [terram] habitabilem inter filios ſuos, quà in latitudinem ab Auſtro Septentrionem verſùs patet; deditque *Hamo* regionem *nigrorum*, *Semo* regionem *fuſcorum*, & *Japheto rubrorum*. *terram diſtribuit.*

Deinde obiit nongentos & quinquaginta annos natus. Jam à creatione mundi ad adventum Diluvii ex ſententiâ *Septuaginta* anni ſunt bis mille ducenti quadraginta duo, ex ſententiâ *Judæorum* mille ſexcenti quinquaginta ſex, & ex ſententia *Samaritanorum* mille trecenti & ſeptem: qui [computus] ſummè erroneus eſt, quòd *Noam* ſimul cum *Adamo* annis ducentis viginti & tribus vixiſſe ſtatuat, *moritur.*

Dyn. I. tuat; cujus rei nulla, vel à Deo, vel à Prophetis ejus, mentio facta est.

Abinanus, (fors. Anianus) Alexandrinus. Dicit autem *Abinanus* Monachus *Alexandrinus*, inter principium creationis *Adami* & diem *Veneris*, in quâ contigit diluvium, fuisse annos bis mille ducentos viginti & sex, mensem unum, dies viginti tres, & horas quatuor.

Sem filius *Noæ*. Natus est illi *Arphachshad*, cùm annorum centum & unius esset: totáque ejus vita fuit annorum sexcentorum.

Porro fertur *Noachum Semo* filio suo præcipientem hæc dixisse:
p. 15. Ego ubi mortuus fuero, tu capulo Patris nostri *Adami* * ex arca sublato,
Melchisedek. assume tibi è filiis tuis *Melchisedekum*, ille enim sacerdos est Dei Altissimi, ac unà euntes capulum eò [deferte] quò vos Angelus Domini direxerit: fecerunt ergo mandatum istud, direxítque eos Angelus ad montem * *Beitalmakdes*; ubi cùm capulum in colle quodam deposuissent, ipse in eo subsedit. Reversúsque est *Sem* ad suos, *Melchisedek* autem non rediit, sed ibi urbem *Hierusalem* appellatam extruxit, (i.e. Urbem pacis, unde & ipse appellatus est *Melec Salem*, i.e. Rex pacis,) atque in ea reliquum vitæ suæ [tempus] degit, cultui Dei addictus: nec fœminam attigit, nec sanguinem fudit, sacrificium ipsius panis tantùm & vini fuit. Cùm autem Scriptura sacra illustrem ejus statum describens, descriptionem genealogiæ ejus, duásq; nativitatis & mortis Epochas omiserit, dixit beatus Apostolus *Paulus* nec fuisse diebus ejus principium, nec finem annis ejus: factúsque est Typus Christi in prophetiâ *Davidis*, ubi ait, Tu es Sacerdos in seculum in morem *Melchisedeki*. In eodem autem colle quo sepultus est *Adam*, Crucifixus est Dominus *Christus*.

* i.e. Hierosolymitanum.

Adam sepultus, ubi Christus crucifixus.

Arphachshad filius *Semi*. Natus est illi *Kainan*, secundùm sententiam *Septuaginta*, cùm annorum esset triginta & centum, totáque ejus vita annorum quadringentorum sexaginta & quinque fuit. Nulla est autem hujus *Kainanis* in lege Hebraicâ mentio, neque in eâ quæ in manibus est *Samaritanorum*; at in Evangelio *Lucæ* memoratur.

Kainan filius *Arphachshadi*. Natus est illi *Shaleh*, secundùm sen-
p. 16. tentiam *Septuaginta*, * cùm centum & triginta annorum esset; totáque ejus vita quadringentorum & triginta fuit: at verò ex sententiâ *Judæorum*, cùm *Arphachshad* triginta & quinque annorum esset, natus

tus est ei *Shaleh*. Ita & Samaritani *Shaleh* filium *Arphachshadi*, non *Kainanis* filii *Arphachshadi*, statuunt: Dicitur *Kainanem* istum Astronomiam post Diluvium primùm invenisse, ipsúmque filios ipsius pro Deo habuisse, & simulachro ei post obitum conflato coluisse: ipsúmque urbem *Harran* nomine *Harranis* filii sui condidisse. Dyn: I. *Astronomia post diluvium inventio.*

Shaleh filius *Kainanis*. Natus est illi *Eber*, cùm esset juxta sententiam *Septuaginta* centum & triginta annorum, & juxta sententiam *Judaeorum* triginta annorum: & tota ejus vita fuit quadringenti & sexaginta anni.

Eber filius Shaleh. Natus est illi *Phaleg*, cùm esset secundùm sententiam *Septuaginta* centum triginta trium annorum; at secundùm sententiam *Judaeorum* triginta quatuor annorum: tota ejus vita fuit annorum trecentorum quadraginta quatuor. Ab eo deductum est nomen *Ebraeorum*; [vel ut] alii dicunt ab *Abrahamo*, quòd fluvios ab *Eraco* in *Syriam* profectus transiret. E doctoribus nostris *Basilius* & *Ephraim* affirmant, ab *Adamo* usque ad *Eberum* istum linguam hominum unam, eámque *Syriacam* fuisse, eâque Deum cum *Adamo* loquutum esse. Divisa autem est [ea] in tres dialectos, quarum elegantissima est *Aramaea*, quâ utuntur *Rohae*, & *Harrani*, & *Syriae* exterioris incolae; dein *Palaestina*, quae incolarum *Damasci* * & montis *Libani*, & reliquae * *Syriae* interioris lingua est: maximè rudis autem *Chaldaea Nabataea*, quâ loquuntur montium *Assyriae*, & pagorum *Eraci* incolae. Asserit verò *Jacobus Rohensis* non desiisse omnes *Hebraicè* loqui, donec confusi essent linguae *Babeli*. Hebraei unde dicti. *Lingua Syr: dialecti.* p. 17.

Phaleg filius *Eberi*. Natus est illi *Aru*, cùm secundùm sententiam *Septuaginta* annorum esset centum triginta: at secundùm sententiam *Judaeorum* triginta: tota ejus vita trecentorum quadraginta trium fuit. Anno autē centesimo quadragesimo *Phalegi* [*Pholegat* i,e.] divisa est terra divisione secundâ inter filios *Noae*, cessitq; filiis *Semi* media terrae pars, *Palaestina*, *Syria*, *Assyria*, *Samarra*, *Babel*, *Persia*, & *Hegiaz*. Filiis autem *Hami* regio *Teiman* universa, i.e. terra Australis, *Africa*, *Nigritarum* [regio,] *Aegyptus*, *Nubia*, *Aethiopia*, *Sindia*, & *India*. Filiis demum Japheti, *Garbia*, i.e Septentrio, *Hispania*, *Francia*, regiones *Graecorum*, *Sclavorum*, *Bulgarorum*, *Turcarum*, & *Armenorum*. Post obitum *Phalegi* exorta est contentio inter filios ejus, & filios fratris ipsius *Yoctan*, coeperúntq; *Distributio terrae.*

Dyn. I. rintque homines arces extruere.

Aru filius *Phalegi.* Natus eſt illi *Sarug*, cùm ſecundùm ſententiam Septuaginta annorum eſſet centum triginta duorum, ſecundùm ſententiam *Judaeorum* triginta duorum, tota ejus vita trecentorum triginta novem fuit.

p. 18. Anno *Aru* ſeptuageſimo dixerunt hominum alii ad alios, Agite, formemus lateres, iiſq; coctis extruamus arcem præcelſã, [quæ] altitudine cœlum [æquet,] ut ſit in noſtri memoriam, ne in ſuperficiem terræ diſpergamur: cúmque ſtrenuè huic operam navarent in terra

Nimrod. *Sengar*, quæ eſt *Samarra*, & *Nimrod Cuſhi* filius victum illis, qui arcem extruebant, venatione ſuâ pararet, (fuit autem iſte Regum, qui in terrâ *Babel* fuerunt, primus; idèmque qui figurâ coronæ in cœlis conſpectâ, ſimilem ei ſibi confecit, & capiti ſuo impoſuit, vel, ut fertur, cui corona deſcendit è cœlo) dixit Deus Altiſſimus, Hoc principium eſt eorum quæ moliuntur, neque potentiâ deſtituentur ad quidlibet, quod apud ſe ſtatuerint, [perficiendum;] dividam [ergo] linguam eorum, ne dignoſcat alter eorum quid dicat alius. Diſpersítque Deus cœtum eorum in ſuperficiem terræ; miſsíſque

Confuſio linguarum. ventis procelloſis, dejecit turrim, in qua mortuus eſt *Nimrod* Gigas iſte; confuſæque ſunt linguæ hominum, ideóque vocatum eſt nomen iſtius loci *Babel.* Condidit autem *Nimrod* tres urbes, ſcilicet, **Arech*, &. *Chalya*, [quæ ſunt *Roha* & *Niſibin*] & *Madayen.*

**al.* Arech, *& turrim* Achad, *&* Chalya; *quæ ſunt* Roha, Niſibin, *&* Madayen.

Sarug filius *Aru.* Natus eſt illi *Nahor*, cùm eſſet ſecundùm ſententiam *Septuaginta* annorum centum & triginta, & ſecundùm ſententiam *Judaeorum* triginta: tota ejus vita fuit annorum trecentorum & triginta.

Nummorum & Idolorum origo. Dicitur *Sarugum* modum cudendi nummos aureos & argenteos oſtendiſſe: in diebus ejus multa erexerunt homines Idola, è quibus Dæmonia mira ediderunt ſigna. *Samirus* etiam rex *Chaldaorum*

p. 19. menſuras, pondera, & texturam * ſerici invenit, necnon tingendi

Samiri regis Chald: inventa. (artem) reperit. Porrò in fabulis affertur tres illi oculos, & bina cornua fuiſſe. Atque hoc tempore *Apiphanus* Rex *Ægypti*, nave conſtructâ, locorum mari adjacentium incolas hoſtiliter invaſit. Poſt

Pharaones à quo dicti. eum fuit *Pharaoh* filius *Sanes*, à quo denominati ſunt *Pharaones.*

Nahur filius *Sarugi.* Natus eſt illi *Tareh*, cùm eſſet ſecundùm ſententiam *Septuaginta* annorum ſeptuaginta novem: at ſecundùm ſenten-

ſententiam *Judæorum* viginti novem: tota ejus vita annorũ ducentorum & unius fuit. Anno viceſimo quinto vitæ ejus fuit conflictus *Jobi* iſtius juſti, ſecundùm ſententiam *Arudhæ Canaanæi*. Condidítque *Armunis* Rex *Canaan* duas urbes, *Sodomum* ſcilicet & *Amuram*, nominibus duorum filiorum ſuorũ, *Zoar* autem nomine matris eorũ. Dyn. I. Job. Sodom, Gomorrah, & Zoar conditæ.

Tareh filius *Nahur*. Natus eſt illi *Abraham*, cùm eſſet ſecundùm utramque ſimul ſententiam ſeptuaginta annorum, fuítque tota ejus vita ducentorum ſeptuaginta & quinq; annorum. Mortuus eſt in urbe *Harran*. Conditq;* *Murkus* Rex *Paleſtinæ* urbem *Damaſcum* annis ante natum *Abrahamum* viginti. Dicit autem *Joſephus*, *Ous* filium *Arami* eam condidiſſe. Ab hoc tempore convenit inter duos computos, *Septuaginta* ſcilicet [*Interpretum*] & *Hebræorum*. * *al.* Murphus. Damaſcus condita.

Abraham filius *Tareh*. Natus eſt illi *Iſaac*, cùm annorum eſſet centum: fuítque tota ejus vita centum ſeptuaginta & quinque annorum. Cùm annorum eſſet quindecim annuit Deus* precibus ejus contra picas, quæ terram *Chaldæorũ* vaſtabant, ſemina[terræ ab iis mandata] perdentes. Incendítque ille Templum Idolorum in urbe *Chaldæorum*, at *Haran* frater ipſius ad extinguendum ignem ingreſſus combuſtus eſt. Ideoque fugiens *Abraham* annos jam natus ſexaginta cum patre ſuo *Tareh*, fratréque *Nahor*, & *Loto Harani* fratris ſui (qui igne periit) filio, ad urbem *Harran*, in ea quatuordecim annis degit. Tum alloquutus eum Deus, Emigra (inquit) ex hac terra, quæ habitaculũ eſt patrum tuorum, eò quò te jubeam; aſſumptis ergò *Sara* uxore ſua, & *Loto* fratris ſui filio, in terram *Canaan* aſcendit. Bellúmq; cum Regibus *Ceredlaomeri* gerens ipſos devicit, & à prælio reverſus cùm *Melchiſedekum* Sacerdotem maximũ conveniſſet, in faciem ſuam coram eo proſtratus omnium, quæ penes eum erant de ſpoliis, decimas dedit, benedixítq; ei *Melchiſedek*. Anno vitæ ejus octogeſimo quinto promiſit ei Deus ſe poſteros ipſius inſtar numeri ſtellarum, quæ ſunt in cœlo, & progeniem ipſius inſtar arenæ maris facturum; credidítq; *Abraham* Deo fide firmâ. Hoc etiam anno ingreſſus eſt Ægyptum, ubi cùm de pulchritudine *Saræ* uxoris ejus ad *Pharaonem* delata eſſet fama, ipſéq; de ea *Abrahamum* interrogâſſet, ille Soror (inquit) mea eſt ex patre meo, non ex matre mea: neque mentitus eſt hoc dicens; ſiquidem cùm filia eſſet patrui ipſius, avum communem loco patris ſtatuit: cepit ergò eam *Pharaoh** ſibi ſepoſitã, donec, ubi certò conſtaret

p. 20. Abraham fugit Haranum. venit in terram Canaan. Ingreditur Ægyptũ. * *vel, ab ea tamen abſtinens.*

Dyn. I. p. 21. constaret ipsâ uxorem *Abrahami* esse, *eam illi cum muneribus amplis remitteret; è quibus erat [&] *Hagar Ægyptia*, ancilla *Saræ*: eúmque longe è regione suâ recedere jussit, metuens ne denuò sibi in pectore cogitatio aliqua mala suboriretur. Quoniam autem non erat *Abrahamo* filius ex uxore sua Sara, concessit illa ei puellam suam *Hagar*; quácum congressus est *Abrahamus*, peperitque ei *Ismaelem*: cúmque vili penderet *Hagar Saram* dominam suam, séq; super illam efferret propter filium suum, ablegavit ipsam *Sara* irâ commota in desertum. Apparuit autem Angelus Domini *Hagari*, dicens, Ne desperes de misericordia Domini tui; Deus siquidem pridem benedixit puero, quando *Abrahamum* patrem ipsius allocutus est, conclusio benedictionis ejus linguâ *Syriacâ* sic fuit, واكبرة طاب طاب *i. e.* & augebo ipsum valdè, valdè. Dico autẽ contigisse in his verbis mysterium mirum, quod nostro [hoc] tempore patefactum est: hoc nimirum quòd ubi literas eorum per additionem numerorum composuerimus, producetur numerus sexcenti quinquaginta & sex, quod spatium est ab *Hegira*, ad annum, quo interfectus est Chalifarum *Abbasidarum* ultimus, & recessit imperium illud magnum valde de stirpe *Ismaelis*.

Ismael natus.

promissum de eo impletum.

Abrahamo autem post centesimum vitæ suæ annum natus est *Isaac* *ex *Sara*: *Isaacum* autem annos jam novendecim natum, adduxit *Abraham* in montẽ *Nebo* ipsum in sacrificium Deo oblaturus, Deus verò ipsum agno ex arbore educto redemptum liberavit. Fuit autem agnus [iste] Domini nostri Christi (cui gloria) typus, qui* mundum animâ suâ redemit; ideoque dixit in Evangelio sancto, Utique *Abraham* optavit videre diem meum, & vidit, & gavisus est: & fertur isto anno *Melchisedekum Hierusalemi* structuram perfecisse. Anno autem ætatis *Isaaci* tricesimo octavo obiit *Sara* mater ejus, annos centum viginti & septem nata, duxitq; *Abraham Kenturam* filiam Regis *Turcarum*. *Isaaco* autem annos quadraginta nato, descendens *Eliazar*, qui in domo *Abrahami* natus fuit, *Harranum*, indè *Rebeccam* uxorem *Isaaci* adduxit. Cúmque mortuus esset *Abraham*, sepultus est juxta sepulchrum *Saræ*, in spelunca duplici, quam ab Ephron *Hittita* emerat. Tempore *Abrahami* fuit *Semiramis* Regina *Assyriæ*, quæ tumulos congessit, metuens ne rediret diluvium.

Isaac natus.

*al. ex Sara ingenua.

p. 22.

Saræ mors.

& Abrahami.

Semiramis.

Ishac filius *Abrahami*. Natus est ei *Jaacob*, cùm annorum esset sexaginta:

sexaginta: tota ejus vita centum & octoginta annorum fuit. Post viginti autem annos, ex quo uxorem duxit, concepit *Rebecca* uxor ejus: cúmque illa dolorem ex utero sentiret, *Melchisedekum* adiit de fœtu suo sciscitatum, qui ei beneprecatus annunciavit, [dicens,] Duæ gentes magnæ sunt in visceribus tuis, ac gemellorum major minori parebit; nempe *Esau* pater *Idomæorum*, qui sunt *Franci rufi*, *Jaacobo* patri *Israelitarum* serviet. Fertur hoc tempore condita urbs *Arbel* ab *Arbul* Rege, & urbs *Jericho* à septem Regibus, quorum unusquisque murum ei extruxit. Dyn. I. — *Arbel & Jericho conditæ.*

*J*aacob* filius *Ishaci*. Natus est ei *Levi*, cùm annorum esset octoginta duorum: tota ejus vita centum quadraginta septem annorum fuit. Anno ætatis suæ septuagesimo septimo abstulit ab *Esavo* fratre suo jus primogenitorum, & ab *Isaaco* patre suo benedictionem primogenitorum [reportavit,] commento isto cujus in lege mentio, hoc nempe; cùm *Isaaco* ætate provecto caligaret visus, essétque *Esau* pilosus, J*aacob* verò glaber, induens illi mater pelles hœdorum, ad *Isaacum* adduxit, dicens, Hic est *Esau* filius tuus, confer in eum benedictionem ad primogenitum pertinentem: palpans autem eum *Isaac* dixit, Quod palpatur *Esavi* est, at mores J*aacobi*; non obstante tamen suspicione suâ, haud renuit ipsi benedicere. Cùm igitur odio intestino prosequeretur eum *Esau* frater ejus, fugit ipse à præsentiâ ejus *Harranum*: vidit autem J*aacob* nocte primâ, quâ è domo patris sui (fugiens fratrem suum) egressus est, in somnio scalam in terrâ erectam, cujus vertex ad cœlum [pertingeret,] per quam Angeli ascendebant & descendebant, & in cujus vertice majestas Dei conspicua fuit. Expergefactus ergò J*aacob*, Sine dubio (inquit) hæc est domus Domini: acceptúmque lapidem qui sub capite ipsius fuerat in aram posuit, effuditque in eum oleum, ad instar olei Chrismatis, quo apud nos templa Deo consecrantur. Perveniens autem J*aacob* domum *Labanis* avunculi sui *Harrani*, in uxorem R*ahelem* filiam ejus minorem petiit, & oves ejus septem annis pascendas dotis vice suscepit. *Laban* verò exacto tempore locavit ipsi [*Leam*] filiam suam natu majorem, obtendens oportere * majorem ante minorem nuptum dari; donavítque unà cum eâ ancillam nomine *Zelpham*: suscepit ergo J*aacob* denuo pastoris officium ad septennium alterum, vice dotis pro *Rahele*; quo spatio exacto in uxorem dedit ei

p. 23: — *Jaacob benedictionem obtinet.* — *Harranum fugit.* — *à Labane decipitur.* — p. 24.

Rahelem

Dyn. I. *Rahelem* filiam suam minorem, unáque ancillam nomine *Bilham* donavit. Cúmque propensior esset *Jaacob* in *Rahelem*, denegavit illi Deus partum ad longum temporis spatium. Peperit verò *Lea* sex filios, quorum primogenitus erat *Rubil*, i. e. Magnus Deo. Tum *Shimeon*, i.e. Obediens. Tum *Levi*, i.e.*Perfectus. Deinde *Jehuda*, i.e. Gratias agens; cujus è stirpe ortus est Rex Messias, qui vocatus est filius *Davidis*, quod ad corpus. Deinde *Isachar*, i.e. Præsentem [afferens] *spem. Deinde *Zebulon*, i. e. Liberatio à terrore noctis. Tum peperit *Rahel* filios duos, *Josephum*, i.e. Incrementum: deinde *Benjaminem*, i.e. filium consolationis. Peperit etiam *Zelpha* duos filios, *Gad*, i. e. Fortuna bona: deinde *Ashir*, i.e. * *Gloria*. Peperit item *Bilha* duos filios, *Dan*, i.e. *Judicium*; & *Napthali*, i. e. Supplicans: necnon filiam, cujus nomen erat *Dinah*, i.e. *Justa*. Totus filiorum numerus est duodecim, isti sunt الاسباط i. e. Tribus *Israelitarum*. Porro tribus annis post natum *Levin* peperit *Rahel* *Josephum*, qui venditus est cùm esset septendecim annorum; mansitque servus decem annis, vinctus tribus, & Præfectus domui *Pharaonis* *triginta annis, & Consiliarius [magnus] octoginta: tota ejus vita centum quadraginta annorum fuit.

*vel, Conjunctio.

*vel, Mercedem.

*vel, Gloriosus.

Joseph venditur.

* forf. redundat, ut legend. fit paulò post, centum & decem.

Porro post obitum *Isaaci* bellum gessit *Esau* cum *Jaacobo* fratre suo; auxilium verò præbuit Deus *Jaacobo*, qui cùm eum sagittâ petitum occidisset, fugerunt qui cum eo aderant. *Et descendit *Jaacob* in *Ægyptum*, cùm esset centum & triginta annorum, postquam biennio sterilitas fuisset. *Jehuda* autem *Jaacobi* filius duxit mulierem *Cananæam* nomine *Shuam*, quæ tres ei filios peperit; *Er*, & *Onan*, & *Shilah*. *Er* cùm mulierem è filiabus *Levi* nomine *Tamar* duxisset, congressúsq; cum ea esset more Sodomitico, sine prole mortuus est. Dedit ergo eam *Jehuda* filiorum suorum alteri, *Onan* scil. ut ex eâ fratri suo prolem suscitaret. Ille autem, ubi cum ea concumberet, semen in terram effudit; periitq; ipse etiam sine posteris. *Shila* verò frater natu minimus, cùm fratres suos periisse videret, noluit ad mulierem istam accedere. Fuit autē in hoc mysterium, scilicet quòd *Jaacob* petierat à Domino suo, ne semen *Canaanis*, cui maledixerat *Noah*, cum progenie sua commisceri sineret. Commento autem usus est *Thamar* nurus *Jehudæ*, quò cum ea, quasi sibi ignotâ, ipse congrederetur; unde gravida à socero suo suo facta filios peperit gemellos,

p. 25.

Er. Onan. Shila.

los, nempe *Pharez* & *Zarah*; fuitque *David* Propheta è posteris *Pharez* filii *Jehudæ*. Dyn: I. *Pharez* & *Zarah*.

Levi filius *Jaacobi*. Natus est illi *Kahat*, cùm annorum esset quadraginta septem: totáque ejus vita fuit centum triginta septem annorum. Recensetur autem *Levi* in serie Genealogicâ, licet *Rubil* filiorum *Jaacobi* natu maximus fuerit, quoniam è stirpe *Levi* natus est *Moses* Propheta, qui liberavit *Israelitas* è servitute *Ægyptiorum*, illísque leges divinas sancivit:

Kahat filius *Levi*. Natus est illi *Amram*, cùm annorum esset sexaginta: † tota ejus vita annorum fuit centum triginta trium. P. 26. Illius tempore fuit diluvium illud, cujus mentio fit in libris *Chaldæorum*, in *Erako*. Rex tunc in *Assyriâ* fuit * *Balephorus*: fertur autem fuisse in diebus *Levi*. *Diluvium in Erako.* *al. Bales, *fors. leg.* Belochus.

Amram filius *Kahati*. Natus est ei *Moses*, cùm annorum esset septuaginta quinque: tota ejus vita annorum fuit centum triginta septem. Cúmque natus esset *Moses*, * parentes ejus ipsum in arcâ pice oblitâ positum in *Nilum* injecerunt præ metu *Pharaonis* * *Amunphathis*, qui natos *Hebræorum* strangulavit. Ipsum autem inventum filia *Pharaonis* istius filium sibi adoptavit, tradidítque *Janni* & *Jambri* sapientibus, qui instituerunt eum in sapientiâ. Historiæ verò, [quâ proditur] eum ab iis didicisse, nulla fit in lege mentio; at ejus meminit Apostolus *Paulus*, ex *Aristamuniso* desumens. * al. *mater ejus.* * *al.* Aphunkis. Jannes & Jambres.

Moses filius *Amram*. Cùm annos jam natus quadraginta in domo *Pharaonis* esset, vidissetq; *Ægyptium* quendam, qui *Israelitæ* vim inferret, in omnes partes respiciens cùm neminem videret, percussum eum interfecit: atque aliquot pòst diebus cùm duos etiam *Israelitas* contendentes videret, eos objurgare cœpit; dixit autem illi alter eorum, Quis te constituit supra nos præfectum? nunquid venisti, ut occidas nos, quemadmodum heri *Ægyptium* istum occidisti? Timens ergo *Moses*, nè illud *Pharaoni* indicaret, fugit in terram *Arabum*, & uxorem duxit *Sapharam* * *Zingissam* filiam *Jethronis*, filii *Revel Midianitæ*, filii *Dedanis*, filii *Abrahami* † è *Keturâ* uxore ejus *Turcissâ*. Peperit autem *Saphura Zingissa* *Mosi* duos filios, quorum alter *Gershun*, i.e. Peregrinus; alter *Eliazar*, i.e. Deus adjuvit me. Cúmque jam *Moses* annos octaginta *vel, *Nigram*: & *sic alibi.* p. 27. Gershun et Eliazar.

 natus,

Dyn. I. natus, oves *Jethronis* soceri sui pasceret, apparuit illi Angelus Dei in
Rubus ardens. monte *Horeb* (qui est mons *Sina*) in flammâ ignis in rubo, ut rubus interim non combureretur; inclamavitque eum Deus è rubo, dicens, Heus *Moses, Moses*: qui dixit, Ecce adsum. Dixitque ei, Solve calceamenta tua de pedibus tuis, quoniam locus in quo stas sanctus est: Tum dixit ei Dominus, utique exaudivi preces populi mei auxilium petentium ob *Ægyptios*, & descendi, ut eos per manum tuam liberem. Respondente *Mose*, Quis sum ego, ut Legatus ad *Pharaonem* proficiscar? Dixit Deus, Ego tecum ero; dicentéq; *Mose*, Quid si dixerint mihi, Quódnam est nomen Domini tui? quid dicam illis? Dixit, Dic *Ehyeh asher Ehyeh*, i.e. Æternus qui non deficit. Et dixit *Moses*, Utique lingua mea blæsa est, impediti
vel, acceptum me habebit. sermonis, quomodo * auscultabit mihi *Pharao?* Dixit illi Deus, Utique Ego constitui te [quasi] Deum *Pharaoni*, & *Aaronem* fratrem tuum Prophetam coram te, qui referet *Pharaoni* quicquid ipsi nunciaveris, ut dimittat filium meum primogenitum *Israelem*. Ego verò obdurabo cor *Pharaonis*, ut non auscultet tibi; & ostendam signa mea in terrâ *Ægypti*. Cúmque abiissent [jam] *Moses* & *Aaron* ad *Pharaonem* nuntium [ferentes,] dicente illo ipsis, Edite
Baculus Mosis. mihi signum; projecit *Moses* baculum suum, qui ecce [conversus est in] serpentem. Accersivit ergo *Pharao* † præstigiatores, qui idem
p. 28. fecerunt; at deglutivit baculus *Mosis* baculos eorum. Nihilominus abnuit *Pharao* ipsos dimittere: edidítque Dominus in *Ægypto*
Plagæ Ægypti. prodigia illa, quæ in lege exposita sunt, qualia sunt Conversio aquæ in sanguinem, Adductio Locustarum, Ranarum, Tenebrarum, Reptilium, & Ignis, aliáq;. Nocte autem, quâ interfecit Deus omnes primogenitos *Ægyptiorum*, tam primogenitum *Pharaonis*, quàm eorum qui sub eo erant, concessit *Pharao Mosi* & *Aaroni*, ut educerent filios *Israelis* ex *Ægypto*, quò abeuntes servirent Deo, deinde redirent in *Ægyptum*. Mutuo ergo acceperunt filii *Israelis* à vicinis suis ornamenta aurea & argentea, & vestimenta pretiosa,
Exitus Israelitarũ. prætextu reditus; atque ex *Ægypto* exierunt sexcenties mille viri, præter liberos & domesticos, postquam completi essent illis in *Ægypto* quadringenti triginta anni. Cúmque non redirent, uti mandatum illis fuerat, secuti sunt eos *Pharao* & exercitus ejus; invecti sunt ergo filii *Israelis* in *Mosem*, dicentes, Certè melius

fuisset

Dyn. I.

fuisset servire *Ægyptiis*, quàm in deserto perire. Percussit igitur *Moses* baculo suo mare, quo fisso, transierunt per ipsum *Israelitæ*; at ingressi *Pharao* & exercitus ejus post ipsos submersi sunt. *Israelitæ* autem, cùm in deserto diebus aliquot perrexissent, denuo in *Mosem* concitati sunt, dicentes, Maluissemus in *Ægypto* mori, quàm fame in hoc deserto perire: depluit ergo super illos Deus panem è cœlo, & demisit illis Mannam & coturnices; obumbrabat etiam eos nubes interdiu, & columna ignis ipsos præcedens † noctu lumen præbebat. Et dixit Deus *Mosi*, Ascende ad me, tu cum *Aarone*, & *Nadab* & *Abihu* filiis ejus, & septuaginta senioribus: quod cùm fecissent, propiùs accessit *Moses* solus, reliquis infra montem subsistentibus, & edocuit eos *Moses* præcepta. Deinde descendentibus illis, remansit *Moses* in monte quadraginta dies jejunus, præcepitque illi Deus leges binis tabulis lapideis inscriptas. Cùm autem protrahi videretur *Israelitis Mosis* reditus, dixerunt *Aaroni*, Age, fac nobis Deos, qui nos præcedant; nescimus enim quid fratri tuo acciderit: & attulerunt ei ornamenta aurea, quæ uxoribus suis & liberis suis erant; ex quibus conflato vitulo, Hic (inquit) est Deus tuus, ô *Israel*, qui eduxit te ex *Ægypto*. Reversus autem *Moses*, cognito quid fecissent, vehementer excanduit, & duas tabulas lateri montis allisas confregit: * vitulum autem in ignem injecit, & massam ejus liquatam, postquam limis valde comminuisset, in aquam, jussitque filios *Israelis* omnes ex eo bibere. Dixitque filiis *Levi*, Mandat vobis Dominus, ut interficiatis unusquisque vestrûm fratrem & affinem suum; interfecti ergo sunt ex iis tria hominum millia. Deinde *Moses* iterum in montem ascendens, alias duas tabulas lapideas secum habens, in eo quadraginta diebus mansit, dies noctésque jejunus; deinde rursum descendit, manu ferens duas tabulas, quibus inscripta erant decem præcepta; hæc nimirum. 1. Dominus Deus tuus unus est. 2. Non pejerabis in juramento tuo. 3. Observa diem sabbati. 4. Honora parentes tuos. † 5. Non occides. 6. Non scortaberis. 7. Non furaberis. 8. Non feres testimonium falsum. 9. Non concupisces domum fratris tui. 10. Non concupisces quicquid possidet socius tuus. Dixit præterea Deus, Maledictus est qui convitiatus fuerit parentibus suis. Maledictus, qui injuriam intulerit vi-

Submersio Ægyptiorum.

† p. 29.

Lex data.

Vitulus aureus.

* al. *vituloq; limas adhibens scobem ejus in ignem conjecit; deinde cineres in aquam, jussitque filios* Israel *&c.*

Decalogus.

† p. 30.

Dyn. I. cino suo. Maledictus, qui errare fecerit cœcum à viâ. Maledictus, qui oppresserit in judicio orphanum & pauperem. Maledictus, qui concubuerit cum sorore suâ, & qui congressus fuerit cum uxore [*Maledictiones.*] patris sui, & qui percusserit socium suum clam, & qui munus dederit, quò mortem alicui conciliet. Maledictus, qui non persliterit in his legibus. Quòd si rebelles vos iis præbueritis, feretis, & comedent semen vestrum inimici vestri; & in fugam convertemini, cùm nemo vos insequatur; & immittam in vos feras, quæ vos occidant; nec saturabimini cibo, nec irrigabimini aquâ, neque acceptas habebo preces vestras: & vastabo terram vestram, & dispergam vos inter gentes vobis infestas, & *faciam vos vili æstimari. Dixítque Deus *Mosi*, Manda filiis *Israelis*, ut seponant mihi aurum, & argentum, & æs, & pannos purpureos, & sericum, & byssum, & lanam caprarum, & pelles, & ligna Cedrorum; faciántq; mihi tabernaculum inter eos, quamdiu versentur extra terram promissionis: atque *Aaron* frater tuus, & filii ejus, accendent in eo lucernas à vespere usq; ad [*Tabernaculum.*] mane; feceiúntque sicut præcepit illis Deus Altissimus. Et profecti sunt filii *Israelis*, & *Moses* coram eis, ut pararet illis locum. *Aaron* verò & *Miriam* irâ concitati sunt contra *Mosem* propter uxorem ejus

P. 31. *Zingissam*, dicentes, Nunquid * Mosem solum allocutus est Deus? imò nobiscum etiam locutus est. Tum dixit illis Deus, Si perfecta fuerit prophetia vestra, utique ego secretò revelabor vobis; at quod ad *Mosem*, utique fidelem eum inveni in domo meâ, & ore ad os [Miriam *leprosa.*] ipsum alloquar: hoc facto, leprosa facta est *Miriam*, corpore ejus instar nivis exalbescente. Supplicavit ergo *Moses* Deo, ut eam mundaret; Dixit autem Deus, Si pater ejus inspuisset in faciem ejus, debuisset certè pudore ob illud affici; segregetur ergò à castris septem dies, dein ingrediatur: quod cùm fecisset, mundata est. Venerúntque filii *Israel* ad desertum, quod vocatur *Sin*, ubi mortua [*Moritur.*] est *Miriam* soror *Mosis* & *Aaronis*, eodémque loco, ubi obiit, sepulta. [Aaron *moritur, succedit* Eliazar.] Deinde venerunt ad montem *Hur*, ubi mortuo *Aarone* suffectus est in locum ejus *Eliazar* filius ipsius. Et cùm transiissent filii *Israelis* flumen *Jordanis*, dixit Deus, O *Israel*, si præstiteris mandata [*Benedictiones.*] Dei tui, benedictus eris in oppido tuo, benedictus in agro tuo; benedictus erit fructus vinearum tuarum, & fœtus jumentorum tuorum. Tradet Deus inimicū tuum in manus tuas, adeo ut ad te viâ unâ veniens,

[*vel, diminuimus potentiam vestram, si legamus اختصر cum al. ex.]

veniens, fugiat ſeptem. Benedicet Deus terræ quam dedit tibi, & conſtituet te ſibi populum ſanctum, quemadmodum pollicitus eſt tibi. Quod ſi trangreſſus fueris hæc præcepta, convertentur benedictiones tuæ in maledictiones, diſpergétque te Deus inter omnes populos, dabitque tibi cor trepidum, & dolorem oculorum, & tradet te morti, eriſque noctu & interdiu perterritus. Dyn. I.

Dico; Perpende † Lector, Quomodo Deus Altiſſimus * promiſſa ſua, & minas ſuas ad filios *Iſraelis*, contraxerit ſolùm ad ea quæ in hoc mundo viderent, ita ut non mentionem illis fecerit rei alicujus, quæ ad mundum futurum, aut eorum quæ ad reſurrectionem [ſpectant:] ídque quòd naturâ hebetes mundi ſpiritualis contemplationi impares eſſent. Deinde revelavit Deus *Moſi* dicens, Ecce abiturus es viâ patrum tuorum, accerſens ergo *Joſhuam* filium *Nun* diſcipulum tuum, præcipe ei, ut ſuſcipiat in ſe adminiſtrandas res hujus populi; novi etenim erraturos eos poſt mortem tuam, & conſtituros ſibi Idola, quæ colant; unde fiet ut deſcendat in eos ira mea, & conſequatur ipſos miſeria & contemptus. Neque ego hæreditario jure poſſidendam præbeo illis terram Gigantum, affluentem melle & lacte, propter pietatem & bonitatem ipſorum; ſed propter mala opera eorum, qui eam ante eos incoluerunt, & illius gratiâ quod patribus eorum *Abrahamo*, *Iſhako*, & *Jaacobo* promiſi. Cúmque finem feciſſet *Moſes* eorum, quæ privatim *Joſhuæ* & univerſim *Iſraelitis* præcepit, aſcendere eum juſſit in montem *Nebo*, unde Terram *Canaanis* (quæ fuit terra promiſſionis, quam hæreditario poſſeſſuri erant filii *Iſraelis*) ipſi oſtendít; ibidémque mortuus ab Angelis ſepultus eſt, adeo ut de ſepulchro ipſius nondum conſtet. Annorum erat centum viginti, nec [tamen] infirmior factus erat viſus ejus, nec rugas contraxerant genæ ipſius. *Joſhuah* autem filius *Nun* repletus eſt ſpiritu ſapientiæ, *Moſe* manus ſuas ipſi imponente, auſcultârúntque ipſi *Iſraelitæ*. Jam ab *Adamo* ad obitum *Moſis*, ſecundùm ſententiam *Septuaginta*, anni ſunt ter mille nongenti † quinquaginta & unus; ſecundùm ſententiam *Judæorum* bis mille quadringenti nonaginta & unus.

† p. 32.

* ad verb. conſtituet promiſſa & c. contracta ſolùm ad ea & c.

Moritur Moſes.

p. 33.

Sectio.

Diluvium tertium.

Fertur tempore *Moſis* fuiſſe tertium diluvium in * *Theſſalia*; invenítque * *Annius* ſapiens artem Semiæ, *Chiron* dedit Medicinam, * *May-*

* al. Theſſalia.
* al. Annius.

Dyn. I. * al. Matidus

* *Mayandrus* Poeseos genus quod Comœdia audit, in qua commemorantur vitia, dicta scurrilia, & actu turpia hominibus cum bestiis communia. Repertum etiam ab alio genus aliud Poeseos, quod Tragœdia dicitur, in quo recensentur virtutes, laudes, & commemorationes bene factorum, hominibus cum Angelis communia. Referunt etiam illi qui hominum classibus indagandis student, fuisse in *Ægypto* post diluvium doctos in variis Philosophiæ generibus; in Mathematicis, Physicâ, Metaphysicâ, & præcipuè in scientia Alchymiæ, Telesmatum, præstigiorum, & speculorum comburentium. Ac confirmatur hoc dicto Dei in lege de *Mose*, quòd calluerit omnem sapientiam *Ægyptiorum*. Fuit olim sedes tam Regni quàm Scientiæ in *Ægypto* urbs *Memphis:* at post conditam ab *Alexandro Alexandriam*, hominibus eam, ob bonitatem aeris & dulcedinem aquæ, incolere cupientibus, facta est ipsa sedes scientiæ & Sapientiæ in *Ægypto*, donec eâ à *Moslemiis* occupatâ designaret *Amrus Ebnol As* juxta *Nilum* urbem appellatam † *Fustat*, quæ confluentibus ad ipsam habitandam *Arabibus* & *Barbaris* Metropolis *Ægypti* evasit.

Inventio Semiæ, Medicinæ, Comœdiæ, Tragœdiæ.

Ægyptiorum scientiæ.

Memphis regni & literarum sedes.

P. 34.



Dyn. II.

Dynastia secunda, quæ translata est à Patriarchis ad Judices, Judices nimirum filiorum *Israelis*.

HEbræi eò quod à reliquis gentibus separati fuerint, pro illicito habuerunt philosophiam excolere, continentes se intra sapientiam legum & traditionum Propheticarum; fuerúntque Doctores eorum peritissimi hominum in Prophetarum & primæ creationis historiâ, quam ab illis acceperunt alii: sedes illis erant regiones *Syriæ*, atque in ea fuit Regnum eorum tum prius tum posterius, donec abduxerit ipsos ex ea, postquam reverâ advenisset *Messias* quem illi abnegârunt, *Titus* filius Regis *Vespasiani* Romani; qui Regnum eorum dissipavit, & cœtus dispersit, ut passim divisi sint per regiones, & in earum finibus undequaque dispersi, neque sit ulla orbis habitabilis pars in quâ non reperiantur ex illis aliqui, sive Orientales plagas,

Dyn. II.

Hebræi quando primùm scientiis operam dederunt.

plagas, sive Occidentales, sive Australes, sive Boreales spectes, exceptâ Insulâ *Arabum*, nempe *Hegiaz*, *Najd*, *Tohamah*, & *Yaman*, indè scilicet amovit eos *Omar Ebno'l chetab*. Postquam autem per regiones dispersi cum gentibus commisti sunt, excitati sunt paucorum [quorundam] ex illis animi ad acquirendas scientias speculativas, † & virtutes intellectuales comparandas; assecutique sunt singulares aliqui è [variis] Scientiæ generibus quod voluerunt.

p. 35.

Josua introducit Israelitas in terram Canaan.

Joshua filius *Nun*, successor *Mosis*, & qui ab eo mandata accepit. Duxit *Israelitas* annos viginti septem, filiósque populi, qui ex *Ægypto* egressus fuerat, in terram promissionis introduxit sine patribus ipsorum: sicut dixerat Deus *Mosi*; Dic filiis *Israelis*, Heus Popule male, vivo ego in æternum, utique continuè errabitis huc illuc agitati quadraginta annis, donec * pereant ac consumantur in hoc deserto corpora vestra: filii equidem vestri terram promissionis ingressuri sunt, vos verò eam non calcabitis, exceptis *Calebo* filio *Jephunna*, & *Joshua* filio *Nun*. Porrò subegit *Joshua* septem *Canaanæorum* gentes, occisis eorum Regibus, atque urbes triginta & unam delevit; terrámque, quam cepit, tribubus divisit, jussis ipsis Idolorum templa diruere, néve gentium peregrinarum mulieres ducerent, vel de sacrificiis ipsorum comederent, útque quotannis ad sanctuarium convenirent, quo *Phineas Eleazaris* Sacerdotis filius librum Dei ipsis prælegeret. Illi verò hæc omnia transgressi rebellârunt in Deum. Convocavit ergò illos *Joshua* filius *Nun* in agrum quendam, ubi apparuit illis Angelus Dei specie hominis, voce altâ dicens, Audite, ô filii *Israelis*, dictum Domini. Dicit enim, Ego sum Dominus vester, qui liberavi vos † à servitute *Ægyptiorum*, fidique vobis mare, & duxi vos in deserto quadraginta annis, Manna & coturnicibus pascens: fecique ut vitam duceretis commodam; non inveteravit vobis indumentum, nec squalidum factum est caput, nec sordibus deturpatæ vestes. Quinetiam vos ex igne allocutus demisi librum, & hæreditario possidendam vobis dedi terram, quæ uberrimè fluit lacte & melle. Vos autem rebelles in me facti, pactum meum violâstis, & signa mea oblivioni tradidistis; quare per nomen meum juro, me non deleturum gentes istas coram vobis: quinimò stabiliam eos inter vos, erítque illud vobis causa exitii. Quo audito, sederunt flentes, unde appellatus est ager ille, *Ager* * *fletûs*.

*al. ex. تنقطع *excindantur.*

p. 36.

Dyn. II. *fletûs*. Deinde dimisit eos *Josbua* in loca sua, & mortuus est annos natus centum & decem.

Phinchas filius *Eleazaris* filii *Aaronis* Sacerdos. Duxit populum annos viginti quatuor ex sententiâ *Aniani*. Ait *Aphrikanus* Seniores gubernâsse triginta annos, Scriptura autem Sacra haud præcisè designat hos annos. Hoc tempore cùm modum transgressi essent *Israelitæ* rebellione suâ, dixit Angelus Domini *Phineaso*, Indignus est hic populus, qui audiat verbum Dei; conflatâ ergò urnâ æneâ, quinque libros Legis, binas Tabulas, baculum *Mosis*, virgam *Aaronis* quæ folia produxit postquam exaruerat, & quod † de Manna servatum est in memoriam, in eâ reponas, plumbóque obstruas. Cúmque fecisset *Phinchas* quemadmodum ei mandatum est, urnam ferenti prævivit Angelus, eúmque in speluncam (quæ est) in domo Dei, quam extruxit *Salomon* filius *Davidis*, deduxit; ubi aperiente se illi petra, in ea urnam deposuit, locúmque ejus celavit.

Liber Legis, binæ tabulæ, &c. in urna abscondita.

P. 37.

Cushan Rishathaim.

Cushan Alathim tyrannus. Postquam transgressi essent filii *Israel*, supra modum rebelles facti, tradidit ipsos Deus in manus *Cushani* Tyranni allophyli, qui eos pœnis affectos octo annos oppressit.

Othniel. Cùm affligeret *Cushan* filios *Israel*, opem à Deo petierunt, qui excitavit illis virum è tribu *Jehudæ* nomine *Othnielem* filium fratris *Calebi* filii *Jephunnæ*, qui occiso *Cushano* res populi administravit quadraginta annis, eósque ad cultum Dei Altissimi reduxit, deinde mortuus est.

Eglon. Post mortem *Othnielis* filii *Kenazi* transgressi filii *Israelis* Idola coluerunt, tradiditque eos Deus in manum *Eglonis* Regis *Moab*, qui ipsos in servitute octodecim annis detinuit. Dein cùm obnixè Deum rogâssent, excitavit illis virum è tribu *Ephraim*, nomine *Ahur* [*Ehud*,] qui interfecto *Eglone Moabitâ* ipsos è servitute ejus vindicavit.

Ehud filius *Geræ*. Manus ipsi arida fuit: aruerat siquidem dex-
p. 38. tra ejus. Hic arte usus quò *Egloni Tyranno* sisteretur, † à Deo (inquit) mihi verbum est, quod secretum haberi vellem. Cúmq; *Eglon*, amotis qui ipsi aderant omnibus, surgens ingressus esset Gazophylacium quoddam, quò ibi illud audiret, prehendens *Ehud* manu sinistrâ gladiolum, quem femori dextro accinxerat, illum *Egloni*

medio

medio infixit, adeò ut exiret omentum ventris ejus, & moreretur: Dyn. II.
egressus autem *Ehud*, occlusis in ipsum foribus, ad *Israelitas* profectus est, notúmque ipsis fecit quid factum esset; unde gaudio affecti sunt. Ac præfuit ipsis *Ehud* annis sexaginta duobus; sunt qui dicunt octoginta, annumerantes illis annos etiam *Eglonis* Tyranni. Circiter hoc tempus condita est urbs *Haleb*, jussu *Bethusi* regis *Assyriæ*; extructum etiam prætorium, Areopagus [dictum,] in urbe *Athenis*. Porrò occîdit *Ehud* è filiis *Moab* decies mille viros.

Haleb condita.

Areopagus.

Shamgar filius *Anath*. Natus est iste diebus *Ehudi*: *Philistæorum* *sexaginta stimulo bovis occidit; octodecim annis Judicii munere functus obiit. Transgressi autem filii *Israelis* post obitum ejus Idola coluerunt, tradiditque eos Deus in manus *Yabin* regis *Hasoræ*, qui è numero Regum *Cananæorum* fuit.

*al. *sexcentos.*

Yabin Rex *Hasoræ*. Dominium usurpavit in populum viginti annis; erántque Duci exercitus ejus (cui nomen *Sisera*) *nonaginta currus ferrati, quorum singulos trahebant quatuor equi militibus onustos. Fuítque populus præ eo in angustiâ magnâ; opem igitur à Deo petierunt, ille autem excitavit eis mulierem Prophetissam, nomine *Deboram*, quæ eos ab ipso liberavit.

* al. *nongenti.*

Debora Prophetissa & *Barak*. Cùm præfecta esset *Debora* Prophetissa, quæ è tribu *Ephraim* fuit, rebus *Israelitarum*, consortem sibi accepit in regimine virum nomine *Barak*, è tribu *Naphtali*: unáque imperium administrârunt quadraginta annis. *Barak* autem exercitu è filiis *Israel* decem mille virorum † bellacium conscripto, P. 39.
pugnam iniit cum exercitu *Siseræ* universo. Cúmque fusi essent *Cananæi*, *Sisera* descendens equo suo ad mulierem quandam è filiis *Israelis* nomine *Jael* se recepit, quæ cognitum domo suâ excipiens vice aquæ, quam petiit, lacte potavit, texítque quò dormiret; at cùm graviter dormiret, paxillum ferreum prehendens ipsum auri ejus infixit: deinde ad ostium domûs suæ prodiens conspectu *Barako*, qui in quærendo *Sisera* occupatus fuit, Adesdum (inquit) quò ostendam tibi quem velles. Ingressus igitur *Siseram* prostratum vidit mortuum, clavo auri infixo. Porrò non destitit *Barak Jabinum* Regem *Hasoræ* perquirere, donec in potestatem redactum occidisset.

Jael interimit Siseram.

Midianitæ. Post mortem *Deboræ* & *Barak* ad Idololatriam more suo prolapsi *Israelitæ*, traditi sunt in manus *Midianitarum*, qui se-

Dyn. II. ptem annis in servitute ipsos detinuerunt. Fugientes autem *Israelitæ* præ duris quæ passi sunt à *Midianitis*, domos sibi in speluncis & cavernis facientes † in ipsis habitârunt: factúmque est, ut quandocúnque semen terræ mandarent, ascendentes *Amalekitæ* & *Midianitæ*, illud depascerent & corroderent, ac faciem terræ omni penitus herbâ præ multitudine camelorum, pecorum, & ovium suarum, nudarent.

p. 40.

Gedeon. Cùm videret Deus abjectam *Israelitarum* conditionem, misertus ipsorum, misso Angelo ad virum nomine *Gedeon* filium *Joash*, jussit ipsum liberandis *Israelitis* operam dare. Hic [rebus] eorum administrandis quadraginta annis præfectus, Reges *Arabum* qui illos Tyrannide oppresserunt, occîdit. Nati sunt ipsi septuaginta filii masculi. Tempore ipsius fuit *Abulun* Rex *Zingitarum*, cujus cantu factum est ut submitterent se illi saxa, i. e. obsequerentur corda [hominum] dura.

*vel, Nigrorum.

Abimelech filius *Gedeonis*, quem peperit illi concubina sua: Præfuit post patrem suum tribus annis, & fratres suos sexaginta novem interfecit.

Tola filius *Puæ*, è tribu *Issachar*. Rexit filios *Israel* viginti annis. Ejus tempore condita est urbs *Tarsus*, & diruta est urbs *Ilium*, excidio illo, quod è maximis apud *Græcos* antiquos infortuniis erat. Illud cecinit *Homerus* Poeta duobus libris, quos è linguâ *Græcâ* in *Syriacam* transtulit *Theophilus* Astronomus *Rohensis*.

Tarsus.

Homerus Syriacè versus.

Tayir Gileadita. Præfectus est regendis *Israelitis* viginti duobus annis.

Ammonitæ. Cùm transgressi essent filii *Israel* in cultu Idolorum, tradidit illos Deus in manus filiorum *Ammon*, præ quibus afflictam duxit vitam populus octodecim annis.

Jephta. Iste interfecit regem filiorum *Ammon*, qui sunt filii *Lot*. Voto autem se obstrinxerat, si superatis hostibus victor rediret, primum, qui è sibi propinquis appareret, se Deo Altissimo in munus oblaturum. Cùm igitur victoriam consequutus rediret, ædibus suis appropinquanti obviam prodiit filia ipsius virgo, victoriam illi gratulatura. Cui ille, Prostratum me in faciem dedisti, filia mea, & ego prostratus sum in faciem tui causâ. Illa autem, cognito quid rei esset, spatium petiit mensis, quò virginitatem suam cum

Script. est in utroq; ex. Nephta.

Jephtæ filia.

cum coætaneis suis defleret, ac * seipsam deploraret per deserta circumcursans: quod illi concessit, exactóque spatio ipsam in sacrificium, secundùm votum suum illicitum, obtulit. Fuit autem spatium præfecturæ ejus sex annorum: qui illud viginti quatuor annorum fuisse statuunt, octodecim illos annos, quibus præfuerunt *Ammonitæ*, adnumerant.

* *ad verb.* spiritum suum.

* *Abisan*, è *Bethlemitis*. Judicavit septem annis, multi autem è Chronologis nullam nominis hujus mentionem fecerunt.

* *alt. ex. superscribitur* Abisan, *qui est* Nabshan. *fors. legendum.* ايبصان Ibsan.

Elon, è tribu *Zebulon*. Rexit populum decem annis: hic autem in versione τῶν *Septuaginta* non recensetur.

Abdon, filius * *Hillianis*. [Illi fuerunt quadraginta filii, & triginta nepotes, qui septuaginta asinos equitârunt, *Hillian* idem est qui *Ecron*.] Judicavit octo annis; & ejus tempore † quidam è posteris *Esau*, filii *Isaac*, filii *Abraham*, à filiis *Israelis* secedentes profecti sunt in terram *Francorum*, ubi in tentoriis pilis confectis degerunt: deinde Regis, cui nomen *Latinus*, potestati subjecti sunt; ac post ipsum regnavit in eos *Romulus* Rex, qui condidit urbem *Romam*, cujus incolæ appellantur *Romani* & *Latini*.

* *Potius* Hillelis. *Desunt quæ sequ. in opt. ex.*

† p. 42. Edomæi *quando in* Italiam *venisse dicuntur.*

Philistæi. Deinde prævaluerunt *Philistæi Israelitis*, secundùm sententiam *Aniani* Monachi *Alexandrini*, quadraginta annis: at ex sententia *Andronici* viginti. *Eusebius* verò nihil de his annis in Chronico statuit.

Samson fortis *Naziræus*. Judicavit viginti annis, & subegit *Philistæos*: viribus in rebus prehendendis miris fuit.

Seniores Populi. Judicârunt viginti annis: juxta autem sententiam *Andronici* decem annis, & juxta sententiam *Africani* quadraginta annis. Pacem illi coluerunt cum gentibus, quæ circa eos erant, nec constituerunt sibi ducem exercitus; neque enim opus ipsis eo fuit.

Eli sacerdos. Judicavit secundùm sententiam *Septuaginta* viginti annis, & juxta sententiam *Judæorum* quadraginta.

Samuel Propheta. Consecravit eum Deo pater ipsius ex voto, cùm annos duos natus esset. Cúmque adolevisset, pervenit ad eum visio. Ministravit autem *Eli* Sacerdoti in templo Domini, ab annis infantiæ ad mortem usque *Eli*, & præfuit rebus *Israelitarum* viginti annis.



Dyn. III. Dynastia tertia, quæ translata est à Judicibus filiorum *Israelis*, ad Reges eorum.

Israelitæ Regem petunt.

Cùm septuagesimum jam septimū ætatis annum attigisset *Samuel* Propheta, dixerunt illi filii *Israelis*, Constitue nobis è nostris Regem more gentium reliquarum: quod illeDeo indicavit, qui per revelationē ipsi respondens, Non in te (inquit) rebellârunt, sed in me rebelles sunt. Renuntia ergo illis, Si ego Regem illis constituero, illum ipsis in servitutē redactis Chiliarchas, & Centuriones præfecturum: dum ipsi agros illius arent, messem colligant, eíque instrumenta ad belli & curruum usum conficiant: eúmque filias ipsorum ad verrendum, & molendum, & pinsendum vi adacturum, agrósque & vineas ipsis ereptas servis suis daturum, & de facultatibus, ovibus, & jumentis ipsorum decimas ablaturum, adeo, ut præ his à me opem imploraturi sint; at me tunc ipsis non responsurum. Nota ergo ipsis fecit omnia; illi verò auscultare renuentes instabant ipsi, dicentes, Necesse est, ut nobis sit Rex, qui nos regat. Dixit ergò Deus, Præfecturus sum illis Regem.

Saul, è Tribu *Benjamin*, quem *Arabes* appellant *Taluth*. Juvenis erat, quo non alius ex *Israelitis* staturæ perfectioris fuit. Cùm errâssent asinæ patri ejus *Kisho*, exiit ille cum puero, qui illi erat, eas undique quæsitum. Cúmque pervenissent ad urbem, in quâ erat *Samuel* Propheta, dixit puer *Sauli*, Ecce hic vir insignis est, adeamus eum; fortè enim indicaturus est nobis de † asinis. Dúmque
p. 44.
illi hoc agerent, prodiit illis obviam *Samuel*: cui illi, Indica nobis domum Videntis, [illo enim tempore Prophetæ vocabantur Videntes.] Respondit illis, Ego sum Videns; ingressi domum meam sumatis mecum cibum, atque ego indicaturus sum vobis illud quod quæritis. Ac domum ingressis, Ne soliciti, inquit, estote, quod ad asinas, quippe quæ repertæ sint. Non est autem desiderium filiorum *Israelis* nisi erga te, ô *Saul*, & erga familiam patris tui. Respondit *Saul*, excusatū se haberi petens, Familia mea minima est è familiis

tribûs

Dyn. III.

tribûs *Benjamiticæ*. *Samuel* verò cornu olei prehenſum effudit in caput *Saulis*, dicens, Elegit te Deus in Regem hæreditati ſuæ: occurret autem tibi inter eundum chorus Prophetarum prophetantium, & tu unà cum eis prophetabis. Abiit ergo *Saul*, donec incideret in Prophetas, quibus in manibus erant Cymbala & tympana; deſcenditque in eum ſpiritus Domini, ut & unà prophetaret: dixerunt igitur homines, Etiam & *Saul* è Prophetis eſt; abiitque in proverbium inter eos jactatum. Brevi autem pòſt, prodiit Rex *Ammonitarum* magnis ſtipatus copiis quærens *Iſraelitas* pugnâ aggredi. Cúmque illi ad ipſum miſiſſent, dicentes, Pacem ini nobiſcum, [conſtituto] quod tibi pendamus, & à nobis recede; reſpondit illis, Hâc [lege] pacem facturus ſum vobiſcum, ut quilibet veſtrûm oculum ſibi dextrum eruat. Quod cùm audiviſſet *Saul*, irâ admodum commotus eſt; collectíſque è filiis *Iſraelis* trecentis militum millibus, & è filiis *Jehudæ* triginta millibus, adverſùs *Ammonitas* prodiens manum cum illis conſeruit, & in fugam dedit: † poſt quód ipſum Regem agnoverunt *Iſraelitæ*. Deinde dixit illi *Samuel*, Jubet te Dominus tuus *Amalekitis* bellum inferre, eóſque excindere; viris, fœminis, parvulis, & pecore eorum, è medio ſublatis. Profectus ergo *Saul* adverſùs *Amalekitas* ipſos perdidit, Regémque eorum vinculis injecit non occiſum; reliquit etiam pecudum præſtantiſſimas. Locutus eſt ergo per viſionem Deus *Samueli*, dicens, Equidem rejeci *Saulem*, quòd mihi inobſequens fuerit. Quod grave viſum eſt *Samueli*, dixítque *Sauli*, Quid eſt quod audio balatum ovium, & mugitum boum [iſtorum?] Reſpondit illi *Saul*, dicens, adduxerunt ea *Iſraelitæ* ad immolandum Deo Domino tuo. Et dixit illi *Samuel*, Neſcis ergò Deum non tam delectari ſacrificiis, quàm illis qui auſcultant mandato ejus. Ad iram provocâſti Dominum tuum, & ſprevit te ne Rex ſis, quòd in eum rebellis fueris. Dixítque *Saul*, Poſco Deum veniam, ſiquidem peccavi; rogóque ut revertaris mecum, quò adorem eum, & pœnitentiâ ad ipſum convertar. Renuit autem *Samuel*, ſeditque triſtis: at per revelationem dixit illi Deus, Quoúſque ob *Saulem* contriſtaris? Surgens proficiſcere ad quendam nomine *Iſhai*, ex urbe *Bethlehem*; ſiquidem elegi è filiis ejus Regem. Profectus ergo ad ipſum dixit *Samuel*, Uncturus ſum unum filiorum tuorum in Regem. Cui *Iſhai*,

Saul inter Prophetas

Regem Ammonitarum vincit.

† p. 45.

à Deo rejicitur.

Dyn. III. Ecce eum teneo; accersivítque filium suum natu maximum, cujus species illi placuit: at dixit illi per revelationem Deus, Non intueor ego juxta intuitum hominum; respue ergo eum. Cúmque substitisset *Samuel* donec produceret illi septem è filiis suis, nec cornu [olei]

p. 46. † in quempiam eorum effudisset, Dixit *Ishao*, Num superest è

*al. ex. puer parvus, qui pascit &c. filiis tuis quispiam? Respondit, Reliquus est puer minimus eorum natu, qui pascit oves: dixit, eum mihi siste. Cúmque adduxisset

David unctus. ipsum *Ishai*, effuso in eum cornu unxit in Regem, reversúsque est domum suam. In diebus illis prodiit * strenuus quidam è

*vel, infidelis. *Philistæis*, cui nomen *Goliadh*, *Arabes* autem eum vocant *Gialut*, qui filiis *Israelis* convitiatus ipsos contemptui habuit. Accedens ergo ad eum *David*, Tu, inquit, ad me venisti cum gladio & clypeo, ego verò ad te venio in nomine Domini, cujus acies probris affecisti.

Goliam superat. Eduxítque è perâ suâ lapidem, quem fundæ impositum torsit, ita ut immergeretur in frontem Robusti illius, ipséque in faciem suam procideret. Tum *David* educto gladio ipsius, eo illi caput amputavit: perductúsque est *David* ad *Saulem*, cui quærenti, Cujus filius es tu, ô puer? Respondit, Filius servi tui *Ishai Bethleemitæ*. Cúmque contigisset *Sauli* afflatus malus, dictum est ei, Adsit [tibi] aliquis peritus pulsandi instrumenta chordis instructa, ut te divertat ab eo quo afficeris. Nuntiatúmq; est ei de *Davide*, quòd ejus artis peritus esset: petiit ergo eum à patre suo, ut coram ipso luderet. Cùm autem post interfectum à *Davide Goliadhum*, cantantes, ovantésque filiæ *Israelis* dicerent, Occidit *Saul* millenos, *David* autem

à Saule hastâ petitur. myriadas; invidens *Saul Davidi*, die quodam hastam levem, quam manu tenebat, in ipsum vibravit, unde timor *Davidi* incussus est: metuens autem eum *Saul* Chiliarchum constituit. Dicentéque eo

p. 47. die quodam, Siquis attulerit mihi præputia † ducentorum *Philistæorum*, dabo illi in uxorem *Melchil* [*Michal*] filiam meam, profectus *David* interfecit ex ipsis ducentos viros, quorum præputia cum illi obtulisset, dedit ei ipsam in uxorem. Amavítque illa *Davidem*

Jonathani dilectus. amore eximio, uti & frater ipsius *Jonathan*, & universi *Israelitæ*: & cavere jubens eum *Jonathan* à patre suo, fugere fecit in montem quendam. Cúmque egressus esset *Saul* ad quærendum eum, donec cum comitibus suis ad speluncam in isto monte perveniens, ibi pernoctaret; profectus noctu *David*, & speluncam ingressus, cùm

Saulem

Saulem dormientē invenisset, abscissâ de veste ejus particulâ, ad socios suos reversus est. Cúmq; mane diei jam facto egressus esset *Saul* è spelunca, inclamavit eum *David*, osculatus coram eo terram: dixítque ipsi, Ne attendas, Domine mî, verbis delatoris [cujuspiam] de me; siquidem cùm tradiderit te Deus hodie in manum meam, nihil tibi à me mali contigit: En fimbriam pallii tui istam mecum. Dixit illi *Saul*, Rependat tibi Deus bonum; tu certè regnaturus es post me: jura ergo mihi, te non perditurum posteros meos. Jurantéque ipso, abiit *Saul* domum suam. At cùm mortuus esset *Samuel* Propheta, egressus iterum *Saul* ad quærendum *Davidem*, in viâ quâdam cum sociis suis noctu dormivit; ubi cùm dormientem obortus esset *David*, cuperéntque socii ipsius eum perimere, prohibuit eos, dicens, Non licet cuipiam extendere manum suam in unctum Domini: permittite eum diei suo. Dein ablatâ ejus hastâ, & ampullâ aquæ, abiit. Quod cùm *Sauli* notum esset, dixit, Peccavi in te persequendo, ô *David*, haud ampliùs facturus sum. *Philistæis* autem cum *Israelitis* bellum gerentibus, interfecti sunt *Jonathan* & fratres ejus: *Saul* verò fugiens, cùm timeret nè ipsum assequerentur, † gladio suo incubuit, donec ad tergum exiret. Assecuti autem ipsum quidam, caput ei amputatum in Idolorum suorum templa miserunt; corpus verò muro urbis suæ affixerunt. Accedens autem **Israelita* quidam affirmavit se *Saulem* interfecisse. Cui dicens *David*, Quomodo animum induxisti, ut interficeres unctum Domini? morte ipsum affecit. Luxerunt autem *David* & socii ipsius *Saulem* & *Jonathanem* filium ejus, & deflevit eos [*David*] dicens, Scutum *Saulis* tinctum erat sanguine occisorum, & arcus *Jonathanis* non retrocedebat, & cuspis *Saulis* non revertebatur. Erat levior Aquilis incessu, & Leonibus robore fortior. O filiæ *Israelis*, deflete *Saulem*, qui [vestibus] purpureis vos & croceis vestiebat. Erat autem spatium regni ejus, juxta sententiam *Eusebii*, quadraginta anni, & juxta sententiam *Aniani* viginti.

Dyn. III. *Sauli laciniam amputat.* *Hastam & ampullam ei subducit.* P. 48. [**Amalekita.*] *Saulem & Jonathanem mortuos deflet.*

David filius *Ishai*. Cùm occiso *Saule* confirmatus esset *David* in regno suo, dixit *Nathani* Prophetæ, Hodie ego habito ædes cedrinas, at præsentia Domini (innuens Tabernaculum conventus) tentoria; annon igitur ædificabo illi domum? Et revelavit se Deus *Nathani* Prophetæ, dicens, Dic servo meo *Davidi*, Non

ædificabis

Dyn. III. ædificabis mihi domum: verùm filius tuus, quem excitaturus ſum loco tuo, ille ædificabit domum nomini meo. Deinde juſſit *David Joabum* præfectũ exercitûs ſui eorũ è filiis *Iſraelis*, qui bello idonei
p. 49. erant, numerum recenſere. Abſuit ergo † ab eo *Joab* in urbibus & pagis *Iſraeliticis* novem menſibus & viginti diebus; deinde reverſus ad eum, Inveni (inquit) numerum eorum, qui ex *Iſraelitis* bello idonei ſunt, octingenties mille viros, & è filiis *Juda* quingenties mille. Dixit autem Deus per revelationem *Gado* Prophetæ, Dic *Davidi*, Putâſti victoriam eſſe in multitudine copiarum tuarum, & non nôſti me adjutorem eſſe. Ecce igitur ego ob illud vna è tribus [pœnis] te afflicturus ſum: tu autem quamvis earũ delige; vel ſcilicet famem ſeptem annorum, vel ut prævaleat [tibi] hoſtis tribus menſibus, vel trium dierum peſtem. Dixitque *David*, Ut caſtiget nos manus Domini melius eſt; delegit ergo peſtem: mortuique ſunt à diluculo ad * tertiam diei horam ex *Iſraelitis* ſeptuaginta mille. Tum dixit *David*, Deus mî, & Domine mî, etſi peccaverim [ego,] quænam eſt harum ovium culpa? Immitte pœnas tuas in me, & in domum patris mei: ſuſtulit ergo Deus ab illis peſtem. Pervenit autem ad eum unà cum regno [Spiritus] Prophetiæ, & compoſuit Pſalterium; ſelegítq; è tribu *Levi* * centum & octoginta ſeniores, è quibus Pſalmos cantu [Muſico] canerent quâlibet hebdomedâ viginti quatuor, uno ordine duodecim, & altero totidem. Deinde cùm *Davidi* ſeneſcenti deficeret calor, quæſiverunt ei puellam virginem, nomine *Abiſhaa Shunamitidem*, quæ in ſinu ejus cubans ipſum noctu calefaciebat. Cùm verò adveniſſet tempus mortis ipſius, filio ſuo S*alomoni*, quem regem adhuc vivens conſtituit, præcipiens dixit, Strenuus, & fortis ſis, ac virum te
p. 50. præſta, obſervans leges Domini tui; † credénſque verbo Dei, qui dixit mihi, ſi obſervaverint filii tui præcepta mea, non deficiet vir è ſtirpe tuâ, qui ſedeat in ſolio tuo ad finem uſque mundi. Natus autem erat *David*, cùm regno præficeretur, triginta annos: regno potitus eſt quadraginta, ac tres duxit uxores præter uxorem *Uriæ* matrem S*alomonis*. Erántque illi ſeptendecim liberi, & cùm mortuus eſſet, ſepultus eſt *Hieroſolymis*.

Peſtis ob populum numeratum.

* al. *ſextã.*

Pſalterium compoſitum.

* al. 288.

Sectio.

Epheſus et Samos conditæ.

Anno autem vigeſimo octavo regni *Davidis* condita eſt urbs

Epheſus

Ephesus, necnon urbs *Samos*. Ejus tempore fuit *Empedocles* Sapiens, una è quinque columnis [Philosophiæ;] Illum autumo, *Pythagoram*, *Socratem*, *Platonem*, & *Aristotelem*. Ille primus attributa ab essentiâ Creatoris Altissimi semovit, dicens, Essentia est Existentia ejus, & Existentia ejus Essentia: Vita autem et Sapientia ejus duæ sunt notiones; quæ non necessariò inferunt contrarietatem in Essentia. Scripsit ille librum ad refutandum resurrectionem spiritualem, multò magis corporalem. Secutus est sententiam ejus *Salomon* filius *Davidis*, libro suo in quo seipsum vocat *Kohcleth*, i.e. Congregatorem, in quo imitatus est sectam *Dahritarum* [Secularium.] Scias autem reperiri in iis, in quos ea de re inquiritur, libris contrarietas multa in Epochis annorum [quibus vixerint] Philosophi; memoratur enim in quibusdam eorum *Thaletem Milesium* primum fuisse *Græcorum*, qui Philosophiam professus sit, et Poësin floruisse inter *Græcos* ante † Philosophiam annis ducentis, eique originem dedisse *Homerum*. Porro tradit *Cyrillus* (in libro suo quo respondet *Juliano*, in iis rebus quibus fidem Evangelio derogare conabatur) fuisse *Thaletem* ante initium regni *Nebuchadnesaris* viginti octo annis. Dicit autem *Porphyrius* floruisse *Thaletem* post *Nebuchadnesarem* centum et viginti tribus annis. Ait alius, Primum qui Philosophiæ operam dedit, fuisse *Pythagoram*. Asserunt etiam *Islamitarum* nonnulli, Primum, qui à Sapientiâ denominatus sit, fuisse *Locmannum*, qui tempore *Davidis* claruit, et ab illo accepisse *Empedoclem*. At cùm instituti hîc nostri non sit exactè definire annos Philosophorum; verùm ex illis nonnulla recensere, quæ quod laudabile fuit in moribus eorum exprimant, atque animum oblectare auditu quorundam ab ipsis scitè dictorum: in quibus conjungatur cum sapientiâ jocus, cum utilitate urbanitas, cum severitate lusus, & cum gravitate hilaritas; quæque sunt flatus [quidam] inter animos generosos concitati, & nubes ab ingeniis præcellentibus stillantes, nihil nostrâ intererit utrùm tempora, quibus facta fuerit eorum mentio, sint ea quibus revera floruerint, necne. Quod autem hîc à nobis expressum est de temporibus istorum Philosophorum antiquiorum, illud est quod transtulimus è duobus libris *Eusebii* & *Andronici* Chronologorum, cùm viderimus idem sentire cum illis præcellentissimum studiosorum † *Jacobum Rohensem*,

Marginalia: Dyn. III. Empedocles. Kohcleth. Thales. p. 51. Homerus. Pythagoras. Locmannus. *Autoris institutum in Philosophis recensendis.* *quos autores secutus sit.* p. 52.

Dyn.III. qui in tribus linguis, *Hebræâ*, *Græcâ*, & *Syrâ*, excelluit.

Salomon filius *Davidis*. Præfectus est regno cùm natus esset duodecim annos: eo tempore apparuit illi Deus per somnium, dicens, Pete à me quid tibi dari velis. Dixítque *Salomon*, O Domine, Impar sum regendo, nec est mihi scientia ad exercendum Judicium inter populum tuum: da igitur mihi cor intelligens, & intellectum gravem. Respondit illi, Daturus sum tibi, quod nulli unquam Regum fuit. Quòd si per vias meas ambulaveris, prolongabo vitam tuam, nec auferam à filiis tuis regnum. Cúmque surrexisset manè *Salomon* lætitiâ perfusus, & in solio regio sedisset, venerunt ad ipsum duæ mulieres litem ad ipsum deferentes de puero, quem utráq; earum sibi vendicavit. Dixit ergo *Salomon* lictori suo, Scisso in duas partes puero, unicuíque dimidium ejus dato. Dicentéque unâ, Imò ut nec mihi sit, nec illi; alterâ verò, Trade illum ei, O Rex, at morte non afficias; cognovit *Salomon* eum illius filium fuisse, ipsiq; tradidit. *Israelitæ* verò hoc conspecto certò cognoverunt Deum *Salomoni* sapientiam & scientiam donâsse: submiserúntque se ei Reges, & pacem cum ipso fecerunt. Fuítque vectigal regni ipsius (quod * quadraginta parasangas longum, ac totidem latum fuit) quotannis sexcenta millia, & sexcenta sexaginta sex talenta auri, præter donaria, & quæstum qui ex mercatura obveniebat. Talentum autem, quod *Cicar* audit, secundùm id quod in lege traditur, † [valet] ter mille siclos è siclis sanctuarii, quorum quilibet quinque siclorum nostrorum valet. Illud autem, quo *Salomoni* ad mensam suam opus fuit, erat pro singulis diebus centum cori similæ, boves triginta, oves centum; præter capreolas, & cervos, & [diversa] volucrum genera. Erant etiam illi septingentæ conjuges ingenuæ, & trecentæ ancillæ [in] concubinas, & quadraginta millia equorum. Anno autem quartò Regni sui incepit ædificare templum (quod jam *Al Mosgiad al Aksa* appellatur) in monte *Amoræorum* in area *Aranis Jebusæi*; cujus longitudo sexaginta cubitorum, latitudo viginti, & altitudo triginta fuit: spatio septem annorum illud perfecit. Porro anno vicesimo quarto regni sui, dirutâ urbe *Antiochiâ*, septem urbes, è quarum numero fuit *Tadhmor*, extruxit. Cúmque ædificâsset *Salomon* domum Domini gratias egit Deo, & *Israelitis* benedixit; procumbénsque in genua, &

Salomonis votum.

judicium de puero.

reditus

* vel potius, *quadringentas.*

P. 53.

expensa.

Templum extructum.

& septem urbes à Salomone condita.

& expansis versùs cœlum manibus, dixit, O Deus, Deus *Israelis*, Dyn.III.
non est par tibi in cœlis supernè, aut in terris infernè: jam præstiti- *ejus oratio.*
sti servo tuo *Davidi* promissum, quod fecisti illi. Obsecro te igitur,
ut, cùm peccaverint filii *Israelis* & in fugam conversi fuerint ab ho-
stibus suis, si invocaverint te in hâc domo, exaudias illos, & condo-
nans peccata opem illis afferas contra inimicos suos; & cùm pec-
caverint ita ut cohibita fuerit ab illis pluvia, si venerint in hanc do-
mum, demittas illis pluviam, & irriges † terram eorum pluviâ tuâ. P. 54.
Et cùm fuerit in terrâ fames, aut locusta, aut pestis, aut morbus;
si à te opem imploraverint, exaudias eos. Cúmque venerit in hanc
domum quispiam è gentibus externis, & invocaverit te, exaudias
eum; ut sciant populi terræ te solum esse Deum, teque reverean-
tur. Tum obtulit munera è sacrificiis, boves vicies & bis mille, &
pecudes vicies & centies mille, festúmque illud domino septem die-
bus celebravit. Porrò accedebant ad ipsum Reges, ut audirent sa- *Reges ale-*
pientiam ejus, afferebántque donaria pretiosa ex auro, argento, *unt* Salo-
gemmis, vestimentis, aromatibus, armis, & equis. Accedens etiam monem. *Regina Sa-*
ad ipsum Regina *Teimanus*, obtulit illi centum & viginti auri talen- *bæ.*
ta, necnon aromata & gemmas pretiosas. Dixítque illi, O *Salomon*,
superat præstantia tua famam tuam: Beatæ mulieres tuæ, Beati servi
tui, qui audiant sapientiam tuam; Benedictus sit Dominus Deus tu-
us. Dedítque ei *Salomon* præstantissima quæque munéra, & rever-
sa est in regionem suam. Est autem *Salomoni* liber [præ se ferens]
confabulationem & petitionem mulierum, qui vocatur *Shirath Shi-* *Canticum canticorū.*
rin, i. e. Laudatio Laudationum; cujus sensus exterior ostendit illum
confabulari in eo cum filiâ *Pharaonis* fuscâ, illámq; cum ipso confa-
bulari. Doctores autem nostri eum interpretati dixerunt, Ama-
tricem illam esse Animam rationalem, cujus pulchritudo mutata* est
pollutionibus corporeis: illum autem quem amat esse Creatorem
suum, qui amatur propter se, tum à se, tum ab illis, qui in eo se ob- *Proverbia.*
lectant. Est etiam illi liber Proverbiorum de sapientiâ † practicâ, p. 55.
(*at qualis liber!) In hoc autem lapsus est *Salomon*, quòd sub finem * al.ex. *in*
vitæ suæ alias mulieres, præter filiam *Pharaonis*, acceperit è gentibus *quo avocat à*
peregrinis, quibuscum prohibuit Deus commisceri filios *Israelis*; *cupiditate mundi.*
& erga deos ipsarum propendens, Idola earum coluerit. Anno er- Salomon
go trigesimo quarto regni sui extruxit domum Idolis, in monte qui *templum Idolis extruxit.*

Dyn. III. est è regione *Hierosolymorum*, cujus longitudo fuit centum cubitorum, latitudo quinquaginta, altitudo triginta; fecit etiam sibi scuta aurea, & mare æreum cornibus taurorum æreorum suffultum. Increpans autem ipsum Deus ob infidelitatem ejus, statuit illi in hoc mundo hanc pœnam, quòd abstulerit à filio ejus maximam regni partem. Fuit spatium regni ejus quadraginta annorum, mortuus est sine pœnitentiâ, ac sepultus in sepulchro patris sui *Davidis*.

Moritur sine pœnitentia.

Rehoboam filius *Salomonis*. Non reliquit *Salomon* filium præter *Rehoboamum* istum, quem *Israelitæ* in locum patris sui regem substituentes, dixerunt ipsi, Pater tuus gravis fuit nobis exactionibus, tu ergo leviores nobis reddas. Ille autem post tres dies, quibus consilium iniit cum coætaneis suis, respondit eis dicens, Equidem digitus meus minimus crassior est pollice patris mei; quòd si pater meus castigavit vos virgis, ego vos flagellis castigabo. Dixerunt ergo *Israelitæ*, Non est nobis portio cum domo *Davidis*, neque pars nobis cum familiâ *Ishai*; ad domos vestras, ô filii *Israelis*: abi-
p. 56. itque unusquisque † domum suam. Cúmque mitteret *Rehoboam* nuntium suum in urbes filiorum *Israelis*, qui illos in gratiam revocaret, obruerunt eum lapidibus, ut moreretur. Fuerat autem *Salomoni* Juvenis fortis, nobilis, nomine *Jeroboam* filius *Nabat*; Hunc constituerunt decem tribus sibi regem in regione *Samariæ*: reliquis *Rehoboamo* filio *Salomonis* duabus tribubus, *Jehudæ* & *Benjaminis*. Posuítque solium regni sui *Hierosolymis*. Conatus autem *Jeroboam Israelitas* avertere à visendo templo, duos vitulos ex auro conflavit, quos in urbe *Dan* (quæ est *Nables*) statuens, Lucremini, inquit, propinquitatem viæ, & omissionem molestiæ itineris ad *Jerusalem*. Hi enim Dii tui sunt, ô *Israel*, qui eduxerunt te ex *Ægypto*. Misit ergo Deus prophetam nomine *Shemaium* ad *Jeroboamum*, qui ad illum profectus invenit adolentem coram duobus vitulis suis suffitum; tum descendit spiritus Dei super Prophetam, ita ut diceret, Heus altare ausculta sermoni Domini; Nasciturus est familiæ *Davidis* filius nomine *Joshia*, qui mactabit super te sacerdotes tuos, & ossa eorum, qui tibi ministrant in te comburet: erítq; hujus rei[hoc]signũ, quod jam scinderis & effundentur de te cineres: factúmque est sicut dixit. *Rehoboam* autem filius *Salomonis* regnavit in duas tribus septendecim annis, fecitque

Vituli aurei.

omne

omne quod malum est. Porrò anno quinto regni ejus *Shishak* Rex Dyn. III
Ægypti Hierosolymam ascendens, omnia abstulit vasa, & scuta aurea,
quæ fecerat † *Salomon* [in usum] domus Domini, quorum loco con- p. 57.
flavit *Rehoboam* ærea. Et cùm mortuus esset *Rehoboam* sepultus est
in sepulchro domus *Davidis*.

Abia filius *Rehoboami*. Anno primo, quo [in regno] sedit, bellum contra eum gessit *Jeroboam* filius *Nabat*, Rex decem tribuum, cum exercitu octoginta millium; cui obviam progressus ille cum quatuor millibus in fugam ipsum convertit, perierúntque è filiis *Israelis*, qui fuerant cum *Jeroboamo*, eo die quinquaginta mille [viri] bellatores. Erant autem *Abiæ* quatuordecim uxores, & nati sunt illi viginti * sex filii masculi, & sexdecim filiæ. Regnavit tribus annis. Prophetârunt autem ejus tempore *Abia* & *Shemaius*, Prophetæ.

* al. ex: quatuor.

Asa filius *Abiæ*. Regnavit annis quadraginta uno, moribúsque fuit probis. Anno autem secundo regni ipsius ægrotavit *Jeroboam* filius *Nabat*, Rex decem tribuum; mortuúsq; est, postquam regnâsset viginti & duobus annis, & regnavit post eum *Nadab* filius ejus spatio biennii: deinde translatum est regnum decem tribuum ad virum è tribu *Isachar* nomine *Baasham*, filium *Abiæ*, qui regnavit viginti quatuor annis. Anno autem decimo regni *Asæ*, regis duarum tribuum, bellum contra eum gessit Rex *Æthiopum* cum millies mille, & sexcenties mille viris, è *Barbaris*, & *Æthiopibus*, et *Nubiensibus*, cui occurrens *Asa* in deserto *Giadar* in fugam eum convertit. Quinque annis elapsis combussit Idola, matrémque suam Idolorum cultricem, de regno deposuit; omnésque adulteros, et adulteras è terrâ suâ amovit.

† *Jehoshaphat* filius *Asæ*. Regnavit annis viginti quinque in p. 58.
duas tribus.. Tempore autem ejus mortuus est *Baasha* Rex decem tribuum, post quem regnavit ejus filius *Ela* duobus annis: tum fraude illum adortus *Zimri* servus, et princeps exercitûs ipsius, trucidavit ipsum, et regnavit post eum septem diebus. Cùm autem videret concitari adversùs ipsum *Israelitas* Regem suum ulcisci quærentes, injecto igne in domum suam, illam unà cum seipso et prole suâ combussit. Regnavit post eum *Omri*, *qui ædificavit in *Syriâ* civitatem * *Amuriam*, fuitque spatium regni ejus duodecim anno-

* lege Samariam.

 rum:

Dyn. III. rum: deinde mortuus est. Regnavítque post illum filius ejus *Ahab* viginti tribus annis, qui uxorem duxit *Idololatricam* nomine *Izebelem*, filiam Regis *Tyri*, & instauravit urbem *Jericho*, cui maledixerat *Joshua* filius *Nun*. Increpavit autem eum *Elias* Propheta, quòd coleret Idola, fugítque in desertum, ubi attulit illi corvus cibum: cohibitáque est pluvia precibus ejus annis tribus & dimidio. Deduxit etiam ignem de cœlo, quo consumpti sunt centum homines duabus vicibus; deinde ipso Deum invocante descendit pluvia, & terram irrigavit. Fugit etiam à malitia *Izebelis* uxoris *Ahabi* in desertum, ubi quadraginta diebus & noctibus jejunavit. Deinde proficiscente ipso cum discipulo suo *Elisha*, scissus est fluvius *Jordanis*, ita ut per fundum transiret, ac nube sublatus vivus abiit eò quò visum est [Deo] Celsissimo. Hoc tempore fuerunt è Prophetis veracibus *Elias*, & discipulus ejus *Elisha*, *Obadia*, *Abihud*, *Uziel*, &
P. 59. *Micha* filius *Imshi*: è mendacibus verò †*Sedekia*, & *Eliazar*, [unà] cum quadraginta aliis. Mortuo autem *Ahabo* regnavit post eum *Ahaz* filius ejus anno uno; tum decidit de fenestrâ domûs, quæ illi fuerat, & mortuus est, regnavitq; post eum *Joram* frater ejus duodecim annis.

Joram filius *Jehoshaphati*. Regnavit octo annis, & uxorem duxit sororem *Ahabi* Regis decem tribuum, nomine *Athaliam*: & interfecit omnes fratres suos. Incidit autem in eum afflictio, et mortuus est morbo intestinorum correptus.

Ahazia filius *Jorami*. Regnavit anno uno, et tempore ejus translatum est Regnum à familiâ *Ahabi* ad quendam nomine *Jehu*, filium *Nimshi*. Hic *Joramum* filium *Ahabi*, et totam ejus familiam, unà cum *Jezebele* uxore ejus, diligenter perquisitos è medio sustulit.

Athaliah mater *Ahaziæ*. Septem annis [regnavit.] Ista adulterium viris et fœminis palàm in urbe sanctâ permisit, perdidítque stirpem regiam, ut sola regnum teneret, neque superesset qui ob illud cum eâ contenderet. Nec evasit quispiam præter *Joashum* nepotem ipsius, scilicet filium *Ahaziæ* filii ejus, quem furtim surreptum amita ejus *Joshaba*, uxor *Joiadæ* Principis Sacerdotum, clam educavit.

Joash filius *Ahaziæ*. Regnavit annis quadraginta; præfectus est

est regno, cùm annos septem natus esset: idque quòd *Joiada* Princeps Sacerdotum interfectâ *Athaliâ* sceleratâ, avia ipsius, regnum illi tradidit. Ille verò beneficia ejus non agnoscens, post mortem *Joiadæ*, omnes ipsius filios trucidavit. Deinde † servorum suorum fraude è medio sublatus est. Mortuus est etiam *Jehu* filius *Nimshi*, Rex decem tribuum, cujus regni spatium vginti octo annorum fuit: regnavitque post eum *Jehoahaz* filius ipsius septendecim annis; quo mortuo, regnavit *Jehoash* filius ejus tredecim annis. Anno autem trigesimo sexto *Joashi* filii *Ahaziæ*, obiit *Elisha* Propheta. Prophetavit etiam *Zacharia* Propheta. Dyn. III. p. 60.

Amosia filius *Joash*. Regnavit viginti novem annis. Hic omnes patris sui hostes perdidit, viz. *Idumæos*, et incolas *Saïr*, deósq; eorum *Hierosolyma* perductos coluit. Invadens autem eum *Jehoash* Rex decem tribuum fecit in muro *Hierosolymorum* rupturam, spatio quadringentorũ cubitorum, ingressúsq; et iis, quæ ad templum Dei et domum Regiam pertinerent, sublatis, reversus est *Samariam*. Interfectus est autem *Amosia* in prælio. Mortuus est etiam *Jehoash*, regnavitque post eum *Jeroboam* filius ejus annis quadraginta uno.

Uzia filius *Amosiæ*. Regnavit quinquaginta duobus annis. Diebus illius fuit *Jonas* filius *Mitai*, qui missus est *Niniven*. Porrò anno vicesimo quarto regni sui modulum suum transgressus, ingressus est ad aram suffitus in templo Domini, ut faceret quæ facere Sacerdotis erat; leprâ igitur toto simul corpore affectus est, nec ab eâ mundatus, donec moreretur: quódque non prohiberet eum *Esaias* Propheta, ablata est illi visio [Prophetica] viginti octo annis, donec moreretur *Uzia*; tum restituta est illi Prophetia sexaginta et uno annis aliis, cùm prophetâsset etiam anteà† viginti quatuor annis. Porro anno quadragesimo octavo regni *Uziæ*, *Tiglath Peleser* Rex *Assyriæ Hierosolymam*, et omnem terram filiorum *Israelis*, hostiliter invadens, multos eorum captivos abduxit. Et anno vicesimo nono *Uziæ* mortuus est *Jeroboam* Rex decem tribuum, regnavítque post eum *Zacharia* filius ejus sex mensibus; quem interfecit vir nomine *Shallum*, regnavítque post eum mensem unum: deinde illum interfecit quidam nomine *Menahem*, cúmque post eum decem annis regnâsset mortuus est, et loco ejus sedit *Pekahia* filius ipsius *Uzia leprosus.* *Esaias Prophetia munere privatus.* † p. 61.

Dyn. III. ipsius biennio; tum interficiens eum *Pekah* filius *Romaliæ*, sedit loco
Homerus ejus viginti annis. Dicit *Porphyrius* Chronologus *Homerum* Poe-
& Hesiodus. tam & *Hesiodum* hoc tempore floruisse.

Jotham filius *Uziæ*. Præfectus est regno sedecim annis, qui viâ rectâ coram Domino suo incessit, instauravítque muros *Hierosolymorum*, & subigens *Ammonitas* tributum ab eis accepit.

Sectio.

Porrò hoc tempore floruit *Homerus* Poeta, uti à *Porphyrio* acceptum est. Excoluit ille artem Poeticã inter species Dialectices, eámq; optimè tractavit, & inter Sapientũ cœtum ob eminentiam gradus sui recensetur. Composuit autem duos libros de bellis, quæ intercesserunt inter *Græcos* contra urbem *Ilii*, quorum exemplar apud nos reperitur linguâ *Syriacâ*: referti sunt autem Ænigmatibus & Allego-
* al. *Anabiam*. riis. Dicitur *Analiniam* scurram ad eum accedentem dixisse, Dicte-
p. 62. riis me incesse, † ut ex conviciis tuis gloriam captem, cùm laude tuâ non sim dignus; dicentéque illo, Nunquam id facturus sum, respondisse, Adiens ergò Principes *Græcorum* pusillanimitatem tuam illis notam faciam. Cui statim *Homerus*, Accepimus, petente cane ut cum Leone pugnam iniret in Insulâ *Cypro*, abnuisse [Leonem] dedignatum [hoc facere:] dixit ergo Canis, Abiens ego ad Leones ignaviam tuam illis indicabo. Cui Leo, Ut exprobrent mihi Leones, quòd haud ausus fuerim tecum congredi, satius mihi est, quàm ut mystaces meas sanguine tuo oblinam.

Ahaz filius *Jothami*. Regnavit sedecim annis, maléque se gessit sacrificia Dæmonibus offerens. Bellum contra eum gessit *Pekah* filius *Romaliæ*, accersito in auxilium *Resano* Rege *Syriæ*, perdidítque è *Judæis* centies vicies mille. Mortuo autem *Pekah* regnavit post eum *Hosha* filius *Elæ*, novem annis. Anno octavo regni *Ahaz* bello eum aggressus est *Shalmanaser* Rex *Babelis*, cui *Ahaz* se servum subscripsit: abstulítque quicquid repertum est in domo Domini & Regis, auri, argenti, & vasum. Obsedit etiam urbem *Samariæ* tri-
Captivitas decem tribuum. bus annis, eâque captâ occidit *Hoshaum*, & decem tribus captivas abductas in montibus *Assyriæ*, provinciis *Babelis*, & *Persarum* regione dispersit. Qui autem ex hâc captivitate evaserunt, adjunxerunt se Regi duarum tribuum, *Judæ* scilicet & *Benjaminis*: atque hoc pacto in nihilum redactum est regnum decem tribuum. Et hoc

tempore

tempore habitata est Insula *Rhodus*, quæ annos mille quadringentos & quinque mansit, donec † à *Moslemannis* vastaretur. Ædificata est etiam in regione *Ponto* urbs *Trapezus*. Dyn. III. Rhodus. Trapezus. p. 63.

Sectio.

Hoc tempore claruit in Philosophia *Thales Milesius*, referente *Eusebio Cæsariensi* in Historiâ suâ, quæ dicitur *Chronicon*. Fertur primum fuisse illum *Græcorũ* qui profectus in terram Ægypti Sapientiã ab Ægyptiis didicit, unde reversus est Miletum. Primum sapientiæ specimen, quod populo suo dedit, hoc fuit, quòd illos de Eclypsi Solis moneret, futuram scilicet illam horâ tali diei talis. Cúmque verum repertum esset scitum ejus, illustris apud eos evasit, plurimique æstimârunt monita ejus, ac discipuli ejus facti sunt ex illis multi. Ægyptii autem acceperunt sapientiam à *Chaldæis*, neque erat *Græcis* ante *Thaletem* Scientiæ quicquam: erat siquidem status eorum instar status *Arabum*, nec quicquam præter linguæ peritiam & compositionem carminum, & proverbiorum, & orationum, callebant. Fertur etiam *Thaletem*, primum fuisse qui αὐτόματον asseruerit; *viz.* quòd existat aliquid, cui non sit causa, quæ existere illud faciat: quod probatum dedit ex iis, quæ vidit in hoc mundo, malis. Idem etiam profitentur *Indi*. Post *Thaletem* claruit in Scientiis, Mathematicis præcipuè, *Apollonius* Geometra, qui scripsit librum *Conicorum*, qui compositus est de scientia proprietarum linearum, quæ nec rectæ sunt, nec arcus instar curvæ, sed inclinatæ [ellypticæ sc.] Translati sunt ejus in linguam *Arabicam* tempore *AlMamonis* septem tractatus, monstrat verò procemium octo esse debere. Hic autem liber, unà cum † altero ab eodem composito in causâ fuit, quod composuerit *Euclides* librum suum longo post tempore. *Euclides* verò Geometra (qui è civitate *Tyro* ortum duxit) Geometriæ peritiâ excelluit. Liber ejus, qui vocatur στοιχεῖα, *i.e.* Elementa, liber est celebris, admodum utilis: non est *Græcis* hoc in genere liber alius generalis, neque secutus est eum aliquis, qui non vestigia ejus sectatus sit, idémque quod ille dixerit; nec inter homines, qui præstantiam ipsius non confessus sit, & multiplici ejus doctrinæ testimonium perhibuerit. Composuit etiam hoc in genere librum Datorum, librum Opticorum, librum compositionis Musicæ, aliósque. E claris etiam Mathematicis fuit *Archimedes*, qui *Græcus* fuit, at sci-

Thales. *Græci antiqui scientiarum rudes.* Ἀυτόματον. Apollonius. p. 64. Euclidis Elementa. *Opera alia.* Archimedes.

Dyn. III. entiam ab *Ægyptiis* hausit: dicitur eum, qui aggeribus cinxerit terras plerarúmque *Ægypti* villarum, & fundamenta posuerit pontium, quibus à pago in pagum transitur cùm excreverit *Nilus*, *Archimedem* fuisse. Sunt & illi Scripta multa; veluti Liber de Sphæra & Cylindro, & de Septangulo in Circulo: fertur *Romanos* è libris ejus quindecim gestamina combussisse. Post eum celebris fuit *Menelaus*, qui docendis disciplinis Mathematicis operam impendit, scripsitque librum de distinctione corporum mixtorum.

Ejus opera

Menelaus.

Hezekia filius *Ahazi*. Regnavit viginti novem annis, Deo obsequutus removit Idola, & victoriam illi Deus in hostes suos concessit. Anno quarto regni ipsius denuò ascendens *Shalmanaser* Rex *Babelis* in terram † *Samariæ*, captivos abduxit quotquot reliqui erant è decem tribubus. Deinde cùm anno octavo Regni ipsius misisset ex *Assyriis* quosdam in eandem terram, qui eam colerent, prodeuntes contrà ipsos Leones eos interfecerunt: cúmque dictum esset *Shalmanaseri*, Ideò accidisse illis hanc calamitatem, quòd ritum Dei istius terræ non nôssent, misit illis *Uziam* Sacerdotem, qui eos legem doceret; quam cùm didicissent, ejúsque ritus observâssent, destiterunt Leones à malo illis inferendo. Atque ab illo tempore *Samaritani* non recipiunt è libris divinis præter legem. Anno decimo regni *Hezekiæ* invasit *Sancharib* rex *Assyriæ* territoria terræ Sanctæ, at precibus *Hezekiæ* liberata est *Jerusalem*. Porrò cùm lethalitèr ægrotaret *Hezekia*, vehementer flevit, planxítque dicens, Utique Benedictio, quam constituit Deus in stirpe *Davidis*, à me deficit, & in me finem habet successio regni filii *Ishai*. Addidit ergò Deus vitæ ejus quindecim annos, natúsque est ei filius, cui nomen imposuit *Manassem*. Et de hoc filio exponunt *Judæi* Prophetiam *Esaiæ* Prophetæ, ubi dicit, *Ecce virgo concipiet, & pariet filium, & vocabis nomen ejus Immanuel*; siquidem (inquiunt) vocavit Propheta uxorem *Hezekiæ* virginem, quòd venisset Prophetia antequam attingeret ipsam maritus ipsius: *Sancharib* autem cùm descenderet, misit ad *Hezekiam* dicens, Ne te fallat [fiducia] in Dominum tuum; certò enim te perdam. Metuens ergò ab eo *Hezekia* † misit ad *Isaiam* Prophetam, dicens ei, Dies est iste calamitatis, Preces igitur funde ad Deum tuum. Revelavit itaque Deus *Isaiæ* dicens, Dic *Hezekiæ*, Ne metuas à *Sancharibo*; Ego siquidem redire illum faci-

p. 65.

Samaritani.

Senacharib.

Esa 7.14.

p. 66.

am

am, viâ quâ venit. Misitque Deus Angelum, qui interfecit in castris *Sancharibi* centum octoginta quinque millia ex exercitu ejus. *Reversus* est igitur fugiens in *Assyriam*, ubi occiderunt eum duo ejus filii dum se incurvaret in domo Idoli sui. Et dicitur *Sancharibum* istum reædificâsse urbem *Tarsum*. Fecit autem *Hezekia* lacum aquæ extra *Hierosolymam*, in quam aquam per canales deduxit; foditque illi fossam. *Hezekia* autem, veniente ad ipsum legato *Sancharibi*, ostendit illi omnia quæ in domo ipsius fuerunt; ob quod iratus illi Dominus dixit ipsi, Omnia quæ viderunt *Assyrii* in domo tuâ, erunt Regi *Babelis*, erúntque filii tui ei in Eunuchos. Dixítque *Hezekia*, Utinam sit pax diebus meis. Ejus tempore fuit *Tobit* ille pius è captivis *Israeliticis* qui in *Nineve* habitavit. Historia autem, quæ narrat dedisse illi Angelum Domini fel, quo oculos suos ungens sanatus est à cæcitate, in libro ipsius memoriæ prodita est.

Dyn. III

Tarsus restauratus.

Tobit.

Manasses filius *Hezekiæ* Regnavit quinquaginta quinque annis. Coaluit illi regnum duodecim tribuum post captivos à *Shalmanasere* transportatos. Hic omne quicquid vetitum atque illicitum est, patravit: Idolúmque quatuor habens facies conficiens coli jussit. Idem *Isaiam*, ipsum à scelere cohibentem, inter binos asseres colligatum serrâ dissecuit: † fuit autem ætas *Isaiæ* annorum centum & viginti, quorum octoginta quinque Prophetæ munere functus est. Rejecit ergò Deus *Manassem*, eúmque in potestatem *Assyriorum* tradidit, qui vinctum & catenis onustum abduxerunt *Assyriam*, ibíque in turri æneâ incarcerârunt in urbe *Nineve*: quod cùm pateretur, ad Deum conversus orationem illam celebrem oravit; misertus ergò illius Deus, regno ipsum restituit. Quàm primùm ergò reversus esset *Hierosolymam*, Idolo isto quatuor facierum è templo sublato ipsum purgavit. Extruxit etiam murum *Hierosolymorum* Australem.

Esaias serrâ dissectus p. 67.

Sectio.

Porrò, anno vicesimo primo regni *Manassis* condita est urbs *Chalcedonia*, & regnârunt *Sclavi* usque ad terram *Palestinæ*; urbíque *Romæ* magnæ præfuit Hostilius, qui primus sibi assumpsit Chlamydem purpuream, & Sceptrum regale. Extruxit etiam *Byzus* urbem *Byzantium*, quam, post nongentos & septuaginta annos auctam, *Constantinopolim* appellavit *Constantinus*.

Chalcedon.

Byzantium.

Amon filius *Manassis*. Regnavit duodecim annis, at juxta

 sententiam

Dyn.III. ſententiam *Judæorum* duobus [tantùm.] Inceſſit hic viâ malâ, gentium externarum deos colens, & ſervi ejus conſpiratione factâ ipſum interfecerunt.

Sectio.

Sibylla. Archilochus Corax. Celebris hoc tempore Sapientiâ fuit in inſula *Rhodo* mulier quædam nomine *Sibylla*, & in inſula *Siciliâ Archilochus* Rhetor, qui cognominatus eſt *Corvus*, ad quem ſe receperunt diſcipuli diſcendæ Rhetoricæ gratiâ. † Erat autem è numero ad eum accedentium Juvenis quidam *Græcus*, nomine *Thyſanas*, qui ab illo petiit, ut hanc artem eum doceret, promiſſa illi ob illud certâ pecuniæ ſummâ; cujus voto annuens ipſum docuit: at iſte cùm benè eam calleret, fraudem illi facere conatus, pactum quod cum illo inierat reſcindere cupiens, Heus præceptor (inquit) Quiſnam finis eſt Rhetorices? Reſpondente illo, Utilis eſt ad perſuadendum: Ego, igitur (inquit) cùm jam tecum contendam de præmio, ſi perſuaſerim tibi ne illud reddam, non ſum redditurus, quòd tibi hoc perſuaſerim ut contentus ſis; quod ſi tibi perſuadere non poſſim, nequaquam daturus ſum tibi quicquam, quod nondum didici à te Rhetoricam, quæ ad perſuadendum valeat. Reſpondens illi Præceptor dixit, Ego etiam tecum contendam: Si tibi perſuaſero, debere me accipere à te mercedem meam, accepturus ſum illam ut ei debitam qui perſuaſerit; quòd ſi non perſuaſerim tibi, à te accipere illam debeo, quod diſcipulum inſtituerim qui præceptori ſuo præcellat. Dictum eſt ergò, Mali Corvi malum ovum, i. e. Diſcipulus nequam & Præceptor nequam.

p. 68. *Tyſias cujus diſcipulus, cum præceptore de mercede contendit.*

Joſia filius *Amonis*. Regnavit annis triginta & uno; in regno collocatus eſt cùm octo eſſet annorum. Bonæ converſationis, ac inſtituti probi fuit. *Hilkiam* Sacerdotem, patrem *Jeremiæ* Prophetæ, juſſit templum Domini ingreſſum illud reficere. Inter reficiendum verò librum legis reperit, quem cùm coram rege legiſſet, ille zelo, tum ſui tum populi gratiâ, commotus, Idola patris ſui confregit, Æedituis eorum interfectis, & oſſa eorum, qui illis miniſtrarent, in ipſorum aris combuſſit; quemadmodum prophetaverat † *Shemaius* Propheta diebus *Jeroboami* filii *Nabat*: feſtúmque Paſchatis *Hieroſolymis* reſtituit.

p. 69.

Anno trigeſimo primo regni ejus caſtra poſuit *Pharao Nechaoth* (i. e. *Claudus*) juxta *Euphratem*, prope urbem *Menbaj*, bellum regi *Aſſyriæ*

Assyriæ illaturus: prodiit autem in occursum ipsius *Iosiæ* cum exercitibus suis, ut à transitu impediret; at victoriâ potitus *Pharao* ipsum interfecit, mortuúsq; *Hierosolymam* delatus est. Fuerũt illi quatuor filii, *Iehoahaz, Sedekias, Iuchonia* * avus *Danielis* Prophetæ, & *Iojakim* pater trium puerorum, *viz. Hananiæ, Azariæ*, & *Mishaelis*. Ejus tẽpore fuerunt *Sophonias* Propheta, & *Ieremias*, & *Hulda* Prophetissa. Dyn. III *al. tres Juchonia fr. omisso.* * al. pater.

Jehoahaz filius *Josiæ*. Regnavit tribus mensibus: improbæ fuit conversationis; captivum eum cepit *Pharao Claudus*, cùm reverteretur, & ferro vinctum in Ægyptum misit, ubi mortuus est, & *Jojakimum* fratrem ipsius in locum ejus substituit.

* *Jojakim* filius *Josiæ*. Regnavit duodecim annis: malæ fuit conversationis, vitæque instituti culpabilis; suscepit in se tributum, regi Ægypti pendendum quotannis, centum auri talenta. Anno tertio regni ejus *Bochtanser* rex *Babelis Hierosolyma* ascendens plurimos incolarum ejus *Babelem* transportavit, & inter eos *Danielem* Prophetam; & tres pueros filios **Jojakimi*, patruos *Danielis*; impositóque *Jojakimo* tributo ab eo recessit. Deinde iterum accedenti *Pharaoni* † *Claudo* ad *Euphratem* obviam factus ipsum interfecit. Et anno octavo regni *Jojakimi* rursum profectus *Bochtanser* contra *Hierosolyma*, acceptis à *Jojakimo* pecuniis rediit; deinde post tres annos mortuus est. Nebuchadnesar. * al. fil. Josiæ Imp. &c. p. 70.

Junachir fil. *Jojakim*. [*Hic pater erat *Danielis* Prophetæ,] idémque est qui in Evangelio *Matthæi* vocatur *Juchonia*: ubi autem tres menses regnâsset profectus contra eum *Bochtanser* obsedit urbem Sanctam. Egressus autem est ad ipsum *Junachir* fidem petens, unà cum matre suâ, propinquis, & servis suis: quos omnes deportavit ille *Babelem*, neque alios quàm senes decrepitos, & anus infirmas *Hierosolymis* reliquit; præfecítque illis qui relicti sunt *Hierosolymis* *Sedekiam* filium *Josiæ*, patruum *Junachiri*, mansítque *Junachir* vinctus in *Babele* triginta septem annis. *Hæc desunt in opt. ex.* * Jehoiachin.

Sedekia filius *Josiæ*. Nomen illi fuit *Matthania*; *Bochtanser* autem nomen illi *Sedekiam* imposuit. Regnavit undecim annis, deinde rebellis tributum, quod *Bochtanseri* pendere solebat, detinuit. Reversus ergò ad eum *Bochtanser* ipsum vinxit, cúmque filios ejus coram ipso mactâsset, oculis orbatum in *Assyriam* deportavit, ubi molam asini instar circumagere

 coëgit;

Dyn III. coëgit; annos autem natus erat triginta duos. Mortui cadaver extra muros projectum comederunt canes. Hâc etiam vice *Bochtanser*; Ægyptum & insulas maris ingressus, urbes multas diruit, urbémque

p. 71. †*Tyrum* incendit interfecto *Hiramo* ejusdem rege, nato, ut fertur, annos quingentos. Porrò *Nebuzaradanem* Ducem *Hierosolymam* misit, qui muros ejus diruit, templúmque incendit: in honore autem apud hunc ducem cùm esset *Simeon* Princeps Sacerdotum, apud ipsum intercessit pro libris divinitùs inspiratis, adeò ut ipsos non combureret. Collectos ergò eos *Simeon* iste, consentiente *Jeremiâ* Propheta, unà cum binis legis tabulis, virgâ *Mosis*, thuribulo, reliquísque Sanctuarii instrumentis, arcâ fœderis inclusit; eúmque in puteum quendam immisit, nec in hanc usque horam dignoscitur locus ipsius.

Sedit autem *Jeremias* Propheta ad lugendam *Hierosolymam* viginti annis: deinde profectus est Ægyptum, ubi quidam è *Judæis* prehensum puteo incluserunt, deinde eductum lapidibus obruerunt, ita ut moreretur; sepultúsque est in *Ægypto*, unde cùm urnam ejus *Alexander* tempore suo in *Alexandriam* transtulisset, ibi sepultus est. Fuit etiam *Ezekiel* Propheta è numero eorum qui captivi abducti sunt in *Babelem*, ubi *Judæi* ipsum quod eos increparet, occiderunt. Porrò ab anno quarto regni *Salomonis*, quo cœptum est ædificari templum Domini, ad ipsum penitus destructum & incensum, intersunt anni quadringenti quadraginta duo; at ex sententia eorum, qui spatium quo regnavit *Sedekia* statuunt sexaginta novem annos, erit spatium quo stetit templum annorum quingentorum.



p. 72. † Dynastia quarta, quæ translata est á Regibus filiorum *Israelis* ad Reges *Chaldæorum*.

Dyn. IV. *Chaldæi* gens sunt antiquitus dominatrix, regibus inclyta, è quibus nonnulli *Nimrodes* Gigantes fuerunt; quorum primus fuit *Nimrod* filius *Cush* è filiis *Ham*, qui ædificavit Turrim. Fuítque è stirpe *Nimrodis Bochtanser* qui *Israelitis* bellum inferens eorum quàm plurimis interfectis reliquos captivos abduxit; quique invadens *Ægyptum*

gyptum, ipsam subegit, multásque præterea regiones in potestatem suam redegit. Neque cessavit regnum *Chaldæorum* in *Babèle*, donec superiores illis facti *Persæ* imperium ipsis vi eripuerint, multósque eorum perdiderint; ita ut obliterata sit eorum memoria, & deleta vestigia. Fuerunt autem è *Chaldæis* sapientes, qui amplos progressus fecerunt in variis artium liberalium, scientiarúmque Mathematicarum, & Theologicarum generibus; summè autem excelluerunt in observatione Syderum, veráque arcanorum cœli indagatione, & insigni naturæ stellarum, earúmque indiciorum peritiâ. Ac præmonstrarunt illi viam partē terræ habitabilis occidentalē incolentibus, ad ritè ordinanda sacella ad eliciendas Syderum virtutes, & manifestādas ipsorum naturas, & projectionem radiorum ipsorum in ea, oblatis sacrificiorum quæ illis congruunt generibus, ac † rituum illis peculiarium speciebus. Atque ab iis prodierunt opera miranda, & conclusiones celebres ad conficienda telesmata, & id genus alia. Ad nos autem non pervenit è placitis *Chaldæorum* circa motiones stellarum, vel earum observationibus, quicquam præter ea quæ ab illis transtulit *Ptolomæus Claudius* in *Almagesto*. Ille enim coactus est illis uti in verè definiendis planetarum motibus, cùm non inveniret inter *Græcos* suos observationem, cui fidem tutò adhiberet posset.

[Dyn. III. — *Chaldæorum artes.* — *Ad Occidentales propagata.* — p. 73.]

Bochtanser filius *Nabupalásar*. Regnavit antequam incenderet Templum Domini, & vastâret *Hierosolyma* novendecim annis, & post illud viginti quatuor. Estque nomen ejus *Syriacè Nabuchadnesar*, i. e. **Mercurius* loquitur. Ideò autem nomen illud sortitus est, quod de scientiis, & disciplinis, quæ *Mercurio* tribuuntur, locutus sit. Porrò anno post regnum *Judæorum* ab eo subactum tertio, somnium vidit quo conterritus est ipsius spiritus: quod cum doctis, qui *Babeli* erant, retulisset, dixisséntque illi, Res est difficilis, quam revelare Regi nemo potest præter Deos cœlestes, quorum habitatio inter terrigenas non est; ipsi pectus irâ æstuavit, adeò ut *Ariochum* præfectum satellitum suorum omnes Astrologos & præstigiatores, atque incantationum & divinationis peritos, exitio dare juberet. Dixit ergò *Daniel Ariocho*, Morâ interpositâ age, nec morte afficias quempiam Sapientum; me tantùm ad regem perducas. Ubi ergò coram eo sisteretur dixit illi [Rex] Potésne tu mihi visionem, quam vidi, & interpretationem ejus notam facere? † Cui

[Nebuchadnezar unde dictus. — * al. Mercurialis. — Ejus somnium primum.]

Dyn. IV. respondens *Daniel*, Deus (inquit) Cœli & Terræ, is est, qui revelat
à Daniele expositum. arcana. Tu autem O Rex vidisti Imaginem magnam, aspectu terribili; cui caput ex auro obryzo fuit, pectus autem & brachia ex argento, venter & femora ex ære, crura ferrum, pedes ferrei & testacei. Vidisti insuper lapidem excisum, nemine excidente, qui percutiens pedes Imaginis eos penitùs comminueret: hæc est visio. Quod ad interpretationem autem, Tu es caput illud auri, eò quòd dederit tibi Deus regnum potens & honorem, & gloriam: surget autem post te regnum quod inferius te erit potestate, deinde tertium, quod assimilatum est æri, inferius secundo; quartum iterum, quod assimilatum est ferro [inferius tertio] quod comminuet & conteret multos è vicinis suis. Pedes autem & digiti, qui è ferro & luto fuerunt, indicant regna varia, quà firma, quà infirma. Lapis verò qui excisus est è monte, absque manu quæ excideret, indicat regnum spirituale, quod perdet omne quod colitur, præter unum illum Verum, qui ultimis diebus apparebit. Incurvavit se ergò *Bochtanser* adorans *Danielem*, dedítque illi munera & donaria, & omnibus *Babelis* Sapientibus
al. Patrueles. præposuit; ac Patruos ejus *Hananiam*, *Azariam*, & *Mishaelem* provinciæ *Babelis* præfecit, impositis ipsis nominibus *Nabatæis*, nempè *Shidrach*, *Mishach*, & *Abednago*.

Idolum conflat. Deinde *Bochtanser*, conflata Imagine aureâ sexaginta cubitos altâ, & sex latâ, omnes imperii sui Magnates convenire jussit ad festum (dedicationis) ipsius; útque ubi sonitum † cornu, aliorúmque
p. 75. generum instrumentorum Musices audirent, procederent ad adorandam Imaginem: cui mandato cum obtemperarent omnes præter *Hananiam*, *Azariam* & *Mishaelem*, incusârunt illos quidam apud Regem, quòd mandatum ipsius nihili facerent; quamobrem irâ inflammatus, septuplò plùs quàm solebat, accendi jussit fornacem,
* *al.* Caligis. eósque subligaculis * galeris, & pileis obvolutos in ignem conjici. Quod cum illis factum esset combussit ignis eos, qui ipsos accusârunt, ipsi verò in igne manserunt laudantes Deum: descendens enim ad illos *Angelus roris* abercuit ab eis flammam ignis, adeò ut nullam, vel ipsis, vel vestibus eorum noxam inferret. Quo conspecto Rex, obstupuit mirabundus, dixitque, video inter illos quartum similem aspectu filiis Deorum, i. e. Angelo. Illos igitur nominibus suis appellans, Egredimini (inquit) O servi Dei excelsi egressique

sique sunt ex igne, qui necè vestibus, nec capillis eorum quicquam Dyn. IV.
adusserat: evexitque Rex gradus eorum. Tum vidit *Bochtanser* vi- *somnium ejus alterum*
sionem alteram. Fuit Arbor in medio terræ, quæ altitudine crevit
donec ad cœlum pertingeret; folia habens pulchra, & fructum multum, ita ut in ipsa cibus omnibus bestiis agri esset, & volucres aëris ad umbram ejus se reciperent: descendebat autē Angelus Sanctus è cœlo, qui dixit, Evellite arborem istam, præcidite ramos ejus, Excutite folia ejus, & dispergite fructus ejus, & discedant ab ea †bestiæ agri, & p. 76.
volucres aëris; at radices ejus in terra relinquite, donec septem anni super illam conversi fuerint. Narravit ergò *Bochtanser* visionem istā etiam *Danieli*; Tu (inquit) potes eam interpretari, quoniam in te est spiritus Deorum Sanctorum. Respondit *Daniel*, O Rex, visio *Expositio*
contingat illi, qui te odit, & interpretatio inimicis tuis. Arbor si- *Danielis.*
quidem, quæ descripta est Epithetis istis illustribus, ipse tu es; qui eò potentiæ crevisti, ut exaltatum sit nomen tuum in cœlum: Angelus autem sanctus, quem vidisti, & verba ejus ista indicant futurum, ut abigant te homines à consortio suo, et sit tibi habitatio cum feris, comedásque herbas instar bovis, atque humectet te ros cœli, donec conversi fuerint super te septem anni; tum revertetur tibi intellectus tuus, sedebisque in solio regni tui. Expia ergò peccata tua Eleemosynis, & scelera tua misericordiâ erga infirmos, ut amoveas
errores tuos. Elapso anno cum videret *Bochtanser* subjecta esse sibi *eventu probata.*
colla gentium orbis habitabilis, & subdidisse se ipsi Reges earum, præ timore ejus & metu magnitudinis roboris ipsius, elatus corde suo fastu intumuit, inseditque animo ipsius superbia. Audivit ergò vocem clamantis, qui inclamaret eum dicens, Tibi dicunt, O *Bochtanser*, ejecit te regnum tuum, & concitabuntur adversus te homines; completúmq; est in ipso verbum eâ ipsâ horâ: pulsus enim ab hominibus herbis more bovis pastus est, creverúntque illi capilli, † & facti sunt ungues ejus instar unguium avium rapa- p. 77.
cium; donec exactis septem annis denuo rediret illi intellectus, & conquirentibus illum proceribus suis solio regni sui insideret, majori quam antea gloriâ ornatus, laudarétque Deum agnoscens regnum ejus in secula seculorum esse, ipsúmque regnum cui voluerit donare, ídque inter infimos hominum atque abjectissimos ponere.

Dyn.IV.

Sectio.

Autolycus Geometra. Reperi in libro quodam antiquo Syriaco Anonymo, claruisse *Autolycum* Geometram Græcum tempore *Bochtanseris*: fuit ille tempore suo celebris; extant è libris ejus nunc temporis, liber de Sphærâ mobili, quem adornavit *AlCendi*,& liber de ortibus & occasibus,tribus constans tractatibus. Quod ad *Theodosium* verò non habemus compertum tempus illi designatum; fuit autem è sapientibus Græcorum illustribus, & libros eximios composuit. Est illi liber de Sphæris,qui celeberrimus est eorum qui medii sunt inter librum *Euclidis* & *Almagesti*. Hoc etiam tempore fuit *Phurun* Philosophus *Celidensis*, cujus doctrina prima illa fuit, quæ non permansit: Princeps Sectæ fuit, & didicerunt ab eo multi Philosophiam Naturalem, eique se addixerunt *Pythagoras*, & *Thales Milesius*, & plerique studiosorum è Græcis & Ægyptiis. Latè patuit Philosophia ista inter *Græcos* ante tempus *Socratis*; tum ab ea deflexerunt homines, eandem tamen confirmârunt † è recentioribus quidam: inter quos fuit *Mohammed* filius *Zacharia Alrazi*, qui cùm in scientiæ (adyta) non penetraret, neque intentionem *Aristotelis* in ea perciperet, adeò ut perturbaretur ipsius judicium sententias infirmas amplexus pravæ se addixit sectæ, scil. *Phurunis*, homines, quos nequaquam intelligeret, quorumque viam calcare non potuit, reprehendens. Sectarii autem *Phurunis* istius vocantur voluptatis asseclæ, quod scil: opinati sunt ultimum finem, qui in discendâ Philosophiâ proponitur, esse voluptatem, quæ animæ ex scientiâ suâ dum corpori unita sit, contingit, non autèm ut liberetur à pœnâ ignorantiæ in seculo futuro, quæ *Aristotelis* sententia est: siquidem ex sententiâ ipsorum non futura est anima post corpus superstes.

Theodosius. Phurun [Pyrrho] p.78. Alrazi Pyrrhonii voluptuarii.

Evilmerodach filius *Bochtanseris*. Regnavit tres annos. Iste *Junachirum* filium *Jojakimi* è carcere eductum honore affecit, & comedendum præbuit illi de cibo suo post triginta septem annos, quibus vinctus fuerat: interfecto autem *Merodacho* regnavit post eum *Beltashasar*.

Beltashasar filius *Bochtanseris*. Cum regnâsset duos annos convivium lautum mille viris è proceribus imperii sui exhibens, coram ipsis vinum bibit; jussitque inter bibendum afferri vasa templi Domini, quæ Pater ejus *Hierosolymis* abduxerat, atque in illis cum Magnatibus

suis

suis bibit: apparuit autem coram eo Manus, quæ pœnam ipsius ad lumen candelæ in pariete describeret; cúmque perplexum eum redderet scriptura, Sapientes *Babelis* accersivit, qui illam interpretarentur. Illi verò eam exponere non potuerunt, quamobrem cum † valdè conturbatus esset, nunciavit illi mater ipsius de *Daniele* Prophetâ, illum scil. rerum occultarum [indagandarum] peritissimum esse, et qui nodos solvere possit. Accersito ergò illo, induturum se eum purpurâ et tertiæ regni parti præfecturum promisit, si scriptum interpretaretur. Dixit autem illi *Daniel*, Tibi sint dona tua, & in alios thesauros domus tuæ conferas; scriptum autem sic legendum : Numeratus est numerando, appensus est, & nudatus est; cujus interpretatio est, Deum numerâsse regnum tuum atque abstulisse illud, & appendendo appendisse te & justo leviorem reperisse, quare nudavit te regno tuo, túque prorsus nudus es, Illâ autem ipsâ nocte ipsum perdidit *Darius* Medus.

Dyn. IV.

P.79.



Dynastia quinta, quæ translata est à Regibus Chaldæorum ad Reges Persarum.

Dyn. V.

UTique Persæ [gens sunt] nobilitate illustres, potentia eminentes, mediam inter populos sedem tenentes, et Clima inter eos nobilissimum inhabitantes, regúmque imperio maximè (inclyti:) qui eos continerent, & ad injuriam inferendam promptum quemlibet eorum, ab eo qui injuriâ afficeretur , coercerent ; eósque incitarent ad ea studia, quæ causa ipsis essent continuationis & durationis, optimæque concordiæ, & consensus. Propria autem Persis sunt studium excellens in arte Medicâ, & scientia penetrans in judiciis astrorum, fueruntque illis observationes antiquæ. Asserunt quidam è Doctis Persarum, primum, qui post diluvium regnavit, fuisse *Ciyumertum*, è filiis *Semi* † filii *Noæ*; ipsum in Perside sedem fixisse, ac confecisse instrumenta ad concinnandas vias, et effodienda flumina, & mactandi ea, quæ comedi solent, animalia, & interimendas feras: neque defecisse apud posteros ejus regnum, donec regnaret *Dara* filius *Dara*, qui bellum ipsi inferente *Alexandro* in prælio occidit. Deinde

Persæ Medicinæ & Astronomiæ periti.

p. 80.

Ciyumert primus eorum Rex.

Dyn. V. regnasse *Ashganidas*, quorum primus fuit *Ashg*, dinde *Ashg* filius
Reges Persiæ Ashganidæ. *Ashgi*, qui primus *Shah* appellatus est; durasséque apud illos regnum donec obtinuerit regnum *Sasanidarum*: quorum primus *Ardeshir* filius *Babeci*, filii *Sasanis*, filii *Gushtaspi*, qui optimæ fuit conver-
Sasanidæ. sationis, latéque justitiam propagavit; cujus filii hæreditario jure regnum occupârunt, donec regnaret *Yazdejerd* (filius *Shahriari*, filii *Kobadhi*, filii *Phiruzi*, filii *Hormuzi*, filii *Cesræ Anusherwani*, qui cognominatus est Justus) qui Regum Persiæ ultimus fuit; illo scilicet regnante debilitatum est imperium, & pessum iverunt res ejus, ac prævalentibus signis *Islamismi* interfectus est, uti loco suo declarabitur.

Darius Medus. Appellant illum Græci *Nabonidem*; Regnavit annum unum, vel, ut dicitur, novem annos: ab eo sublatum est regnum *Nabatæorum Chaldæorum*; translatum scilicet ad *Persas* Magos. Præfectus est enim regno Rex iste cum annorum esset sexaginta duorum.
Daniel Propheta. In honore apud illum fuit *Daniel* propheta. Cúmq; in regno suo centum & viginti satrapas constitueret, tres viros illis præfecit, quorum unus *Daniel* fuit, quem quum de secretis suis consuleret, malè habuit illud Magnates Imperii, adeò ut occasionem quærerent contra illum, quâ †gradu suo dejicerent: nullius autem culpæ reum invenire eum potuerunt, nisi quod diversam à Rege religionem coleret. Adierunt ergò Regem, dicentes, *Daniel* Deum peregrinum colit; lege autem nostrâ cautum est, ut si quis, aliam à nostra religionem in regione nostra profitendo, Medorum & Persarum legem violaverit, in foveam Leonum conjiciatur: Rex igitur cùm non posset legem populi sui abrogare, *Danielem* in foveam Leonum conjici jussit, dicens illi, Liberabit te Deus tuus; reversúsque domum suam jejunus pernoctavit, recedente ab eo somno ejus
p. 81.
Habakuk. præ affectu erga *Danielem*. Erat autem *Habakuk* Propheta in *Syria*, quem cibo cocto proficiscentem, ut messoribus edendum præberet, Angelus Domini per comam capitis prehendens in *Babele* ad os foveæ deposuit. Ille ergò, *Daniel*, *Daniel*, inquit, surgens cibum, quem ad te misit Dominus tuus, accipe. Dixit *Daniel*, Meminit mei Deus neque me distulit. Tum prehensum *Habakukum* Angelus Domini deposuit in loco suo. Veniens autm Rex *Darius* post septem dies ut defleret *Danielem*, præ summâ tristitiâ quam ob eum [conceperat,] cùm

cùm prope à fovea abeſſet inclamavit eum, O *Daniel*, Potuítne ille quem coluiſti liberare te a Leonibus? Reſpondit *Daniel*, dicens, Vive ô Rex in perpetuum; Etenim Deus meus miſit ad me Angelum ſuum, qui occluſit ora Leonum, ne me perderent. Placuítque Regi eventus iſte valdè: quare educto *Daniele* è foveâ accuſatores ejus in eam conjecit, unà cum uxoribus, liberis, & prole ipſorum; quos nondum in imo foveæ collocatos diſcerpſerunt Leones, † & oſſa eorum penitùs comminuerunt. Dyn. V. p. 82.

Sectio.

Hoc tempore claruit *Pharachudis*, author fabularum, Præceptor *Pythagoræ*. Pherecydes.

Cyrus Perſa. Regnavit annos triginta & unum, præfuitque regnis *Eraki*, *Choraſanæ*, *Armeniæ*, *Syriæ*, & *Balæſtinæ*. Et invaſit regionem *Indiæ*, ejúſque Regem interfecit. *Cyrus* iſte in uxorem duxit ſororem *Zurbabelis*, filii *Shalathielis*, filii *Jonachiri*, filii *Jojakimi* regis *Judæorum*; quæ, cum ingreſſus ad eum eſſet, magni ab ipſo habita eſt, itâ ut diceret illi, Pete à me quicquid velis. Illa autem ab ipſo petiit, ut redirent *Iſraelitæ Hieroſolymam*, utque illis ipſam inſtaurare permitteret. Convocatis ergò ipſis *Cyrus* Rex optionem fecit, dicens, Qui hoc elegerit ut aſcendat *Hieroſolymam*, aſcendat; & qui noluerit, maneat. Fuit autem numerus eorum qui aſcendere maluerunt quinquaginta mille virorum, præter mulieres & liberos. Factúſque eſt ipſis Rex *Zurbabel*, & *Jeſhua* filius *Juzadak* ſacerdos: atque de iis dixit Angelus Domini *Zachariæ* Prophetæ, Iſti ſunt duo filii præſtantiæ, qui ſtant coram Domino Seculorum. Aſcendit autem cœtus iſte *Iſraelitarum* anno primo regni *Cyri Hieroſolymam*, eíque extruendæ animum intenderunt: at quòd illos moleſtiâ afficerent *Palæſtini*, vicini eorum, lentè ſtructuram templi perfecerunt, annis [ſcilicet] quadraginta ſex, uti dicit *Johannes* Evangeliſta. Ideò autem quòd commixtus eſſet *Cyrus* cum genere *Davidis*, de eo dixit *Iſaias* Propheta, antequam † naſceretur, Dicit Deus uncto ſuo *Cyro*, cujus dextram adjuvi. Porrò *Cyrus* etiam *Danielem* in magno honore habuit, eíque adminiſtrationem regni ſui commiſit: ille verò zelo ergà Deum affectus Idolum *Bel* appellatum confregit, necnon Draconem quem colebant *Babylonii* interfecit. Quamobrem odio habitus & in foveam conjectus eſt, in quâ erant ſeptem Leones, à quibus

Cyrus uxore Judæa ducta, Judæis in patriam redeundi copiam fecit. Zac. 4. 14. Joh. 2. 20. p. 83. Eſai. 45. 1.

Dyn. V. quibus liberatus est; pereuntibus qui odio eum habuerunt. Deinde vidit visionem ad fluvium *Euphraten*, quâ notum illi fecit Angelus Domini spatium annorum, qui de captivitate superfuerunt; nec non de manifestatione Domini Christi, ejúsque passione, & morte. Mortuúsque est *Daniel* & sepultus in arce *Shushan*, scilicet urbe * Tustar.

* al. Sbuшtar.

Cambyses fil. *Cyri*. Regnavit octo annis. Illius diebus fuit *Jehudith* mulier *Hebræa*, quæ dolum commenta contra *Olofernem* Magogæum præfectum exercitus *Cambysis*, abscidit illi caput, ita ut ab ipsius vi tuti essent *Judæi*.

Judith.

Sectio.

Porrò hoc tempore fuit *Zoradasht* Præceptor Sectæ Magorum, oriundus regione *Aderbijan*, vel (ut dicitur) regione *Assyriæ*. Dicitur etiam fuisse illum è discipulis *Eliæ* Prophetæ: Hic *Persas* docuit de manifestatione Domini Christi, jubens eos illi dona afferre, indicavítque futurum ut ultimis temporibus conciperet virgo fœtum absque contactu viri, cúmque nasceretur apparituram stellam quæ interdiu luceret, & in cujus medio conspiceretur figura puellæ virginis. Vos autem, ô filii mei, ante omnes gentes ortum ejus percepturi estis: cùm ergo videritis stellam, abeuntes, quò vos [illa] dirigat, natum istum adorate, offerentes ipsi munera vestra; † est siquidem ille verbum quod cœlum condidit.

Zoroaster. *de Christo etejus stella vaticinatur.*

p. 84.

Darius filius *Hystaspis*. Regnavit triginta sex annis juxta sententiam *Clementis* & *Eusebii*, & *Andronici*. Et anno primo regni ejus, paulò ante perfectam templi Domini *Hierosolymis* structuram, viz. ante eam sex annis, completi sunt septuaginta anni captivitatis; quemadmodum revelavit Deus *Jeremiæ* Prophetæ, mansurum populum captivum in *Babele*. Quod confirmant etiam *Haggai* & *Zacharia* Prophetæ suâ ad Deum supplicatione, dicendo, Quoúsque non misereberis *Hierosolymorum*, cum jam transierint, ex quo vastata sunt, septuaginta anni: atque hoc, si computaverimus eos, initio sumpto à fine regni *Zedekiæ*, qui annus fuit vicesimus quartus regni *Bochtanseris*, quo incensum fuit templum, & vastata *Hierosolyma*, & captivi abducti sunt *Judæi* à patria suo in *Babelem* deportatione totali. *Africanus* autem eos numerat incipiens à primo *Zedekiæ*, ita ut desinat in primo regni *Cyri*, quando *Israelitarum* multitudinem *Hierosolymam* mittens, eos ipsam ædificare juberet.

70. anni captivitatis completi.

Africani de eorum initio sententia.

Sectio.

Sectio Dyn. V.

Porro hoc tempore obiit *Pythagoras* sapiens, annos natus nonaginta quinque. Hic origines rerum numeros statuit, hoc argumento,* quòd principia compositorum sint simplicia; non sit autem quicquam numeris simplicius, cùm omnibus, extra eos, ex additione numerorum ad ea, contingat necessariò compositio. Claruit etiam † in Philosophiâ *Democritus*, ille qui dixit resolvi corpora in partes indivisibiles. *Diogenes* etiam *Cynicus*, qui erudiit sectarios suos disciplinâ quæ à recepto apud urbium incolas usu recessit, ad evitandam molestiam; [solitúsque] est eorum quispiam alvum exonerare, nequaquam ab hominum conspectu recedens, & cum uxore in viâ, cùm humorem illum fœtidum [scil: semen genitale] emittere vellet, coram turbâ rem habere, nihil moratus: dicens, cùm istiusmodi quid patraret, necesse esse illud quod faceret, vel absolutè turpe esse, adeóque non uno magis loco quam alio probandum, vel modo magis uno quam alio; vel si ejusmodi esset, quod in uno loco honestum esset potius, quam in alio, aut uno modo potius quàm alio, jam rem esse usu [solùm] receptam, quem ego [inquit] non moror. Solebántque amare eos qui illis propinqui essent, & odio habere longiùs remotos. Dixerunt ergo istius temporis homines, Hæc facta, facta canum referunt, eósque *Cynicos* appellârunt. Inter illos etiam, qui hoc tempore claruerunt, fuerunt *Anaxagoras* Physicus, & *Pindarus* & *Simonides* Lyrici, *Protagoras* & *Isocrates* Sophistæ, *Aristophanes* & *Ekhalis* Poetæ Comici.

Pythagoras ex numeris omnia oriri statuit.

p. 85.

Democritus ex atomis.

Diogenes Cynicus.

Anaxagoras, Pindarus, Simonides, Protagoras, Isocrates, Aristophanes, Æschylus,

Sectio.

Hoc etiam tempore celebris fuit *Hippocrates* Medicus. Habitabat ille urbe *Hems*, & frequenter urbem *Damascum* adiens ibi se ad hortum, qui in ipsâ fuit, recipiebat; locus ejus ad hunc diem notus est, † in valle quadam ibi quæ *Nirab* audit. Fuit autem vir Divinus, ægrotos gratis sanans. Optimè autem eum descripsit *Galenus*, ubi dicit, *Galenum* erudiit lectio, at *Hippocratem* natura: dicit etiam *Hippocratem* in naturam descendentē unà cum eâ ivisse, donec ad profunda ejus pervenerit, et narraverit, quæ ibi conspexit. Sunt autem è libris, quos composuit, Aphorismi, i.e. Sectiones, Liber Prognosticorum, i.e. Præmissorum scientiæ, Liber Epidemiorum, i. e. de Morbis grassantibus, Liber de aquâ Hordei, Liber Mistionis, Liber de urbi-

Hippocrates,

p. 86.

Galeni de eo dictis.

Ipsius scripta.

um

Dyn. V. um *Kasteran*, Liber de aquâ & Aere, Liber de natura Hominis, Liber de vulneribus capitis, & Liber διαθήκης i.e. testamenti. Porrò è sapientibus *Hippocrati* coævis fuit *Philemon*, qui speciem quandam Philosophiæ naturalis, *viz.* Physiognomicam, callebat, qua, conspecto homine, ex compositione membrorum de moribus ejus judicium ferret. Est illi hoc in genere liber, cujus exemplar apud nos linguâ *Syriacâ* extat. Fertur discipulos *Hippocratis*, cùm convenissent, alios aliis dixisse, Nostisne tempore hoc nostro quenquam viro isto doctiorem (scil: *Hippocrate?*) eisque negantibus, dixisse, Probabimus ergo eo *Philemonem* de eâ, quam sibi artribuit in Physiognomicis, peritiâ. Formam igitur *Hippocratis* depictam *Philemoni* detulerunt. Nôrant autem *Græci* figuram ita perficere, ut vultum tam in minimis quàm in maximis referret: nam cùm Picturas colerent, artis

p. 87. pingẽdi peritissimi evaserũt; cùm in iis quæ pingunt† alii appareat manifestus defectus. Cum ergò ad *Philemonẽ* accessissent, ille visâ consideratâq; ac probè oculis notatâ formâ dixit illis, Vir iste stupro deditus est: (nesciebat autem quis depictus esset.) Cui illi, Mentiris, inquiunt, effigies enim ista *Hippocratis* est: at ille dixit, Fieri non potest quin verax sit scientia mea; ipsum rogate. Cùm ergò ad *Hippocratem* reversi rem illi retulissent, ille Verum, inquit, dixit *Philemon*; ad stuprum enim propensus sum, sed meipsum contineo.

(Margin: Philemonis *Physiognomi liber Syriacè.* — *De Hippocrate judicium.*)

Ahashuerus filius *Darii*. Regnavit annos viginti unum. Anno secundo regni sui *Ægyptum* in potestatem redegit, & novem pòst annis urbem *Athenas* captam incendit. Dicitur etiam ejus tempore contigisse factum *Esteræ* castæ & *Mardochai* justi è gente *Judaicâ*; quæ traditio minus certa est, aliàs enim haud omissa fuisset ejus memoria in libro *Ezræ*, qui omnia, quæ *Iudæis* tempore huius Regis acciderunt, comprehendit: verum autem est accidisse illud tempore *Artahshashtis* Gubernatoris.

(Margin: Esteræ *historia.*)

Artabanus. Regnavit septem menses, qui accensentur annis *Ahashueri*.

Artaxerxes Longimanus, qui appellatur etiam *Ariochus*. Regnavit annos quadraginta unum, septimóque imperii sui anno iussit *Ezram* Scribam, (qui idem est quem vocant *Arabes Al Ozair*) *Hierosolymam* ascendere, eique extruendæ diligenter incumbere: deinde vicesimo regni sui anno misit etiam *Nehemiam* Pocillatorem, Eunuchum, ut in

(Margin: Ezra. — Nehemia.)

eâ

eâ instauranda sedulam curam poneret. Atque hoc † tempore non fuit *Judæis* ignis sacer; eum siquidem in puteum conjecerant, quò tempore captivi abducti fuerant: ex illo ergò puteo cœnum allatum imposuerunt lignis sacrificii; unde Dei excelsi jussu in flammam erupit, postquam annis penè centum & quadraginta extinctus fuerat. Quo miraculo conspecto Ezra ter ore suo de pulvere istius putei hausit; itaque collatum est in eum donum Spiritus Sancti, & facultatem ei dedit Deus proferendi omnes divinæ inspirationis libros, adeò ut eos in integrum restitueret. Dyn. V. p. 88. Ignis sacer.

Ahashuerus secundus, cui nomen etiam *Ardeshir*. Regnavit duos menses, deinde occîdit eum *Sogdianus*, & breve temporis spatium post illum regnavit.

Sogdianus. Regnavit septem menses, qui unà cum duobus mensibus præcedentibus annumerantur annis *Ariochi*.

Darius Nothus, i.e. Ancillæ filius. Regnavit annos novendecim, Anno autem decimo quinto exuerunt Ægypti collo suo nodum obsequii *Persarum*, sibíque Regem præfecerunt, postquam imperâssent illis *Persæ* annis centum viginti quatuor.

Artahshasht secundus, qui Rector cognominatus est, *Græcis* autem *Artaxerxes* vocatur. Regnavit quadraginta annos; uxorem duxit *Esteram* Piam, & in patibulum egit *Hamanum Amalekitam*, qui *Israelitarum* captivos in fœdus receptos è medio tollere satagebat, ídque impetrantibus *Esterâ* & *Mardochæo* Justo, ejus amico. Anno etiam decimo quinto *Artahshashtis* † evertit *Africanus* Dux *Romanorum* urbem *Carthaginem*, & appellata est regio de nomine ipsius *Africa*. *Estera.* p. 89. *Carthago* diruta.

Sectio.

Hoc tempore floruerunt *Meton* & *Ephtimon*, bini Antistites in scientiis Astronomicis, qui *Alexandriæ* convenientes, ad conficienda instrumenta observationibus faciendis, observârunt quarumcúnque libuit stellarum cursus: fertur autem inter illorum ætatem et *Ptolomæum* Almagesti Authorem, intercessisse annos quingentos septuaginta. *Meton & Euctemon* Astronomi.

Artahshashtus tertius, qui et appellatur *Asudah*, i.e. Niger, *Græcis* autem *Ochus* vocatur, Regnavit annos viginti septem. *Ægypti* regnum in potestatem iterum redegit, in fugam dato *Nectabio* ejus *Nectanebus Ægypti regno pulsus.*

Dyn. IV. Rege, qui *Græcorum* Regionem habitu Astrologi peragravit, cùm peritus esset Astronomiæ, et arcana motuum cœlestium perspecta haberet. Dicitúrque illum blanditiis sibi concubitum cum *Olympiade Philippi* Regis *Macedoniæ* uxore impetrâsse, dum apud illam Astrologi munere fungeretur, eámque ab eo gravidam factam *Alexandro Dhilkarnain*.

Alexandri magni paternonnullis habitus.

Arses filius *Ochi* regnavit quatuor annos. Ejus autem tempore claruit *Socrates* Sapiens Divinus, qui in contemptu mundi et bonorum ejus eò pervenit, ut in dolio habitaret: cúmq; rogarētur, si rumperetur dolium, quid acturus esset, respondit, Si rumpatur dolium, at locus ejus non rumpetur. Dicere etiam solebat, Pulchritudinem exteriorem pulchritudinem interiorem sequi, atque à Pulchritudine corporis de pulchritudine animi indicium sumendum. Quòd autem in discipulos sibi eligeret juvenes formâ præstantes, † turpitudinis ipsum arguerunt *Athenienses*. Cúmque multus esset in Rege quodam notæ turpitudinis reprehendendo, ille, filiis ipsius *Anito* et *Melito* calumniam contra eum edoctis, veneno illum sustulit.

Socrates. p. 90. veneno sublatus.

Sectio.

Plato. Mortuo *Socrate*, *Platonem* præ cæteris celebravit fama; virum illustri prosapiâ, utpote qui paternum genus à *Posidonio* duceret, maternum à *Solone Atheniensium* Legislatore. Fertur juvenis arte Poeticâ excelluisse, cùm autem eam doctrinæ partem præ cæteris omnibus à *Socrate* infamiâ notatam videret, libros suos Poeticos combussisse, séque illi in discipulum quinquaginta annos tradito Philosophiam ab ipso *Pythagoricam* didicisse. Tria statuit rerum principia, Deum, Hylen, et Formam. Ideas etiam specificas, extra res existentes, omníque materiâ nudatas adstruxit: quin et animarum transmigrationem, quas etiam ante corpora extitisse affirmavit. E discipulis suis qui cœlibem vitam agere non sustinerent, plures unius uxoris participes esse permisit; cùm ita et sumptui parceretur, et mutuo auxilio abundè prospiceretur. Enumeravit *Theon Alexandrinus* triginta tres libros ab ipso conscriptos, è quibus, qui nunc extant, sunt Phædon, Timæus, Liber de legibus, Politica. Obiit annos natus octoginta duos, relictis hortis binis, servis binis, poculo uno, unà cum inaure, quam auris extremitati appensam in nobilitatis suæ signum gestare solebat; cùm reliquas facultates suas neptibus suis.

Tria ejus rerū principia.

suis ex fratre dotandis impendisset. † Sepulchro ipsius inscriptum fuit; *Hic situs est vir Divinus, qui omnes quotquot sunt homines, scientiâ, castitate, intellectu, & morum probitate antecelluit: & quicunque Sapientiam laudaverit, eum eâdem operâ laudat; utpote in quo maxima ejusdem pars fuit.* Ex altera tumuli parte hæc legebantur; *Heus terra, licet corpus Platonis tegas, ad animam tamen ipsius immortalem propiùs accedere non potes.* Scholæ ejus post ipsum præfuit *Speusippus* Patrui ipsius filius. Dyn. IV. p. 91. *Speusippus*

Sectio.

Hoc etiam tempore artis medicæ peritiâ claruit *Rufus*, atque ei docendæ operam dedit. Súntque de eâ libri ab ipso compositi, quanquam tenues in ejus theoria progressus fecerit, & minus firmis probationibus utatur. Pleráque ab ipso dicta confutavit *Aristoteles* in libris de Naturali Philosophiâ, uti & *Galenus*, qui argumentis perspicuis errores ipsius demonstrarunt. Nondum enim ipsius tempore eam certitudinem obtinuerat ars ista, quam *Heroum* istorum temporibus assequuta est. *Rufus medicus.*

Darius Arshaci filius. Hic est qui *Dara Daræ* filius audit. Regnavit annos sex. De *Alexandri*, *Philippi Macedonis* filii, expeditione certior factus exercitu conflato illi in *Syria* occurrit. at cum victoriam in *Persas* obtinuissent *Græci*, *Darius* se in fugam dedit, [regni sui] propugnacula petiturus. Ad *Ajasum* autem urbem *Ciliciæ* maritimam assecutus eum *Alexander* occidit, filiámque ejus nomine *Rawshanc* uxorem duxit. Eo tempore, *Alexandro* orbis imperium occupante, finem habuit imperium *Persarum*. *Darius ab Alexandro victus & occisus.*

Sectio.

Hoc tempore † Philosophiæ gloriâ claruit *Aristoteles Nichomachi* medici, ex urbe *Stagira* è ditionibus *Macedoniæ*, filius: genus utriúsque parentis duxit ab *Asclepiade*; Philosophiam à *Platone* didicit annos natus septendecim, ipsique viginti annis operam dedit. Si lectione aliquando abesset, dicere solebat *Plato* non adesse intellectum; quasi cæteri Philosophi veritati, quam audirent, surdas aures obverterent. Magno apud Reges in honore fuit; ejúsque consilio *Alexander* regnum suum administravit, & Regibus terræ bellum intulit. Vacavit *Aristoteles* libris de arte Logica, & in Philosophia tam speculativâ quam practicâ, componendis. Primus Magister audit; non quòd primus esset Logicæ inventor, uti vulgò creditur, sed quòd p.92. *Aristoteles.* *Platonis de eo dictum.* Quid in Logica præstiterit.

Dyn. V. partes ejus dispersas collegit, & in methodum redegit, uti ipse testatur hæc de se narrans: Accepimus fundamenta operationum Logicalium ab iis qui nos præcesserunt, quibus per partes usi fuerant; uti quæ ad Demonstrationem, e. g. pertinent, in Geometria, quæ ad disputationes litigiosas, & Rhetoricam, in interrogando & respondendo; quod autem autẽ ad Syllogismorum formã & modos attinet, res est, quã non nisi post magnos labores per multum temporis circa eam insumptos ipsi excogitavimus. A lectione & studiis nunquam destitit, nisi vesperi cum dormiendum esset. Interrogatus, haud festinantèr, nec nisi post rem animo perpensam respondebat: in disputando veritati magis quam victoriæ studebat. Dicere solebat cum Metempsuchôsin confutaret, Amicus est *Plato*, † Amica etiam Veritas; cùm autem utrúmque intueor, magis eligenda atque honoranda mihi visa est Veritas. Si quem in se defectum animadverteret, nequaquam corrigere recusabat. In vestitu, cibo, potu, venere, & exercitiis moderatus erat. Obiit cùm annorum esset sexaginta octo, relictis filio & filiola, multis etiam facultatibus. Scias autem (dirigat te Deus) Philosophos, qui in rerum principia inquisiverunt, dividi in Seculares, Naturales, & Theologos. Seculares secta sunt antiquorum, qui mundo conditorem & gubernatorem esse negârunt, affirmantes nunquam non extitisse mundum per se, à nullo opifice conditum. Naturales illi sunt qui naturarum actiones & passiones, et quæ ex mutuis earum actionibus animalia et plantæ orta sunt, rimati sunt, et quæ plantis proprietates sint, quæ animalium membris compositio, indagârunt: Deo gloriam tribuentes, et creaturis affirmantes ipsum Potentem, Sapientem, et Omniscium esse; nisi quòd animam unà cum corpore interire, nec superstitem esse opinentur. Theologi tandem [appellantur] è *Græcia* sapientibus, qui his tempore posteriores, quales sunt *Socrates Platonis* præceptor, et *Plato Aristotelis*. *Aristoteles* autem is est, qui has scientias in ordinem et methodum redegit, earum fundamenta stabilivit, quæ in illis utilia, ornata reddidit, massæ earum insulsæ fermentum indidit, et crudas adhuc ad maturitatem perduxit; qui Orationis vias et veros canones explicuit, qui Seculares et Naturales confutavit, † ipsos inclamans, & eorum erroribus in lucem proferendis incumbens. *Platonis* et *Socratis* Sermones defæcavit, firmavit, excoluit, in methodum redegit; adeò ut evaserit

Marginal notes: Syllogismorum inventio. — p. 93. — Philosophorum divisio. — Seculares sive *Dahrite*. — Naturales seu Physici. — Divini seu Theologi. — P. 94.

rit oratio ipsius omnium elegantissima, optimè composita & significantissima. Quisquis autem ipsius verba è *Græcâ* in alias linguas transtulit, immutavit, conjectavit, nec debito more rem egit. Omnium autem ad mentem ejus eruendam proximè accesserunt *Alpharabius* et *Ebn Sina*. Illi siquidem doctrinam ejus ad scopum propositum direxerunt, et fontem ipsius adituro dulcem reddiderunt. Porrò *Aristoteli* è fratre nepos fuit nomine *Theophrastus*, unus discipulorum qui ab ipso Philosophiam didicerunt; quique post ipsum in Scholâ docendo præfuit: fuitque intellectu pollens, doctus, ad quem hanc ob causâ accesserũt [homines.] Lecti sunt, eo præeunte, patrui ipsius libri: quin et ipse libros insignes composuit, qui ab eo accepti, et [posteris] traditi; è quibus sunt liber de Meteoris, liber de Moribus, et de Metaphysicis, quem è linguâ *Syriacâ* in *Arabicam* transtulit *Yahya Ebn Adda*, et liber de sensu et sensibili, quem etiam vertit *Abrahim Ebn* **Tacwin*, et liber de causis plantarum ab eodem etiam *Abrahamo* versus. *Nichomachus* autem pater *Aristotelis* medicus fuit *Philippi* patris *Alexandri*, qui Philosophus fuit sectâ *Pythagoricus*, è cujus operibus sunt liber de Arithmeticâ, et liber de Musicâ.

Dyn. V

Alpharabius & Avicenna optimi Aristot. interpretes.

Theophrastus.

ipsius libri Arabice versi.

* al. Bacus.

Nichomachus medicus Aristotelis pater.



† Dynastia sexta translata à Regibus *Persarum* Magorum, ad Reges *Græcorum* Idololatricos.

P. 95.
Dyn. VI.

FUerunt *Græci* gens magnæ inter gentes potentiæ, famâ per omnes terræ plagas celebris, Regibus illustris; è quibus fuit *Alexander Philippi* filius *Macedo*, qui omnes terræ Reges in imperii sui obsequium redegit: ipsi successerunt è *Græcorum* Regibus *Ptolomæi*, quorum in potestate manserunt regna, quibúsque subdita sunt [hominum] colla; nec defecit regni ipsorum series continua, donec prævaluerunt ipsis *Romani*, qui iidem *Franci* sunt. *Græcorum* autem regio sita est in terræ quadrante, qui ad occasum æstivũ est: terminatur ad Austrũ Mari *Romano*, ad Aquilonem regione *Allan* [*Poloniâ*,] ad Occasum confiniis regionis *Alamaniæ*, ad Ortum regione *Armeniæ*, et *Babo'l Abwab* [portâ portarum.] Medium regionis ipsorum obtinet sinus, qui transcurrit

Græcorum potentia.

Regionis situs.

Dyn. V. inter mare *Romanorum* et *Pontum* Borealem. Major ejus portio est ad partem Orientalem, minor ad Occidentalem. Lingua *Græcorum* *Attica* appellatur, estque è linguis latissimè diffusis et nobilissimis. *Græcorum* plerique *Sabii* erant, magni stellas facientes,† Idolorum cultum pro religione complexi; Philosophi ipsorum hominum gradu eminentissimi, et inter Doctos dignitate præcipui erant, præ vero quod in iis apparuit studio* in variis sapientiæ generibus, è scientiis Mathematicis et Logicis, necnon Physicis, et Metaphysicis, et Oeconomicis.

Lingua Græcorum, & religio. p. 96.

* al. ex بحبه acquirende sap.

Alexander Philippi filius. Regnavit sex annos post *Darii* cædem, cùm et antea sex alios regnâsset, multásque cepit regiones, adeo ut pertingeret regnum ipsius extremam usque *Indiam*, et primos *Sinæ* terminos: appellatúsque est *Dhul Karnain*, i. e. duo habens cornua, quòd duo Solis cornua assecutus esset, viz. Orientem, et Occidentem. Reges triginta quinque occîdit, et duodecim urbes condidit, quarum duæ sunt in regione *Chorasana*, viz. *Herah*, et *Marwa*; una in regione *AlSogd*, nempe *Samarcanda*; alia in *Ægypto*, nempe *Alexandria*. Cùm ex *India* reversus *Babelem* pervenisset, mortuus est veneno extinctus: inde arcæ aureæ inclusus, humeris Regum et nobilium delatus est *Alexandriam Ægyptiacam*, ibíque sepultus. Morti jam vicinus, scribi jussit ad matrem suam [literas] consolatorias, útque convivio instructo juberet neminem ad illud ingredi, nisi cui nullum unquam contigisset infortunium, quod cùm fecisset, reversi sunt omnes; quo facto, haud ægrè consolationem admisit. Post *Alexandri* mortem regna inter se partiti sunt quatuor ex ipsius servis, *Ptolemæus Lagi* filius, *Aridæus, Antiochus*, † et *Seleucus*.

Alexandri Magni successores. p. 97.

Sectio.

Agger Tajuji.

Rogatus *Alexander* ut aggerem *Yajuji* extrueret, ipsum lapidibus ferri et æris extruxit, qui accenso super ipsos igne saxum unum evaderent, cubitos duodecim longum, octo latum. Ubi autem aggeris *Yajuji* extruendi finem fecisset, pervenit ad locum aggeris Maximi, qui locus *Babo'l Abwab* [porta portarum] audit, in vallibus regionum *Kaphjak*, effossóque loco fundamenti per montes ipsum produxit, donec ad mare *Græcorum* pertingeret; nec destiterunt Reges *Persici* hæc fundamenta perquirere, coactis *Turcarum* excursoribus,

Agger Babo'l Abwab ab Alexan. cœptus.

& *Chozaris* è regionibus *Eraki*, Montium, *Adarbijani*, *Arrani*, & *Armeniæ*, donec ea reperiret *Yazdejerd* filius *Bahram Juri*, filii *Yazdejerdi*, filii *Saboris*, qui aggerem lapidibus ære & plumbo extruere cœpit, at ad finem non perduxit: plerique etiam post ipsum *Persarum* reges ei extruendo animum apposuerunt, at nulli contigit ipsum perficere donec facile illud reddidit Deus manibus *Cosroæ Nusherwani*, qui ipsum firmitèr extructum montium fastigiis adjunxit, deinde in mare per milliaris spatium produxit, portísque ferreis clausit, post annum & amplius ipsius structuræ impensum; adeò ut à centum hominibus custodiretur, cùm antea ne centies mille virorum exercitus illi [custodiendo] sufficerent. Permisítque Præfecto ibi constituto, solio aureo insidere, unde partium istarum Rex, *Rex solii* appellatur.

Dyn. V.

à Nusherwano perfectus.

Rex solii.

† Sectio. p.98.

Tempore *Alexandri* floruit *Andromachus* Medicus, qui *Mithridatis* electuario viperarum carnes addidit, ideóque contra earum morsus prodest.

Andromachus Medicus.

Ptolomæus Lagi filius. i. leporis. Ægypto totíque *Coptitarum* regioni & *Nubiæ* imperavit quadraginta annos. Denominati sunt ab ipso *Ægypti* Reges, *Ptolomæi*. Hic *Judæos* in *Ægyptum* captivos abduxit diebus *Oniæ* Sacerdotis summi. Contigítque *Aridæo*, qui est Philippus in Syntaxi, i. e. *AlMagesto*, memoratus, *Macedonia*, totáque *Græcorum* regio; *Antiocho Soteri*, i. Liberatori, *Antiochia*, omnésque *Syriæ* regiones: ac duodecim post mortem *Alexandri* annis sortitus est *Seleucus*, cognominatus *Nicator*, i. e. Victor, regnum *Babelis*, totiúsque *Eraki*, & *Chorasanæ*, *Indiam* usque. Ab initio imperii ipsius orditur æra, quæ *Alexandri* audit, ea nempe qua tempora computant *Syri* & *Hebræi*. Ab *Adamo* ad initium hujus Epochæ, ex sententia *Theophili Rohensis*, sunt anni quinquies mille, centum, nonaginta septem. Cum ergò annis *Alexandri* integris (viz. annis *Seleuci*) hanc summam, mensibúsq; integris anni fracti, cujus initium est *Tisrin* prior, mensem unum addiderimus, prodibunt nobis anni integri † & menses anni fracti, cujus initium est mensis *Ilul*, quæ est Epoche quâ utuntur *Romani* nostro hoc tempore.

Æræ Alexandri initium.

p.99.

Ptolomæus Philadelphus, i. Amans fratrem. Regnavit annos triginta octo. Ejus tempore à Regum *Græcorum* obsequio se subduxerunt *Armeni*, rege sibi constituto, nomine *Arshaco*; ex quo appellati sunt *Arsacidæ.*

Arshacidæ.

Dyn. VI. *Arshakidæ*. *Ptolomæus* iste regno admotus in scientiam & doctos amore propendit. Cum ergò audisset in *Sindia*, *India*, *Persia*, *Giorgiania*, *Babylonia*, & *Assyria*, diversa esse scientiarum genera, præter eas quæ apud *Græcos* reperiebantur, Consiliario suo in in mandatis dedit, ut harum gentium libros sedulo conquisitos comparandos curaret, magno pretio emptos, invitatísque mercatoribus ad eos adducendos. Quod cum ille fecisset, collecti sunt brevi temporis spatio quinquaginta quatuor mille, centum, viginti libri. Quos ubi collectos rescivit Rex, Consiliario suo, putásne, inquit, superesse adhuc in mundo libros aliquos ad scientias spectantes, qui nobis desunt? Respondente illo, Sunt penes *Judæos* libri divini, quos à Deo per revelationem acceptos elocuti sunt Prophetæ, jussit ipsum iis conquirendis operam sedulò navare: ille ergò dimissis *Judæis* captivis ab *Eleazaro* Sacerdote summo petiit, ut ad se è *Judæorum* doctis quosdam utriúsque linguæ, *Hebraicæ* scil. & *Græcæ*, peritos mitteret, ut libros Propheticos ex lingua Hebraica in Græcam ipsi verterent; qui ad ipsum septuaginta duos seniores misit † interpretandi arte peritos, è qualibet tribu senos. Quos Rex binos ædi inclusos cùm in insula *Phurna* collocâsset, singula ipsorum paria libros divinos sigillatim omnes transferre jussit: absolutóque opere, cùm collata exemplaria triginta sex consentire reperirentur, nec verbo nec sensu inter se discrepantia, de versionis veritate non dubitavit. Atque ea est versio *Septuaginta* quam amplectuntur Docti nostri: éstque eadem quæ in manibus *Romanorum* est, cæterarúmque Christianorum sectarum, exceptis *Syris*, ac præsertim Orientalibus. Siquidem eorum exemplar, quod Simplex vocant, quòd in ejus versione elegantiæ ratio habita non sit, consentit cum exemplari *Judæorum*. Occidentales autem duas habent versiones: Simplicem, quæ ex *Hebraico* in *Syriacum* translata est post adventum Domini Christi, tempore *Addæi* Apostoli, vel, ut alii dicunt, tempore *Salomonis* filii *Davidis*, & *Hirami*; & Figuratam secundùm *Septuaginta*, è *Græco* in *Syriacum* traductam, longo post incarnationem Salvatoris intervallo.

Ptolomæus Philadelphus literarum amator.

p. 100. *Septuaginta duo Interpretes.*

Syrorum versio Simplex:

& Figurata.

Sectio.

Hoc tempore floruit *Timochares* sapiens, Mathematicus, rerum Sphæricarum, & instrumentorum ad observationes faciendas conficiendorum peritus. Meminit *Ptolomæus* sapiens in libro *AlMagesti*, illum se annis quadringentis viginti præcessisse.

Timochares Mathematicus.

Ptolomæus

Ptolomæus Euergetes, i. Benefactor. Regnavit annos viginti sex. Dyn.VI.
Ejus tempore conditæ sunt *Karkesia*, & *Kalonicus*, quæ eadem *Al-Rakka* est. *Honiâ* † Sacerdotum Judaicorum principe tributum, quod *Ægypti* Regibus pendere solebat, detinente, iratus Rex *Judæorum* extirpationem meditabatur. Missus autem ad ipsum *Iosephus* Sapiens *Iudæus*, eum pacavit, pacatæque sunt res *Iudæorum*. Karkesia [Cerc..sium] & Al-Rakka conditæ Josephus.

Ptolomæus Philopator, i. Patris amans. Regnavit annos septendecim, & *Judæos* persecutus est. Sub finem Imperii sui vicit eum *Antiochus* magnus, *Syriæ* Dominus, qui etiam *Judæos* oppressit, cósque durè tractavit; contigerúntque prælia quæ in historia primi libri *Maccabæorum* memorantur. Antiochus magnus Judæos oppressit [primit.]

Ptolomæus Epiphanes, i. e. Illustris. Regnavit annos viginti unum. Copias cum *Ascapho* duce suo in regiones *Judææ* & *Syriæ* misit. Bello autem cum eo contendens *Antiochus* magnus victoriâ potitus ipsum in fugam egit, multásque urbes, quæ penes *Ægyptios* erant, in potestatem redegit. Tunc autem *Judæos*, obsequium illi sincerum præstantes, beneficiis affecit, vias quæ *Antiochiam* perducerent lapidibus sternens, ac ple.ósque *Syriæ* fluvios pontibus conjungens. Ptolomæo devicto eis benè facit.
Anno undecimo regni sui, *Antiochus* à *Francis* [*Romanis*] victus tributum ipsis annuum mille talentorum auri pendit, filio etiam suo obside dato. Pacem etiam fecit cum *Ptolomæo Epiphane*, ac filiam ejus *Cleopatram* duxit; deinde mortuus est: Succedente † ipsi filio ipsi ὁμωνύμῳ *Antiocho* juniore, cui *Epiphanis* appellatio indita, quod & Regis *Ægypti* cognomentum fuit. Hic *Hierosolyma* perveniens templum polluit, *Iovis* (qui [*Arabibus*] *AlMoshtari*) statua ibi positâ; & *Eleazarum* Sacerdotem ad sacrificia statuæ illi offerenda impulit, renuentémque cruciatu è medio sustulit. Tum delatâ apud ipsum muliere nomine *Shamunia*, unà cum septem filiis, quòd Idolis convitiarentur, ipsis accersitis, primum, linguâ omniúmque membrorum extremitatibus præcisis, in sartagine conjici jussit; alteri capitis pellem detrahi: similiter cæteros, ac post ipsos matrem variis cruciatibus ad mortem adegit. Qui cum *Hierosolymis* sepulti essent, post Salvatoris adventum Christiani fideles, corporibus ipsorum ad urbem *Antiochiam* translatis, Ecclesiam supra ipsa extruxerunt. A Romanis victus. p. 102. Antiochus Epiphanes Judæis malè facit. Salomonā cum 7. filiis cruciatibus enecat.

Ptolomæus Philometor, i. e. Matris amans. Annos triginta quinque regnavit. Regni ipsius anno decimo sexto mortuus est *Antio-* moritur.

Dyn.VI. *chus* junior, dum *Persis* bellum inferret; regnante post ipsum *Antio-*
Antiochus Eupator. *cho Eupatore* annis duobus, qui *Judæos* graviter persecutus est. Rebus autem *Judæorum* præfuit *Judas Maccabæus*, in quo regnũ & sacerdotium conjuncta sunt. Ille *Antiochi* præfectis è regione *Judæorum* pulsis, templum purgavit: ac bellum cum *Græcorum* regibus gesserunt *Judæi*. Hoc tempore *Honias* summus *Judæorum* Sacerdos templum in *Ægypto* condidit *Hierosolymitano* simile. Post *Eupatorem* autem *Syriæ*
p. 103. præfuit † *Demetrius Soter*, qui *Seleuci* filius fuit, duodecim annos; quem deinde interficiens *Alexander* post ipsum imperavit decem an-
Demetrius Soter. nos: huic obsequium præstitit *Philometor Ægypti* Dominus, ipsi-
Alexander. que filiam suam *Cleopatram* in uxorem dedit. Atque ita impletum
Dan.11.6. est *Danielis* vaticinium, ubi dicit, Filia Regis *Austri* dabitur Regi *Aquilonis*: at secundùm alios, in altera quam uxorem duxit *Antiochus* magnus, exitum habuit vaticinium illud..

Ptolomæus Euergetes secundus, qui *Hashimi* filius audit. Regnavit annos viginti novem. Anno regni ipsius tertio mortuus est *Alexan-*
Demetrius secundus. *der*, post quem *Syriæ* imperavit *Demetrius* secundus tres annos:
Antiochus Sidetes. quo deinde ejecto, suffectus est in locum ipsius *Antiochus Sidetus* annos septem; eóque mortuo denuò regnavit *Demetrius* qua-
Antiochus Grypus. tuor annos, dein mortuus est, succedente ipsi *Antiocho Agrippa* duodecim annos. Hic *Hierosolyma* sub *Hyrcano* Rege & Sacerdote obsidione cinxit; quâ cum urbem arctaret, *Hyrcanus* aperto *Davidis* Prophetæ sepulchro tria talentorum auri millia ibi à majoribus re-
Hyrcanus positar eperit, è quibus cùm trecenta *Agrippæ* dedisset, ab ipso recessit.
Neapolim diruit. Eodem tempore *Hyrcanus Samaritanorum* urbem, *Neapolim* scilicet, diruit. Et in *Sicilia* insula cùm rebellâsset servorum multitudo ob-
Bellum servile. sessi sunt in urbe quadam, donec alii alios comederent.

p. 104. † *Ptolomæus Physikus* [*Physcon*] qui etiam *Soter* appellatus. Regnavit annos septendecim. Anno regni ipsius quarto, præfectus *Syriæ*
Antiochus Cyzicenus. *Antiochus Cyzicus* annos duodecim [imperavit.] Anno ejusdem *So-*
teris undecimo mortuus est *Hyrcanus Judæorum* Rex, cui succedens
Aristobulus. *Aristobulus* f. *Jonathanis* annum unum [explevit] diademate sibi
Antigonus. assumpto: dein insidias illi struxit frater ipsius *Antigonus*; qui & ipse
Johannes Alexander. dolo circumventus est à fratre altero *Johanne*, qui *Alexander* appellatus est, præfuítque annos viginti septem: *Ptolomæus* autem *Physkus* à matre regno abdicatus, ab ea in *Cyprum* insulam fugit.

Sectio.

Sectio. Dyn.VI.

Hoc tempore floruit *Dioscerides*, Medicus eximius qui de Plantis scripsit, ex incolis urbis *AinZarba*. Inquit *Galenus*; Quatuordecim libros de medicamentis simplicibus revolvi, à diversis authoribus conscriptos, nec inter ipsos perfectiorem libro *Dioscoridis* vidi. Eundem laudat *Johannes Grammaticus Alexandrinus* in historia sua, dicens, Hominibus percharus, vir animo præstanti, qui plurimum hominibus profuit, clarus, celebris, qui [multis] regionibus peragratis, medicamentorum simplicium è continentibus, insulis, & maribus scientiam acquisivit, eorúmque formam descripsit. Dioscorides, Anazarbeus, à Galeno laudatus, ac Johanne Grammatico.

Sectio.

Memoriæ proditum est in *AlMagesto*, inter duas *Hipparchi* & *Ptolomai* observationes æquinoctii verni, intercessisse annos ducentos † octoginta quinque; atque hoc indicio est contemporaneum fuisse ipsum *Dioscoridi*: tum antiquioribus tum recentioribus præcelluit, ipsósque observationum peritiâ superavit. Ex libris ipsius hausit *Claudius Ptolomaus*, ipsiúsque observationibus [suas] superstruxit. Nihil ad nos è libris ipsius pervenit extra unum de astrorum secretis, è quo dignoscitur regnorum in mundo origo. Hipparchus quantum præcesserit Ptolomæum. p. 105.

Ptolomaus Alexander. Frater hic fuit *Physki*, qui in *Cyprum* fugit: decem annos regnavit. Anno regni sui quarto *Cyzicum Syria* Regem vicit, quem & vivum igne combussit, ac *Syria* annum unum præfuit: deinde ei imperavit *Philippus* biennio; quem cùm abominatus esset populus, quòd in *Cyzico* tollendo operam commodâsset, transiere *Syri* in obsequium Imperatorum *Romanorum*, antequam *Casares* appellarentur. *Ptolomais* autem se subjicere noluerunt, eos fugientes ob illud quod in Regem ipsorum *Cyzicum* patraverant. Philippus R. Syriæ. Syri Romanis se subdunt.

Ptolomaus Physkus, cognominatus *Soter*. Hic è *Cypro* reversus fratrem suum Alexandrum oppugnatum in vincula conjecit, & post ipsum denuo annos octo regnavit: dein mortuus est, succedente ipsi *Dionysio* filio.

Ptolomaus Dionysius, annos triginta regnavit. Anno † regni ipsius quinto obiit *Johannes Alexander* Rex *Judaorum*, relictis filiis binis *Hyrcano* & *Aristobulo*, qui patruorum suorum nominibus appellati sunt; quorum mater fuit *Selene* (quod Lunam sonat) magnæ potentiæ mulier. Hæc alterum filiorum suorum *Hyrcanum* Sacerdotem p. 106.

Dyn.VI. summum, alterum verò *Aristobulum* regem constituit, quo non

Aristobulus R. Judææ. multo pòst à *Pompeio* exercitus *Romanorum* Duce *Romam* abducto, *Hyrcanus* frater ipsius *Judæorum* regnum occupavit annos triginta

Hyrcanus. quatuor.

Cleopatra Dionysii filia. Annos viginti duos regnavit. Anno tertio regni ipsius præfuit *Romæ* magnæ *Caius* cognominatus *Julius*, qui

Julius Cæsar. primus omnium appellatus est *Cæsar*, cujus interpretatio est Extractus; ideo hoc nomen sortitus, quòd cum mater ipso gravida tempore partus mortua esset, cæsis ejus visceribus ipse indè extractus sit: dein in cognomentum abiit omnibus qui *Romæ* imperârunt:

Julius mensis. Mensis etiam *Tamuz* à nomine ejus *Julius* appellatus est, cùm priùs *Quintilis* vocaretur. Ei post quatuor annos mortuo successit *Au-*

Augustus Cæsar. *gustus Cæsar*, annos quinquaginta sex. Anno sexto imperii *Augusti* captivus in *Persiam* abductus est *Hyrcanus Judæorum* Rex; præfe-

Herodes. ctúsque est ipsis *Herodes* filius *Antipatris Askalonensis* ex parte *Cæsaris*. Hic *Hierosolymorum* muros diruit, & Sacerdotii continuationem prohibens non sivit quempiam Sacerdotis summi munere ul-

p. 107. tra anni unius spatium fungi. Anno imperii † *Augusti* decimo tertio

Antonius. rebellis in eum factus *Antonius*, exercitus ipsius dux, in *Ægyptum* ab ipso fugit, amore *Cleopatræ* Reginæ ductus: adversùs quem profectus *Augustus*, binos *Cleopatræ* natos, alterum *Solis*, alterum *Lunæ* nomine appellatos, captos interfecit; quorum cæde auditâ *Antonius* & *Cleopatra*, qui in arce quadam obsessi erant, hausto veneno mortem sibi consciverunt.

Sectio.

Photinus Philos. Sub finem regni *Ptolomæorum* floruit *Photinus* Philosophus, in duobus generibus Arithmeticæ & Geometriæ eximiè peritus. Librum in Arithmetica scripsit ad *Cleopatram* Reginam. Ipsa *Cleopatra* docta fuit, & in diversis scientiarum generibus libros composuit. Est

Cleopatræ Canon. Canon compendiosus ipsi attributus; éstque Canon luculentus perspicuus facilis intellectu: dicitur ipsum à *Photino* Philosopho in ejus gratiam compositum, eámque sibi ab illo datum, sibi vendicâsse. Deus optimè novit.

Dynastia septima à Regibus Græcorum Ethnicis ad Francorum Reges translata. Dy.VII.

ROmani, *Franci* audiunt: ipsorum regio *Græcorum* regioni vicina est, lingua autem ab eorum lingua diversa. *Græcorum* lingua, *Attica* est, *Romanorum* Latina. Terminus regionis † *Romanorum* est ad Austrum Mare *Romanum*, quod in longum protenditur ab Occidente versùs Orientem inter *Tanjam* & *Syriam*; terminus Borealis, regna quædam gentium Borealium, *Russorum*, &c. Orientalis, confinia regionis *Græcorum*; Occidentalis ad extremam *Hispaniæ* [oram] Mare circumfluum, quod Oceanus audit. Hujus regni tres sunt partes: prima ad Orientem, Regiones *Alamaniæ*; deinde media, Regiones *Galliæ*, ultima autem, Regiones *Hispaniæ*. Universi hujus Imperii Metropolis fuit Urbs *Roma* magna, è Regionibus *Alamaniæ*, donec *Augustus Cæsarum* primus devictis *Græcorum* regibus regnum ipsorum cum suo conjungeret, fierétque regnum unum *Romanum*, potens admodum: uti fecerunt *Persæ* regno *Chaldæorum*, quo in ipsorum potestatem redacto, coaluerunt regna duo in unum, *Persicum*. Factáque est *Roma* utriúsque regni Metropolis, donec *Constantinus Helenæ* filius, fidem Christianam amplexus desertâ religione *Sabiorum*, urbem *Byzantium* restauratam & auctam *Constantinopolim* appellavit, sibíque sedem constituit: atque illa indè Imperii *Romani* Metropolis facta est usque ad annum *Alexandri* millesimum ducentesimum sexagesimum secundum; donec potentiâ auctus & copiis instructus *Romæ* præfectus diademate assumpto Rex salutatus est,*ac si *Constantinopolis* Rex esset, atque hoc ultro illi concessum. Atque exinde divisum est imperium Latinorum ab imperio *Atticorum*, ad Occidentem: & divisæ sunt regiones ipsorum à regionibus *Romanorum* interpositis diversis *Turcarum* generibus, qui ibi castra posuerunt, multáque ejus oppida vastârunt; nec jam *Constantinopoli Romam* nisi per mare quispiam adit. Fuerúntque *Romanis*, tam *Romæ* quàm alibi, in diversis Philosophiæ generibus docti; nisi quòd *Græcis* hac ex parte eminentia & præstantia [fuerit,] quam nec *Romani*, nec alii negaverint.

Romanorum *lingua & Imperii fines.*

† p. 108.

Urbs Roma.

Constantinopolis.

* al. *per universum regnum* Constantinopolitanum, *atque illi obsequium ultro præstitum.*

Augustus Cæsar. Imperavit annos quinquaginta sex. Ejus nomine

 appellatus

Dy. VII. appellatus est Mensis *Ab Augustus*, cùm prius vocaretur Sextilis. Eo imperante restauravit *Herodes* urbem *Neapolin*,& *Stratonis* arcem auctam *Cæsaream* appellavit, quæ jam *Nicopolis* audit: urbem etiam *Jabalam* condidit.

Augustus mensis. Neapolis & Cæsarea rest. Jabala condita.

Sectio.

Anno imperii *Augusti Cæsaris* quadragesimo tertio, qui æræ *Alexandri* tricesimus nonus fuit, natus est Dominus Christus ex *Maria* virgine die *Martis*, *Canuni* prioris vicesimo quinto. Eodem anno miserat *Cæsar* Imperator *Cyrenium* Judicem cum census exactoribus *Hierosolyma*: quo factum est ut *Josephus Mariæ* sponsus *Nazarâ* † *Hierosolyma* ascenderet, quò nomen suum adscriberet: cùm autem *Bethlehemum* oppidum pervenerant, peperit ibi *Maria*. Magi autem donaria sua ex Oriente allata Christo obtulerunt, viz. aurum, myrrham & thus: qui cum per *Herodem* transiissent, ei de rebus ipsorum interroganti responderunt. Magni nominis quidam apud nos fuit, qui in libro quodam quem composuit nos admonuit, in eo [hæc] memorans; "Futurum est ut in *Palæstina* nascatur puer è cœlo orlundus, cui serviet maxima mundi pars; signum autem apparitionis ejus hoc erit, quòd visuri sitis stellam peregrinam, quæ vos eò ubi manet diriget: eam ergò cum videritis, acceptis auro, myrrhâ & thure profecti illa ipsi offerte, ipsúmque adorate, deinde revertimini ne vos calamitas gravis occupet. Nunc autem apparuit nobis stella; venimus igitur ad perficiendum illud quod nobis præceptum est. Dixit ipsis *Herodes*, Rectè statuistis, Profecti ergò, accuratè de puero exquirite, cúmque ipsum inveneritis, annunciate mihi quò ego etiam profectus ipsum adorem. Illi verò abeuntes ad ipsum reversi non sunt. Ipse igitur valdè iratus occidi jussit omnes *Bethlehemi* infantes à bimulis & inferioribus, quòd nesciret tempus nativitatis Salvatoris. Nata erat tunc temporis *Maria* annos tredecim, vixítque annos quinquaginta & unum. Scribens autem **Autognius* Philosophus ad *Cæsarem*, certiorem eum fecit de adventu Magorum, in Epistola sua sic dicens, "*Persæ* Orientales regnum tuum ingressi "puero, qui in regione Judææ natus est, dona obtulerunt. Quis au-"tem sit ille, aut cujus filius, † ad nos nondum pervenit. Cui respondit *Cæsar*, *Herodes* præfectus *Judææ* noster de rebus & statu hujus pueri nos certiores faciet. Cúmque *Cæsar* ad *Herodem* scribens quid

Christus natus.

p. 110.

Magorum adventus.

Infanticidium.

* al. fors. *Lyonius.*

p. 111.

quid rei esset ab eo edoceri posceret, rescribens ille quid ipsi dixerant Magi narravit, séque infantes *Bethlehemiticos* omnes interemisse, quò ita puerum illum cum iis è medio tolleret. Ea autem nocte qua pervenerunt Magi fugit *Josephus* unà cum *Maria* & puero in *Ægyptum*, ubi biennio manserunt: cúmque ipsis *Herodis* mors innotuisset, ad *Nazaretam* urbem suam reversi sunt. Porrò *Herodes* antequam moreretur uxorem suam *Mariam*, *Johannis Alexandri* Regis *Iudæorum* filiam, unà cum * fratre & matre ipsius, & in summa quotquot reperirentur è stirpe regia, interfecit. Tum ascite & podagrâ gravi correptus, cum biennio cruciatus dolorificos sustulisset, mortuus est, succedente ipsi *Archelao* filio ipsius novem annis: quem deinde in vincula conjecit *Augustus*, & regnum Judæa in tetrarchatum redegit, cujus tres quartas administrarunt tres *Archelai* fratres, *Herodes*, *Antipater*, & *Philippus*, quartam verò *Lysanias*. Dy. VII. *Fuga Josephi.* *al. Sorore. *Tetrarchatus instituitur.*

Tiberius Cæsar. Annos viginti duos imperavit. Anno imperii ipsius primo accidit terræ-motus gravis, quo conciderunt loca quamplurima, interfectáque est hominum & pecorum copia. † Anno septimo condidit *Herodes Herodis* filius urbem *Tiberiadem*, nomine *Tiberii* Imperatoris. Anno decimo quarto *Pilatus*, Judex super *Judæos* constitutus, effigiem *Cæsaris* in templo statuit, quo commoti sunt *Judæi*. Tribus post annis baptizatus est Christus à *Johanne Zachariæ* filio feria quarta, vel secundùm alios primâ, *Canunis* posterioris sexto, annos tunc natus triginta: atque exinde cœpit miracula insignia edere, & mysterium regni Dei divulgare, & ad præstandam legem virtutis ultra legem justitiæ incitare. Anno vicesimo nono imperii *Tiberii*, qui est annus *Alexandri* trecentesimus secundus, *Abgar Roha* Rex literas per legatum nomine *Hananum* ad Christum misit, in quibus scripsit, "Ab *Abgaro* nigro ad *Jesum* Medicum "insignem, *Hierosolyma*. His præmissis, Tui & medicinæ tuæ spiritua-"lis ad me pervenit fama, téq; morbos sine medicamẽtis sanare: unde "conjicio, te vel Deum esse qui è cœlo descenderis, vel filiũ Dei; rogo "ergò te ut ad me accedas, forsan morbos quibus affectus sum sanatu-"rus. Nuntiatũ est etiam mihi necem tuam moliri *Judæos*; mihi autem "est urbs quædam amœna quæ mihi tibíq; sufficiet, ut in ea tranquilli "& in pace degamus. Vale. Respondit ergò ipsi Christus scriptâ Epistolâ, dicens, Beatus es quòd in me credideris, cùm me non videris. p. 112. *Tiberias condita.* *Pilatus.* *Christus baptizatus.* *Abgari ad Christum epistola.*

† Quod

Dyn. VII. p. 113. † Quod autem me rogâsti ut ad te perveniam, perficiendum mihi incumbit illud cujus gratiâ missus sum, deinde ad Patrem meum ascendam: tum verò missurus sum ad te discipulum, qui morbos tuos sanaturus est, tibique & tuis vitam æternam collaturus. *Hananus* autem cum à Christo responsum acciperet, in eum aspiciens figuram ipsius in sudario pinxit, (pictor enim erat) eámque *Roham* allatam *Abgaro* nigro tradidit. Ferunt alii Christum sudario isto usum, cùm faciem suam eo tergeret impressam ei fuisse ipsius figuram. Cùm autem in cœlum ascendisset Christus, *Addæum* Apostolum, unum è septuaginta duobus, *Roham* misit, qui ipsum à morbis suis sanum reddidit. Hoc anno completi sunt anni septuaginta quatuor, quos indicavit Deus *Danieli* Prophetæ [dicens,] *Septuaginta septimanis permanebit, Deinde perveniet Messias qui occidetur*: atque hoc, si eos numeramus e incipiamus à fine anni vicesimi Regis *Artachshashti Longimani*; qui annus est, quo missus *Nehemia* pocillator *Hierosolyma* fœdus renovavit oblatis sacrificiis, & quo descripsit *Ezra* libros revelatos. Hoc anno, viz. decimo nono *Tiberii* Imperatoris, crucifixus est Christus die *Veneris*, decimo tertio *Adari*, fuitque Pascha *Judæorum* die Sabbati: illud autem comedit Salvator cum Discipulis suis nocte feriæ sextæ, cum illud perficere tempore suo non posset, ideo quod die *Veneris* crucifixus sit. Fuitque Ascensio feria quinta tertio
p. 114. *Ijari*, † Pentecoste autem die Dominico decimo tertio *Ijari*. Eodem die audierunt Sacerdotes *Judæorum* ex intimo Templi vocem inclamantis, qui ipsos inclamans diceret, Parati sumus hinc migrari; quod valdè ipsos terruit.

Effigies Christi sudario impressa.

Danielis hebdomadæ.

Christus crucifixus. quando Pascha comederit.

ejusque Ascensio.

Vox ex intimo Templi.

Sectio.

Ab initio mundi usque ad *Messiam*, secundùm computum Legis quæ in manibus *Judæorum* est, anni sunt ferè quater mille, ducenti viginti; at secundùm computum legis [ex versione] septuaginta, quæ in manibus *Græcorum*, & reliquarum Christianorum sectarum exceptis *Syris*, anni ferè quinquies mille, quingenti, octoginta sex; deficiente computo priori à secundo annis mille trecentis septuaginta quinque, qui defectus ascribitur Doctoribus *Judæorum*: nam cùm prænunciatum esset in Lege & Prophetis de *Messia*, missum iri ipsum ultimis temporibus, nec aliud esset *Rabbinis* antiquioribus commentum, quo Christum rejicerent, quàm si hominum ætates, quibus

Differentia inter computi Hebr. & Græc. verf.

quibus dignoſceretur mundi Epoche, mutarent, ſubtraxerunt de vita Dyn.VII
Adami, donec naſceretur *Seth*, centum annos, eóſque reliquæ ipſius vitæ addiderunt; idémque fecerunt in vitis reliquorum Adami filiorum uſque *Abrahamum*; atque ita factum eſt ut indicet ipſorum computus manifeſtatum eſſe Chriſtum millenario quinto, prope accedente ad medium annorum mundi, qui omnes ſecundùm ipſos futuri ſunt ſepties mille; dixerûntque, Nos adhuc in medio temporis ſumus, & nondum adeſt tempus adventui Meſſiæ deſignatus. At computus † Septuaginta [ſeniorum] indicat manifeſtatum eſſe Chri- p. 115
ſtum millenario ſexto, atque adfuiſſe tempus ipſius.

Caius Cæſar. Imperavit quatuor annos. Anno primo imperii ipſius præfectus eſt *Herodes Agrippa Judæis*, [qui regnavit] ſeptem an- Herodes
nos. Eodem anno mortem ſibi conſcivit *Pontius Pilatus*, miſſúſque Agrippa.
eſt *Felix* Judex *Hieroſolyma*: qui cum ſacraria Judæorum ſtatuis im- Felix Jud.
plevisſet, miſerunt illi Legatos duos ſapientes, viz. *Philonem* & *Joſe-* Præfectus.
phum Hebræos, ad *Cæſarem*, ut de facto Præſidis conquererentur; qui Philo &
profecti ipſi ſuaſerunt ut amoveri juberet illud quod ægrè tulerunt Joſephus legati ad
Judæi. Anno quarto *Petronius* Præſes *Româ Hieroſolyma* perveni- Cæſarem. Petronius.
ens Statuam *Jovis* in Templo Domini poſuit, & completum eſt vaticinium *Danielis* Prophetæ dicentis, Signum abominationis ſtans ubi Signum abominatio-
non oporteret. nis.

Claudius Cæſar. Annos quindecim imperavit. Anno ſecundo imperii ipſius, apparuit *Ægyptius* quidam in regione *Judææ*, qui Pro- Pſeudopro-
phetiam ſibi vendicans multos ſeduxit, & *Hieroſolyma* vi capere mo- pheta Æ-
litus eſt: profectus autem adverſus ipſum *Felix Patricius*, ipſum & gyptius.
pleroſque aſſeclarum ipſius interfecit. Apparuit etiam quidam nomine *Cerinthus*, qui aſſeruit in regno Dei edi, bibi, & connubia fieri. Cerinthus.
Eodem tempore numerari juſſit *Claudius Cæſar Judæos* qui in regno p. 116.
ipſius eſſent, fuitque numerus ipſorũ ſexcenti nonaginta quatuor my- Claudius
riades, & quatuor hominum millia. Porro die feſti Paſchatis inci- Judæos numerat.
dentes in confuſionem *Judæi* ſe invicem truſerunt, adeo ut præ compreſſione morerentur triginta hominum millia. Diſtincti autem ſunt eorum ſe-
Judæi in ſeptem ſectas: primam *Rabbinicorum*, qui legis Scribæ fuêre, cta.
& Doctores; ſecundam *Levitarum*, qui è miniſterio templi non diſcedebant; tertiam *Phariſæorum*, qui reſurrectionem mortuorum credebant, aſſerentes reperiri Angelos, & ſingulis ſeptimanis bis jeju-

 nabant;

Dyn. VII nabant; quartam *Saducaeorum*, qui resurrectionem & Angelos negabant; quintam *Baptistarum*, qui nemini mercedem esse dicebant, nisi quotidie lavaret; sextam *Religiosorum*, qui nihil vitâ praeditum comedebant; septimam *Samaritanorum*, qui è libris [sacris alios] non recipiebant extra legem, suntque iidem corporeitatis [in Deo] assertores.

Nero Caesar. Annos quatuordecim imperavit. Anno decimo tertio persecutus est *Christianos*, *Petrumq;* & *Paulum* decollatos cruci inuersos affixit. Rebellantes in ipsum *Judaeos* magnis copiis aggressus *Vespasianus* dux, † *Hierosolyma* obsidione diutinâ cinxit; quam cùm pene in potestatem redegisset, allatus est ipsi nuntius de morte *Neronis*, ipsúmque morbo Mania correptum sibi * [unâque filio] & uxori manus intulisse. *Vespasianus* ergò, filio suo *Tito* in locum suum ad expugnandos *Judaeos* suffecto, ad iter se accinxit *Romam* reversurus; & *Alexandriam* aggressus expugnavit: dein mari vectus *Romam* pervenit, eique imperavit.

Petri & Pauli *martyrium.*

p. 117

Hierosolyma *obsessa.*

* *deest in al. ex.*

Alexandria à Vespasiano *capta.*

Vespasianus Caesar annos decem imperavit. Ille *Cochleam* i. e. *Pharū Alexandrinam* extruxit, passus 125 altam. Anno imperii ipsius secundo expugnavit *Titus* ipsius filius urbem *Hierosolymitanam*, occisis in ipsa amplius sexaginta hominum millibus, captis plus 100000, mortuis in ea fame quamplurimis, reliqui per regiones dispersi sunt, ipsâque dirutâ templum ipsius vastavit: impletúmque est vaticinium *Jacobi*, ubi dixit, Non recedet sceptrum Regium à *Juda*, nec Monitor, i. Propheta à stirpe ejus, donec venerit ille cui est victoria, atque ipsum expectabunt gentes. Impletum est etiam illud quod a Salvatore praemonitum, dum alloqueretur *Hierosolyma*, Venturi sunt dies, in quibus cingent te hostes tui, téque & filios in te tuos prosternent: fuitque hoc post quadraginta annos à *Christo* crucifixo. Memoriae autem prodidit *Josephus Hebraeus* apparuisse ante excidium *Hierosolymorum* signa prodigiosa; viz. supra urbem apparuisse stellam oblongam instar gladii ignei coruscantis: cúmque die Paschatis bovem sacrificandam adduxissent, peperisse agnum in medio † Templi. Portas autem aeneas quae ad Templi januam, quae nec claudi nec aperiri sine concursu viginti virorum solebant, nocte mediâ repertas esse reclusas, nullâ apparente causâ: & per totum annum auditas fuisse in templo voces diversas, dicentes, Migraturi sumus hinc.

Hierosolyma à *Tito.*

Jacobi *vaticinium impletum.*

& Christi.

Prodigia sub excidium urbis.

p. 118

Titus

Titus Cæsar. Imperavit duos annos. Anno imperii ipsius secundo fissus est in *Romanorum* regione mons, ex quo erumpentes flammæ ignis urbes multas incenderunt; *Romæ* etiam accidit incendium grave. Porro Orator quidam cum die quodam in corona hominum orationem haberet, inter Epitheta, quibus *Titum* insignivit, cognomen illi è nominibus Dei communicavit, quo quòd ille gavisus est, accidit ipsi mors repentina. Dy. VII

Domitianus Cæsar. Annos sedecim imperavit. *Româ* Astrologos, Ariolos, Divinatores, Augures, & Sortilegos expulit. Quin & vetuit nequa Romæ plantaretur vitis. Anno imperii sui nono *Christianos* graviter persecutus est; nihilominus homines fidem *Christianam* confertim amplexi sunt, eámque fortiùs retinuerunt. Rogavit autem *Patrophilus* satelles *Arsinoum* sapientem præceptorem suum, Quid impulit **Theodosium* sapientium apud *Athenienses* principem, & *Africanum Alexandrinum*, &* *Martianum* † *Badiwensem*, ut virum crucifixum adorarent? Respondente illo, Numina cœlestia hoc decreverunt; ipse viam præstantissimam à *Christianis* edoctus, mundo ejúsque deliciis valedicens, strenuè eos dictis & factis juvit. Hoc tempore innotuit *Apollonius Telesmaticus*, qui *Christi* discipulis contradixit, factis illis quæ à *Christo* facta sunt, contrariis; dixítque, Væ mihi quod me antecesserit *Mariæ* filius. Idem Imperator *Johannem* Evangelistam in insulam quandam relegavit, ad quem *Dionysius* *Athenarū* Episcopus epistolam scribens, Ne te, inquit, occupet tædiū aut fastidium, neq; enim diuturna erit incarceratio tua, Christo ut liber sis efficiente: patientiam ergò tibi ipsi suggere. Paulò autem post interfectus est *Domitianus Cæsar* super stragulâ in loco consessus suo.

Persecutio Domitiani. * al. Dyonysium. p. 119 * al. Martianum. Apollonius Telesmaticus. [Tyaneus.] Johannes Evangelista in insulam relegatus.

Nero Cæsar minor. Annum unum imperavit, jussítque revocari relegatos; rediit ergo *Johannes* Evangelista urbem *Ephesum* sexto post relegationem suam anno: tum leprâ correptus *Nero* in horto extra *Romam* obiit. Nerva. Johannes revocatus.

Trajanus Cæsar. Annos novendecim imperavit. Anno decimo imperii sui persecutus est *Christianos*, & martyrium subiit *Symeon Cleophæ* filius Episcopus *Hierosolymitanus*, nec non *Johannes* Apostolus, & *Ignatius Nuranienfis* † Episcopus *Antiochenus*, qui ad Leones conjectus ab iis discerptus est. *Plinius* autem præfectus exercitui cùm Christianos præ multitudine eorum è medio tollere non posset, Persecutio Trajani. p. 120 Plinius.

Dy. VII. certiorem fecit *Cæsarem* sectam istam omnia Philosophorum præcepta observare, extra quod Idola non coleret. Jussit ergo *Cæsar* ne ipsis damnum inferre satageret; quòd si quis ipsorũ reperiretur, qui de Diis sequiùs loqueretur, in judicium trahi. Anno imperii ipsius ultimo rebellantes *Judæi*, qui in insula *Cypro*, *Syriâ*, & *Æthiopiâ* fuerunt, unà cum *Ægypti Judæis*, regem sibi constituerunt, nomine * *Luminum*; qui exercitu conflato in *Palæstinam* præfectus est, ubi ipsum quæsitum cum myriadibus *Judæorum* omni loco occiderunt exercitus *Romani*.

Judæorũ Rebellio.

* Artemionem.

Sectio.

Soterinus [Saturninus] hæreticus. Hoc tempore prodiit *Antiochiæ* quidam nomine *Soterinus*, qui asseruit, septem ex Angelis mundum creâsse; ipsósque innuisse Deum cum diceret, Agite creemus hominem in similitudine nostra; dixítque, matrimonium & membra generationi inservientia tam in viris quàm fœminis à Diabolo facta, ideóque turpe ab hominibus haberi ea retegere. Prodiit etiam *Basilides*, qui dixit, Honorandum esse serpentem & magni faciendum, ideo quod *Evæ* consilium dederit, ut [cum marito] congrederetur, cùm aliàs non procreâssent homines. Prodiit etiam quidam nomine* *Cerinthus*, qui asserebat mundum ab Angelis conditum, & *Christum* ex congressu natum. Dicitur, Ecclesiam Dei usque hoc tempus, quo apparuerunt in ipsa heterodoxi isti, †virginem fuisse, ab hujusmodi doctrinis Diabolicis, & ineptiis hæreticis [puram.]

Basilides.

* potius Carpocrates, Cerintho supr. p. 73. memorato.

p. 121.

Adrianus Cæsar. Annos viginti unum imperavit. Anno imperii ipsius primo debita remisit, jussítque debitores nihil omnino eorum quibus obstringebantur, solvere. Tributa etiam, & vectigalia fisco [debita] hominibus remisit. Anno quarto sublatum est *Roha* regnum, præfectíque sunt ejus rebus Judices ex parte *Romanorum*. Porrò jussit *Adrianus* extrui in urbe *Athenis* Scholam, in qua Sapientes multos constituit, & leges *Solonis* & *Draconis* [ratas] fecit: atque exinde floruerunt scientiæ *Athenis*. Hoc anno prodiit *Hierosolymis* quidam nomine *Ben Cocab* [filius Stellæ] qui *Judæos* seduxit, prætendens se è cœlo instar stellæ descendisse, quo ipsos à servitute *Romanorum* liberaret, quem eorum multi secuti sunt: cujus rei nuncio ad *Adrianum* delato, misit ille copias quæ ipsum interfecerunt, & expugnatis *Hierosolymis* *Judæos* perdiderunt, urbémque

Roha in provinciæ formam redacta.

Schola Athenis extructa.

Ben Cocab Judæos seducit.

Hiero-

Hierosolymitanam penitus diruerunt, prope eam ex tructâ urbe quam *Æliam Adriani* appellârunt, in quâ alienigenas collocârunt. Jussítque *Adrianus* præcidi aures *Judaeorum* superstitibus; atque hanc iis legem indixit, ne quis vel è longinquo *Hierosolyma* intueretur. Dy. VII. Hierosoly-ma diruta. Ælia condita.

Titus Antoninus Cæsar, qui *Eusebius* [*Pius*] cognominatus est, necnon *Justus*, & *Pater patriæ*. Annos viginti duos imperavit. Hic à † *Christianis* persecutiones amovit, hominibúsque permisit quamcunque vellent religionem amplecti. p. 122.

Sectio.

Hoc tempore prodiit in Ecclesia Hæreticus quidam nomine *Valentinus*, qui dixit, *Christum* corpus secum de cœlo detulisse, illúdque per *Mariam* transire fecisse quo modo aqua per tubulum transit, i.e. ita ut non ex eâ acciperet quippiam. Prodiit etiam quidam nomine *Marcion*, qui asseruit tres esse Deos, * Æquum, Bonum, & Malum. Æquum autem opera sua in malo, viz. Materiâ exeruisse, atq; ex eo mundũ condidisse; Bonũ verò cùm videret mundũ in * partem Mali trahi, misisse filium suum, ut homines ad cultum patris sui Boni invitaret; qui veniens Legem [*Mosaicam*] quæ legem justitiæ continebat, commutavit Evangelio, quod continet legem præstantiæ. Æquum ergo cultores suos in ipsum concitâsse, qui se potestati eorum permisit, adeò ut ipsum occiderent; at resurrectione suâ à mortuis homines captivos cepit, & redegit ad cultum patris sui. Hoc delirium ubi protulisset *Marcion*, diu eum admonuere Episcopi; at cùm à sententia sua non recederet, sed in ineptiis suis persisteret, Ecclesia ipsum expulerunt, & Anathema factus est.

Valentinus Hæreticus. Marcion. * al. ex. * mixtum esse malo, ζωτυπία motum misisse effectum suum essentialem (viz. Christum) in mundũ, ut homines &c.

Sectio.

Hoc etiam tempore celebris fuit *Galenus* in arte Medica, de qua libros complures composuit; quorum qui in hominum manibus nunc temporis reperiuntur, centenarium excedunt numerum. Ipsius præceptor in medicina Medicus quidam fuit nomine *Ælianus:* ille qui *Antiochiam* urbem pervenit † anno [quodam] quo morbus lethalis ipsius incolas invaserat, theriacam præstantissimam secum afferens, quam quisquis antequam ægrotaret, bibit, evasit; eorum qui postquam ægrotarent, biberunt, evaserunt alii, pereuntibus aliis. Ortum autem debuit *Galenus* urbi *Pergamo*, medicinam exercuit *Alexandriæ*. Indicio autem eum non fuisse tempore *Christi*, ut putatur, sed

Galenus Medicus. ejus præceptor. p. 123. patria. aet..

Dy. VII. post ipsum, est quod dicit sectione primâ libri Anatomices, se illum composuisse sub initium imperii *Antonini*, quo primùm imperante *Romam adiit*. Jam verò ab ascensu *Christi* ad hoc tempus ultra centum anni sunt. Ait etiam in explicatione suâ libri *Platonis* de moribus, cui titulus *Phædo*, Videbis populum istum qui *Christiani* appellantur, disciplinam suam ænigmatibus & miraculis superstruxisse, neque Philosophis veris operibus suis cedere, continentiam amare, in jejuniis & orationibus continuos esse, ab injuriis abstinere, atque esse inter ipsos homines qui se mulieribus non polluunt. Dico illum per ænigmata velle parabolas, quæ afferuntur de regno Dei in Evangelio sancto. Obiit autem *Galenus* in insula *Sicilia*, annos octoginta octo natus.

de Christianis judicium.

obitus.

Sectio.

Ptolomæus. Ostendunt historiæ *Ptolomæum Claudium* Mathematicum hoc etiam tempore floruisse. Hic fuit qui primus sphæram confecit, quíque Astrolabium quod in hominum manibus est, delineavit.

p. 124 † Libri ipsius ætate nostrâ noti quatuor sunt, viz. liber qui Syntaxis dicitur, i. e. AlMagestum; liber Geographiæ de figura terræ, longitudinibúsque, & latitudinibus regionum; & liber quadripartitus de Judiciis astrorum; ex iis etiam est liber Fructus.

Sectio.

Theon Mathematicus. Ex eo quod mentio facta sit *Theonis* Mathematici *Alexandrini* in *AlMagesto*, & memoretur *Ptolomæus* in Canone, probatur illos contemporaneos fuisse. *Theoni* autem libri sunt, Tabulæ, quibus titulus Canon, & liber de Cyclo, qui instrumentum est quo observantur motus stellarum, & liber Astrolabii, & liber introductorius in AlMagestum.

Sectio.

Alexander Aphrodisæus. Ex iis etiam quorum præstantia apud homines celebris est, hoc tempore fuit *Alexander Aphrodisæus*, qui libros *Aristotelis* Logicos et Scientiales commentariis illustravit, inter quem et *Galenum* variæ fuerunt disceptationes; appellatus autem est *Galenus* Muli caput, quod capite in disputando strenuo esset.

Marcus Aurelius Cæsar. Imperavit annos novendecim, sibi in consortium Imperii adscitis binis filiis suis, *Antonino* et *Lucio*. Sub initium imperii ipsorum *Vologesus Armenorum* Rex multas è ditionibus

bus *Græcorum* provincias vastavit; contra quos *Marci* filii expeditione factâ, victoriam obtinuerunt, adeo ut obsequium ipsis præstarent. Dyn.VI

Lucius etiam *Sclavos* et *Turcas* bello oppugnatos subjugavit, † ideóque *Autocrator*, i.e. Omnia possidens, cognominatus est. Annis autem novem exactis mortuus est, et in locum ipsius suffectus *Commodus* ipsius filius, qui strangulatus interiit. p. 125

Sectio.

Hoc tempore prodiit quidam nomine *Tatianus*, qui dixit plures reperiri mundos instar nostri hujus; et matrimonium omne stuprum esse et malum, et post mortem edi, bibi, et venerem exerceri. *Tatianus hæreticus.*

Sectio.

Prodiit etiam in regione *Asiæ Montanus*, qui asseruit se Paracletum esse, quem promisit *Christus* missurum se in mundum. Montanus.

Sectio.

Prodiit etiam quidam *Ebn Disan* appellatus, quòd natus esset juxta fluvium *Disan*, supra urbem *Roham*: hic Solem patrem, Lunam matrem vitæ appellavit, dixitque initio cujusvis mensis Matrem vitæ, exuto lumine, quod vestis ipsius est, ad Patrem vitæ ingredientem cum eo congredi, pluresque parere filios, qui incremento et augmentatione mundum inferiorem continuent. Ebn Disan.

Pertinax Cæsar. Imperavit sex menses, et per insidias loco confessus sui occisus est.

Severianus Cæsar. Annos octodecim imperavit. Anno imperii ipsius primo oborta est contentio magna inter *Judæos* et *Samaritanos*; et commissum prælium quo ex utroque exercitu occiderunt multi. Ab anno imperii sui nono usque ad finem vitæ *Christianos* graviter persecutus est, et ad colenda Idola† eorumque sacrificia comedenda compulit; deinde in oppugnandis *Sclavis* occisus est. Severus. *Contentio inter Judæos & Samaritanos.* p. 126.

Antoninus Cæsar. Imperavit annos septem. Hic à *Christianis* persecutiones abstulit, et in *Mesopotamiâ* bellum gerens inter *Roham* et *Haranum* occisus est.

Macarius Cæsar. Annum unum imperavit. Eo imperante grave incendium *Romæ* contigit. Adorti eum servi ipsius trucidârunt. Macrinus.

Antoninus Cæsar Alyugali [*Heliogabalus*] cognominatus. Imperavit annos quatuor. Eo imperante condita est urbs *Nicopolis*, ea Nicopolis *condita.*

quæ

Dy. VII. quæ in libris sacris *Emmaus* dicitur; ei extruendæ præfuit *Africanus* Chronologus.

Alexander Cæsar. Tredecim annos imperavit. Matri ejus nomen *Mamæa*, hæc cùm in *Christum* crederet magno credentibus adjumento fuit. Anno hujus *Cæsaris* tertio, qui annus fuit *Alexandri* quingentesimus quadragesimus secundus, incepit regnum *Persarum* ultimum, quod *Sasanidarum* audit, duravitque quadringentos et octodecim annos, viz. usque ad ortum et regnum *Islamismi*.

Sasanidæ Persarum *Reges.*

Maximinus.

Maximianus Cæsar. Annos tres imperavit. Persecutus est *Christianos*, *Sergiumq;* et *Bacchum* Martyres interemit, necnon *Cyprianum* Episcopum cum multitudine credentium.

p. 127. †*Gudrianus Cæsar.* Annos sex imperavit. Regionem *Persidem* bello invadens, ibi occisus est. Hoc tempore composuit *Africanus* Chronologus libros multos de temporibus & rebus gestis Regum & Philosophorum.

Gordianus. Africanus *Chronologus.*

Philippus Cæsar. Annos septem imperavit: Benè *Christianis* fecit, & ad credentium consortium admitti desideravit: dixit autem ipsi Episcopus, Non licet tibi Ecclesiam ingredi, donec à vetitis abstinueris, & unâ uxore, ex iis quæ tibi propinquitate conjunctæ non sunt, contentus fueris. Solebat autē tempore precum accedens extra Ecclesiam stare, cum illis qui religioni initiabantur, nec adhuc de eâ loquerentur. Anno primo imperii hujus *Cæsaris* regnavit in *Persidè Sapor* filius *Ardshiri*, [qui regnavit] annos triginta unum. Anno tertio prodierunt Hæretici quidam, qui dicerent, Si quis linguâ suâ fidem abneget, modò corde fidem retineat, infidelem non esse. Hoc etiam tempore originem habuerunt instituta Monachorum, authothoribus *Antonio* & *Paulo Ægyptiis*, qui primi vestibus uti laneis et in Eremum secedere docuerunt.

Sapores *R. Pers.*

Decius Cæsar. Annum unum imperavit, et præ odio suo in *Philippum*, qui *Christianis* benè fecerat, illis inimicus extitit, graviterque ipsos afflixit, adeo ut fidem abnegarent ex credentibus multi, donec ipso interfecto pœnitentiam agerent. Novatus autem Presbyter ipsorum pœnitentiam non admisit, dicens, Nullam esse propitiationem illi qui post Baptismum peccaret: quem cùm multùm admonuissent Patres, rogâssentque ut ad sententiam plurium rediret,

Persecutio Decii.

Novatus.

p. 128. † nec ille auscultaret; congregati adversus ipsum sexaginta Episcopi

Eccle-

Ecclesia ejecerunt, falsâ ipsius doctrinâ damnatâ. Porrò tempore Decii fuerunt septem pueri speluncæ socii, qui ipsum fugientes se in speluncam supra specum abdiderunt; quod cum illi nunciatum esset, obstrui super ipsos jussit os speluncæ; Deus autem ipsis soporem immisit, donec à somno suo expergiscerentur. Dy. VII. Septem dormientes.

Gallus Cæsar. Hic in imperii consortium accepit quendam nomine **Lucianum*. Imperaverunt annos duos, deinde in platea quadam urbis *Romæ* quæ *Flaminia* appellatur, interfecti sunt. Hoc tempore prodiit in urbe *Byzantio* presbyter quidam nomine *Sabellius*, qui dixit tres Personas esse, Existentiam, Sapientiam, & Vitam; nec esse significatus superadditos essentiæ Dei, verùm attributa respectiva: nec esse quod eorum quopiam nominetur ad extra, cum Creator Excelsus existat non per existentiam, sapiens sit non per sapientiam, vivat, non per vitam. Dico hanc ipsissimam esse *Empedoclis* sententiam de Attributis, quam receperunt nonnulli ex doctis *Mohammedanorum*, quæ est negatio Attributorum. * Volusianum. Sabellius hæret.

Aularianus Cæsar. Annos novem imperavit. Christianos persecutus est, valdéque oppressit: deinde illi bellum inferens *Sapores Babeci* fil. **Ægypti* Rex, in vincula ipsum in castris conjecit, & *Babelem* deductum ibi incarceravit, succedente ipsi filio *Gallo*. Valerianus. * al. Persiæ & Ægypti.

† *Gallus Cæsar* secundus. Annos sex imperavit, & persecutionem à Christianis amovit, pœnis quæ Patri ipsius acciderant territus. Hoc tempore ex Hæreticis prodiit *Paulus Samosatenus*, qui dixit omnia Dei effecta spontanea esse, nec esse ipsi omnino effectum aliquod essentiale, ideoque nec gignere nec gigni; ac proinde *Christum* non esse Verbum Dei, neque ex Virgine natum, uti præ se fert [*Christianorum*] doctrina, verùm studio perfectionem consecutum: & si quis eandem exercuerit disciplinam, eundem gradum assecuturum. Refert *Eusebius* Chronologus *Paulum* hunc adjutum fuisse à *Judaissa* quadam, quam *Gallus Cæsar Syriæ* præfecerat, quæ scientiam & sententiam ipsius probans in ipsum Patriarchatum *Antiochiæ* contulit: ubi cathedræ excelsæ insidebat pueris formâ præstantibus coram ipso *Psalmos Davidicos* canentibus, quibuscum stupri commissi suspectus est. Congregati igitur contra ipsum Episcopi quidam, ipsum cum asseclis anathemate percusserunt. p. 129. Galienus. Paulus Samosatenus.

Dyn.VII *Claudius Cæsar*. Imperavit annos duos. Anno imperii ipsius primo apparuit in cœlo signum coronæ aureæ.

Aurelianus Cæsar. Sex annos imperavit. Pacem iniit cum *Sapore Persarum* Rege, eique filiam suam nuptum dedit, cui extruxit *Sapores* in *Perside* urbem *Byzantio* similem, quam *Jondisabur* appellavit. Misit autem *Aurelianus* qui inservirent filiæ suæ, Medicos *Græcos* quosdam, atque illi † Medicinam *Hippocraticam* in Oriente docuerunt. Anno sexto *Aurelianus*, in animo habuit *Christianos* opprimere; quod dum meditabatur fulgure occæcatus interiit. Hoc anno regnum in *Perside* obtinuit *Ormisdas* ad annum unum.

Medicina Hippocratica in Orientem propagata. p.130.

Sectio.

Hoc tempore innotuit *Manes Althanawi*, i.e. duorum Deorum assertor. Hic primo *Christianismum* præ se tulit, & sacerdos factus est *Ehwazi*, docuítque, & interpretatus est libros [*sacros*,] & cum *Judæis*, *Magis*, & *Ethnicis* disputavit: deinde à fide desciscens seipsum *Messiam* nominavit, & duodecim discipulos sibi adscitos in omnes Orientis Regiones *Indiam* usque & *Sinam* misit, qui in ipsis doctrinam *Thanawiorum* seminarunt; sc. Duos esse mundo Deos alterum Bonum, qui est origo lucis; alterum Malum qui tenebrarum origo, atque his contendentibus Bonum victoria in Malum potitum. Malum ergo in partem Australem recessisse, quò ibi mundum sibi conderet, cui dominaretur: quod cum facere cœpisset, ibique *Benat Naash* [i.e. Arcturi signum] circa polum Australem fabricâsset, huic quod circa polum Borealem est simile, pacem inter ipsos fecisse Angelos, ea conditione ut projiceret Bonus luminis sui aliquid in Materiam, unde extitit Mundus generationi & corruptioni obnoxius, cui dominatus est malus. Quod autem Bonus hoc coactus atque invitus fecisset, ideo ipsum in cœlis duas Naves grandes creâsse, viz. Solem & Lunam, in quibus animas hominum reposuit, & portionem suam, quæ Malo obtigit, paulatim repetere, ut materia p.131 sensim omni vestigio boni privetur, & cesset imperium † Mali. Asseruit idem Metempsychôsin, atque inesse cuivis rei spiritum qui aliunde transmigraverit. Modum etiam excedebat in laudando igne, ejúsque virtute celebranda, eumque qui sanctus prædicetur & divinis elogiis ornetur dignum esse; atque hæc omnia luminis ipsius & splendoris gratiâ, et quòd medium occupet locum inter [corpora]

Manes hæreticus.

sphærica,

sphærica et ex elementis composita: terram autem quæ vili pendatur dignam esse autumavit, quòd tenebrosa sit, nec illuminetur ipsius medium vel actu vel potentia. Hæc autem sententia antiquitus *Persarum* fuit, nec eam *Manes* primus in mediū protulit, sed argumentis probabilibus confirmavit. Optime autē hac in re respondit Doctor Princeps *Abu Ali Ebn Sina*, dicens, Quomodo fieri potest ut in igne reperiatur quicquid in bonum, & in terra quicquid in malum cedit? Siquidem terra illud est cui debetur duratio et vita, animantium et plantarum; ignis autem, qualitatibus suis justum temperamentum excedens, corrumpit et dissipat partes compositi. Fertur *Saporem Persarum* Regem *Manetis* interfecti pellem detractam stramine suffersisse, ipsúmque super mœnibus urbis patibulo affixisse; quòd cum magna de se prædicaret, filium ejus à morbo quod ipsi contigit sanare non potuit.

Dy. VII.

Ab Ebn Sina refutatus.

Tacitus Cæsar. Imperavit sex menses, et in navi interfectus est. Regnavit in *Perside Hormisdas*.

Filorianus Cæsar. Imperavit duos menses, et occisus est urbe *Tarso*. *Florianus.*

† *Probus Cæsar*. Imperavit annos septem. Anno imperii ipsius primo regnare in *Persia* [cœpit] *Warbaran*, qui tres annos [regnavit,] & post ipsum *Warbaran* filius ipsius septendecim annos. Deinde occisus est *Probus Cæsar* in prælio, in urbe *Sarmin* [*Sirmio*.] p. 132

Carus Cæsar. Imperavit annos duos. Mortuus est in *Mesopotamia*; occisúsque est filius ipsius *Numerianus* in conflictu in *Africa*, atque alter ipsius filius *Kurinus* [*Carinus*] in pugna cum *Jarmakiis*, qui è *Mausela* incolis sunt, origine *Persæ*. Anno secundo imperii *Cari* interfecti sunt *Kozma* & *Damianus* Martyres.

Cosma & Damianus Martyres.

Diocletianus Cæsar. Annos viginti imperavit. Sibi in imperii consortium tres alios adscivit, *Maxentium* filium qui *Romæ* præsideret, *Constantinum* qui *Byzantii*, & *Maximianum Diocletiani* socerum, qui in *Ægypto* & *Syria*. Hoc tempore cum rebellarent *Ægyptii*, misit adversus ipsos *Diocletianus* copias quæ ipsos perdiderunt. Anno ipsius decimo regnavit in *Persia Narses* [qui] septem annos [regnavit,] & post ipsum *Hormizdas* quinque annos. Anno decimo nono dirui jussit Ecclesias *Christianorum*, quæ omnes dirutæ sunt: valdéque eos affligens quamplurimos eorum occidit, librósque ipsorum combussit. Porrò hoc anno fames gravis contigit, adeò ut

Maxentius, Constantinus, & Maximianus.

Narses R. Persæ.

Christiani persequitur Diocletianus.

 tritici

Dy.VII. tritici modius (qui est *Kophaiz* † *Damascenus*) bis mille quingentis drachmis væniret. Deinde *Diocletianus* deposito imperio se usque ad obitum suum vulgo hominum associavit. Idem etiam fecit *Maximianus* socer ipsius, imperium retinentibus *Maxentio* & *Constantino*. Porrò ab anno primo imperii *Diocletiani*, qui est *Alexandri* quingentesimus nonagesimus quintus, initium habuit Æra *Diocletiani*; quâ annos supputant *Cophtitæ*, eámque vocant æram Martyrum, viz. eorum qui hoc anno martyrium subierunt.

p.133.

Imperio se abdicat, ut & *Maximianus*.

Æra Martyrum.

Sectio.

Sub imperio *Diocletiani* istius celebris fuit scientiâ Philosophiæ *Porphyrius Syrus*, cujus [peritia] eminuit & præcelluit: cúmque difficilis esset amico cuidam ipsius, nomine *Chrysaorio*, intellectus verborum *Aristotelis*, eâque de re apud ipsum questus esset, Verba (inquit) Philosophi procemio opus habent, quibus intelligendis impares sunt nostri temporis studiosi præ ingeniorum suorum hebetudine. Orsus est ergò compositionem libri Isagoges, quæ introductionem significat, qui ab ipso acceptus conjunctus est cum libris *Aristotelis*, & pro eorum exordio habitus, & cursum solis æquavit usque in hunc diem. Ex iis autem quæ composuit, est hic liber, nec non liber Introductionis ad Syllogismos topicos, duóque libri ad quendam nomine *Libanium*, & liber Responsionis ad *Lemachium* de intellectu & intelligibili, novem tractatibus constans, qui Syriacè extat; & liber Historiæ Philosophorum, cujus † tractatus quartus extat Syriacè; & liber Elementorum, uno tractatu, qui etiam Syriacè extat.

Porphyrius.

ejus opera.

p.134.

Constantius *Constantinus Cæsar* senior. Annos duodecim alios imperavit, ab excessu *Diocletiani*. Lepra autem affectus cũ esset suaserunt ei Idolorum æditui, ut infantibus qui in urbe erant occisis eorum sanguine lavaretur, hoc pacto à morbo sanatum iri. Comprehendit ergò infantes multos eos occisurus, at cum magnus in urbe luctus obortus esset, ab eorum cæde abstinuit. Eâ autem nocte in somnio vidit *Petrum* & *Paulum* qui ei dicerent, Mittens ad *Sylvestrum* Episcopum *Romanum* ipsum adducendum cura, qui morbum tuum sanabit. Mane igitur facto ipsum accersitum misit, qui adductus Imperatorẽ instituit ipsíque mysteria Christianismi aperuit, et pro eo preces fudit. Baptizatus ergò est, abiítque morbus ipsius. Tum restaurari jussit Ecclesias Christianorum dirutas; fidei nihilominus haud firmitèr adhæsit.

Sylvester Episcopus *Romanus.*

Constantinus

Constantinus Cæsar Victor. Imperavit annos triginta duos. Anno ipsius secundo regnavit in *Persas Sapores Hormizdæ* filius [qui]annos sexaginta novem [imperavit.] Anno tertio imperii sui *Byzantium* muris cingi jussit, ejusque magnitudine quatuor milliaribus aucta ipsam *Constantinopolim* appellavit, eóque imperium transtulit. Anno septimo ad bellum inferendum *Maxentio Diocletiani* nepoti se accinxit, quòd rebellaret, nec ei fidem præstare vellet, *Romámque* occupâsset. Dum autem animo volveret cuinam Deorum res suas hoc in bello committeret,†huic cogitationi intentus in ipso meridie caput cœlum versus attollens vidit vexillum crucis, lucis instar, cui inscriptum erat, *In hoc signo vinces*. Crucem ergò ex auro conflavit, quam in præliis suis hastæ summitati [impositum] sustulit. Deinde cum *Romam* bello aggrederetur, prodiit contra ipsum *Maxentius*, qui in flumen incidens suffocatus est, urbémque cepit *Constantinus*. Hoc tempore *Romæ* baptizati sunt è *Judæis* & Idololatris ultra duodecim hominum millia, præter mulieres & pueros. Postæc etiam *Helena* mater ipsius *Christianismum* amplexa baptizata est, & religionis ergô *Hierosolymam* profecta, crucem *Christi* summâ cum diligentiâ quæsivit, ibidémque Ecclesias *Christo* sacras extrui jussit. Crucem autem acceptam *Constantinopolim* attulit. Nec destitit Religio *Christiana* se exerere & prævalescere, donec eam amplecterentur pleræq; earum quæ *Romanis* vicinæ erant gentes,è *Jallakiis*,*Sclavis*, *Borgianis*, *Russis*, *Polonis*, *Armenis*,& *Georgiis*, nec non quotquot *Ægyptum* incolebant *Cophtitæ*, aliique, & Nigritæ omnigeni, ex *Æthiopibus*, *Nubiis*,cæterisque; post quos etiam crediderunt varia *Turcarum* genera. Porrò, extruxit *Constantinus* Templum magnum *Constantinopoli*, quod *Agia Sophia*, i. e. Sapientiam Sanctam nominavit, nec non alterum nomine Apostolorum: Templum etiam in urbe *Baal-Bec*, cujus incolæ uxores habebant communes,adeo ut † nemini de stirpe sua constaret; â quo[facto] ipso prohibente abstinuerunt. Struxit etiam *Antiochiæ* templum *Octogonum*, nomine B. Virginis. Eo tempore *Sapores Persarum* Rex cum urbem *Nisibin* triginta dies obsedisset, precibus S. *Jacobi* Episcopi ipsius, et S. *Ephraimi* ejusdem discipuli irrito conatu ab ea recessit, et inter redeundū *Mesopotamiam* hostiliter vastavit. Accinxit se igitur *Constantinus* ad bellum ei inferendum, at cum *Nicomediam* pervenisset, morte occupatus est, anno

Dy. VII.

Sapores R. Persia.

Constantinopolis.

Maxentius.

p. 135.

Helena.

Christianismus viget.

BaalBec.

p. 136.

Nisibis à Sapore obsessa, ac precibus liberata.

Constantinus moritur.

Dyn. VII anno *Alexandri* sexcentesimo quadragesimo secundo, die Dominico, ante finitum *Aiyar* octavo, annos natus sexaginta quinque. Interea dum morbo detineretur imperium suum tribus filiis suis divisit: natu maximum, ipsi cognomine *Constantinum*, *Constantinopoli* præficiens; alterum nomine *Constantium*, *Ægypto*, *Syriæ*, *Mesopotamiæ*, & *Armeniæ*, minimum *Constantem Romæ* & *Hispaniæ*, iisque quæ interjacent ad partem Occidentalem.

Constantinus moritur, imperio inter filios diviso.

Sectio.

Arius hæreticus.

Hoc tempore exorsus est *Arius Hæreticus*. Hic cum Presbyter & Ecclesiastes esset *Alexandriæ*, die quodam quo convenirent homines ascenso, uti solebat, suggesto ad concionandum, concionem suam orsus à verbis *Salomonis* f. *Davidis* ubi dicit, Dominus creavit me initio dierum suorum; sæpius cœpit repetere, ipsum hoc dicto Verbum Dei indigitare, esséq; ipsum creatū, substantiâ ab essentia Dei distinctum: innui scil. eo intellectum, qui est effectum primum, idémque primum
p. 137. eorum quæ creavit Deus. † Imperator igitur literas ad omnes [ubique] Episcopos scripsit, Nihil (inquiens) mihi potius est, neque in oculis meis pulchrius timore Dei, ejusque observantia; visum est ergò mihi ut ad urbem *Niciam* fine mora accedere statuatis, ut de re ad religionem spectante, cujus veritatem asserere necesse est, inquiratis. Congregati ergo Episcopi trecenti-octodecim illud viderunt ob quod *Arium* excommunicarunt, ipsum religionis [*Christianæ*] fundamento contradicere reperientes; & sententiâ ipsius reprobatâ, [symbolum] fidei celebre [illud] composuerunt, cujus veritatem subscribunt omnes Christianorum sectæ in hunc usque diem. Fuit autem eorum concilium anno sexcentesimo tricesimo sexto *Alexandri*. Interfuit huic concilio Episcopus quidam, qui Novati sententiam amplexus est: cui Imperator, Quare, inquit, plurium sententiæ non annuis, de recipiendis iis qui peccata sua deserentes ad Deum conversi fuerint? Respondente Episcopo, Non superesse propitiationem illi, à quo peccatum aliquod grave commissum fuerit post fidem & baptismum; testimonio dicti *Pauli* Apostoli, ubi affirmat, *Fieri non posse ut qui gustaverint verbum Dei, si se peccato polluerint, resipiscentiâ denuo mundentur*: dixit Imperator, illum subsannans, si res ita se habuerit, ut tu autumas, scalam tibi erigas qua solus in cœlum ascendas. Assurgentibus etiam Episcopis quibusdam qui libellum

Concilium Nicænum.

Heb. 6. 4, 5, 6.

Imperatori

Imperatori offerrent; in quo accusatio contra Episcopos quosdam instituebatur, Imperator illo perlecto comburi jussit; dicens, Si in Sacerdotum aliquo culpam invenero, purpura meâ ipsam ob, texero. Dy. VII.

† *Constantinus*, *Constantius*, & *Constans*. Imperârunt annos triginta quinque. Tum *Constantinus Nicomediam* profectus corpus Patris acceptum condivit, atque arcæ aureæ inclusum *Constantinopolim* advexit, ubi ipsum in Templo Apostolorum posuit. Hoc anno ascendit *Sapores Persarum* Rex oppugnatum *Nisibin*, audito mortuum esse *Constantinum* victorem; at cum ipsam triginta dies obsedisset ab ipsa re infectâ in regnum suum rediit, quod factum precibus Sancti *Mar Ephraim*: Deus enim precibus ipsius annuens in exercitum *Persarum* cimices & culices misit, qui *Elephantos* & equos eorum in fugam dederunt. Deinde *Sapores Christianos* qui in ipsius potestate fuerunt graviter persecutus est. p. 138.

Sapores à Nisibi S. Ephraimi precibus secundò pulsus, Christianos persequitur.

Hoc anno obiit S. *Jacobus* Episcopus Nisibensis in ejus locum suffecto *Babawaibo*. Eodem tempore celebris fuit sapiens *Persa*, qui libros multos composuit ad confirmandum religionem *Christianam*, & infirmandas opiniones Magorum. Anno sexto imperii istorum acciderunt *Antiochiæ* tremores, & Terræ-motus multi, nec desiit contremere terra integro [fere] anno: ita tamen ut nihil perierit. Deinde *Constantinus*, *Constantinopolis* Dominus, frater natu maximus, occidit in prælio quod commissum est inter ipsum & fratrem ipsius minorem, *Constantem Romæ* Dominum, duobus relictis filiis *Gallo* & *Juliano*. Tum *Constantius* fratrum medius, *Ægypti* & *Syriæ* Dominus, *Gallum* imperatorem † *Constantinopolitanum* loco patris sui constituit: qui cum in Patruum suum rebellaret, ille misso adversus ipsum exercitu ipsum interemit, fratre *Juliano* in locum ipsius suffecto. Nec multo post occisus est *Constans Romæ* Dominus, mortuúsque est etiam *Constantius Ægypti* & *Syriæ* Dominus; & universas ditiones occupavit *Julianus* solus.

Persa pro Christiana relig. in Magos scribit.

Terræ motus Antiochiæ.

Gallus.

p. 139.

Julianus.

Julianus Cæsar. Imperavit annos duos post mortem patruorum suorum. Appellatus est *Parabates*, i. é. transgressor, quòd *Christianismi* jugo cervice suâ excusso Idola coluerit: quo factum, ut *Ethnicis* in *Christianos* insilientibus, magna inter ipsos contentio acciderit *Alexandriæ*, occiderintque ex utraque parte quamplurimi. Deinde

Dy. VII. *Julianus* vetuit *Christianos* quibusvis Philosophorum libris operam dare: vasáque Ecclesiarum & Monasteriorum surripuit; & *Christianos* qui ipsi in comedendis Idolorum sacrificiis morem gerere noluerunt facultatibus spoliavit, multósque ex ipsis perdidit. Tum bellum *Persis* inferre statuens ad *Apollonium* sciolum, Idoli sacrificulum, accessit, ut ab ipso edisceret num prospere successurum esset illi bellum, necne: qui cum ipsi responderet, victurum ipsum hostes ad fluvium *Tigrim*, eo elatus est atque exultavit valdè *Julianus*; collectísque copiis in *Persas* profectus est. At ubi *Harranum* pervenerat, cum eâ egressurus caput flecteret, Deos *Harranensium* adorans, decidit

Christianis infensus.

p.140. capite ipsius diadema, lapsúsque est qui † illi suberat equus. Dixit igitur ipsi Idolorum sacrificulus, *Christiani* qui tecum sunt horum tibi infortuniorum causa sunt; eo ipso die igitur ultra viginti virorum millia ex ipsis removit, perrexitque donec *AlMadayen* perveniret: ubi inito inter ipsum & *Persas* prælio, dum inter militum suorum ordines circumiret, eos ad pugnam incitans, *Persa* quidam sagittâ ipsum percussit, quæ latus ipsius trajecit, adeo ut equo decideret. Interea autem dum cruciaretur, ecce quantum manibus capere potuit de sanguine suo prehensum in aëre cœlum versus spargens, Vicisti me (inquit) ô fili *Mariæ*; hæreditare ergò una cum regno cœli, regnum etiam terræ. Et in urbem *Tarsum* delatus, ibi sepultus est.

impiè moritur.

Sectio.

Themistius. Fuit *Juliano* isti *Scriba* nomine *Themistius*, Philosophus seculo suo celebris, qui multos *Aristotelis* libros enarravit; librúmque *Juliano* composuit de regimine & gubernatione regnorum, nec non Epistolam quæ abstinendum probat à persecutione *Christianorum*; in qua ait Deo omnipotenti gratum esse, ut diversimodè colatur, esséque Philosophos divisos in trecentas sectas: persuaserúntque ipsi verba ejus ut à noxam iis inferendo abstineret, adeo ut [ab eo] desisteret. E Philosophis etiam qui prope hæc tempora floruerunt, fuit *Nicolaus* Philosophiæ scientia præcellens. E libris ab ipso compositis est liber de summa Philosophiæ *Aristotelicæ*, cujus apud nos est exemplar *Syriacum* ex versione *Honain Ebn* † *Isaac*; nec non

Nicolaus Philosophus.

p.141: liber de Plantis, et liber Responsionis ad illos qui rem unam esse statuunt intellectum et intelligibilia. Inquit *Ebn Batlan*, *Laodiceam*

habuit

habuit patriam, atque in ea natus est. Ex iis etiam *Dorotheus* Mathematicus, scientiæ Sphæricæ, & judiciorum Astrologicorum peritiâ insignis: libri ipsius hoc in genere doctis noti, sunt de Nativitatibus, & Circulis. Ex iis etiam *Diophantes*; cujus liber A, B, quem Algebram vocat, celebris est, in quem si immiserit se Lector, Oceanum hoc in genere reperiet. Dy. VII. Dorotheus Marbe- mat. Diophantes.

Jovinianus Cæsar. Occiso *Juliano* Apostatâ mansit exercitus *Romanorum* Imperatore destitutus; elegerunt ergo exercitûs ipsius præfectum *Jovinianum*, fidelem, consilio *Saporis* Regis Persarum. Ille autem recusavit, dicens, Ego *Christianus* sum, nolo imperare Idololatris: indicârunt igitur illi se etiam *Christianos* esse, licèt metu Apostatæ religionem suam dissimulâssent. Prolatâ ergò è Gazophylacio cruce, eam ipsis vexillum in castris statuit. Factâque inter ipsos & *Persas* pace, deduxit ipsum *Sapores Nisibin*; cui ipsam dono dedit, translatis qui in eâ erant *Romanis Amidam*: atque ex eo tempore *Nisibis Persis* cessit. Deinde mortuus est *Jovinianus*, cùm anno uno imperâsset. Jovianus. Persis cedit Nisibis.

Valentianus Cæsar. Annos octodecim imperavit, & fratrem suum *Valentem* Orienti præfecit. Prodiit autem contra *Valentem Constantinopoli* rebellis quidam nomine *Procrinus*, cujus in potestatem redacti pedes duabus arboribus propriùs admotis alligari jussit, inter quas discerptus est. Porro cecidit *Constantinopoli* grando lapillorum instar, acciderúntque tremores, & terræ motus, & hiatus pluribus locis; absorpta est etiam urbs *Nicia.* Prodierunt tunc quidam *Mosalliani* appellati, qui dixerunt, siquis, qui duodecim annos oraverit & jejunaverit, jusserit montem de loco suo transferri, illum translatum iri, uti in Evangelio sancto habetur. Cúmque hoc spatio cultui se dedisset eorũ aliquis, ac prodiens diceret monti, Te jubeo loco tuo transferas; si non transferretur, acceptum iri cultum suum desperans, iterum edebat & bibebat & turpia patrabat. Anno *Valentiani* decimo tertio, ipse legem transgressus mulierẽ quandam formâ præstantem duxit, vivâ adhuc conjuge suâ legitimâ; permisitque viris binas uxores (si vellent) ducere: eodem anno mortuus est. Valentinianus. Procrinus, Procopius rebellis discerptus. p. 142 Mosalliani Hæretici. Bigamia à Valentiniano permissa.

Valens Cæsar. Mortuo fratre solus imperium tenuit. Expeditionem in *Persas* paravit, dúmque illis bellum inferret, in vicum quendam vicinum cum quibusdam è comitibus suis secessit; cùm

Dy. VII. autem hostibus nunciatum esset ibi ipsum esse, vicum cingentes ignem in ipsum conjecerunt, quo crematus est *Valens*, unà cum sociis suis qui cum ipso erant, postquam imperâsset † duobus post fratrem suum annis.
p. 143.

Gratianus Cæsar, qui filius *Valentiani* fuit. Imperavit annum unum. Hoc anno mortuus est *Sapores Persarum* Rex, postquam septuaginta annos regnasset; post quem regnavit *Ardshir* frater ipsius quatuor annos. Porro *Gratianus* sibi in imperii consortium quendam nomine *Theodosium* assumpsit. Hic, cùm Ethnicus fuisset, in *Christum* credidit & baptizatus est. Mortuúsque est *Gratianus*.

Sapores moritur. Ardshir.

Theodosius Cæsar Magnus. Annos septendecim imperavit, jussitque unumquémque religioni suæ adhærere. Anno quinto prodiit *Romæ* rebellis quidam nomine *Maximus*, qui à copiis à *Theodosio* contra ipsum missis, occisus est. Anno sexto natus est ipsi filius, cui nomen *Honorium* indidit. Eodem anno apparuit in cœlo signum columnæ igneæ, quæ ad mensem duravit: indè contigerunt tenebræ crassæ in ipso meridie, mense *Adar*. Deinde morbo correptus *Theodosius* misit accersitum *Honorium* filium suum, eúmque inauguratum in Occidentem misit. *Arcadium* etiam filium suum alterum inauguratum in Orientem misit: mortuúsque est annos natus sexaginta.

Maximus. Honorius.

Arcadius Cæsar. Imperavit annos tredecim. Hoc anno creatus est *Johannes Chrysostomus* Patriarcha *Constantinopolitanus*, et Evangelia interpretatus est, annos natus viginti octo. † Hic Sacerdotes à multis rebus illicitis cohibuit, quam ob rem ipsi invidentes occasionem contra ipsum quærebant. Prohibuit etiam Imperatricem *Eudoxiam Arcadii* conjugem vineam viduæ cujusdã eripere, & quòd non auscultaret, in eam concione quâdã suâ invectus, ipsam *Jezebeli Ababi* Regis *Juda* uxori assimilavit, quæ etiam vineam viduæ eripuit. Illa ergo die quodam profecta, assumpsit secum viginti novem Episcopos, ex iis qui *Johanni Chrysostomo* inimici erant, qui in urbe *Chalcedone* congregati ipsum excommunicatum de gradu dejecerunt; hoc prætextu quod non cessaret legere scripta *Origenis* Hæretici. Ob quod commoti populus *Constantinopolitanus* Palatium Imperatoris incendere statuerunt. Metuens igitur illos Imperator, misit ad Johannem *Chrysostomum*, ipsúmque dignitati suæ restituit. Ille autem

Johannes Chrysostomus. p. 144.

autem reversus statuam Imperatricis, quæ juxta Ecclesiam fuit, sustulit; ac die quodam concione habitâ, ipsam *Herodiadem* appellavit, viz. Reginam quæ *Johannem* Baptistam *Zachariæ* filium interfecit. Illa igitur graviter irata *Epiphanium* insulæ *Cypri* Episcopum, aliósque Episcopos accersitos *Constantinopoli* convocavit, qui ipsum denuo excommunicatum expulerunt. Factum est hoc anno *octavo *Arcadii*. Relegatus autem fuit in insulam quandam maris *Pontici*, ubi diem obiit annos natus quadraginta octo. Ortæque sunt lites inter *Romanos* & *Ægyptios* ob ossa *Johannis Chrysostomi*, donec ea, post triginta tres † annos à morte ipsius, allata *Constantinopoli* sepelirent, noménque ejus in librum vitæ referrent, unà cum reliquis Patribus sanctis. Anno quinto *Arcadii* in *Persas* regnavit *Yazdejird Saporis* filius annos viginti unum. Deinde mortuus est *Arcadius* annos natus triginta, relicto filio *Theodosio* octenni.

Dy. VII.

*al. secundo.

p. 145.

Yazdejird R. Pers.

Theodosius Cæsar Junior. Annos quadraginta duos imperavit. Hoc tempore magnus fuit *Christianorum* numerus in regno *Persarum*, & valdè propagatus est *Christianismus* operâ *Maruthæ* Episcopi *Miyapharekinensis*, qui à *Theodosio* juniore ad *Persas* missus est. Deinde mortuo *Yazdejirdo Persarum* Rege regnavit post ipsum *Warharanes* ipsius filius, qui *Christianos* persecutus est. Commissúmque est inter *Romanos* & *Persas* prælium, in quo magna ex utraque parte hominum multitudo cæsi sunt, *Persæ* verò in fugam versi, & sublata est à *Christianis* persecutio. Porro anno *Theodosii* junioris decimo innotuit *Symeon Stylites Antiochiæ*, qui signa & miracula multa edidit. Fuerunt etiam hoc tempore è doctis *Cyrillus* Patriarcha *Alexandrinus*, & *Nestorius* Patriarcha *Constantinopolitanus*, qui asseruit unitatem voluntatis, absque unitate ipsius Verbi; ideóque de gradu dejectus est. Necnon *Mar Isaac*, discipulus *Mar Ephraimi*, sermonum rythmicorum autor. Atque hoc tempore experrecti sunt, † qui in spelunca dormierunt, à somno suo, in quem inciderunt tempore *Decii*, post annos ferè centum & quadraginta. Profectúsque est *Theodosius* Imp. unà cum Episcopis, Presbyteris, & Patriarchis, qui ipsos conspexerunt atque allocuti sunt: quibus reversis, mortui sunt illi eodē loco. Contigit hoc anno *Constantinopoli* terræ motus gravis, adeò ut extra urbem fugeret populus universus, corruerúntque eo loca multa. Anno *Theodosii* tricesimo tertio mortuus est *Warharanes*

Maruthas Episc. Miyapharekin.

Warharanes R. Pers. Christianos persequitur.

Symeon Stylites.

Cyrillus Alexand.

Nestorius.

Isaac Syrus.

p. 146.

Spelunca sorum i.e. septem dormientium.

Dyn.VII Yazdejird R.Perf. *Perſarum* Rex, regnavitque poſt ipſum *Yazdejerd* annos octo. Hoc tempore *Ibiba* Epiſcopus *Rohenſis* die quodam concionem habuit; in quâ dixit, Non invideo *Chriſto* Deitatem ſuam, ſiquidem in omni quod in ipſo fuit, ego illi ſimilis ſum. Excommunicatus igitur ſede ſuâ pulſus eſt. Porrò anno *Theodoſii* quadrageſimo primo repertum eſt caput *Johannis* Baptiſtæ *Hemeſæ*. Obiit autem *Theodoſius* annos natus quadraginta.

Ihiba Blaſphemus. Caput Joh. Baptiſtæ.

Marcianus Cæſar. Annos ſeptem imperavit: duxitque uxorem *Pulchriam Theodoſii* Junioris ſororem, quæ Monacha fuit; licitum ipſi matrimonium pronuntiantibus quibuſdam ex Epiſcopis hypocriticis, cùm antea ſtupri cum ipſo patrati ſuſpecta eſſet. Anno *Marciani* ſecundo convenerunt in urbe *Chalcedone* ſexcenti triginta Epiſcopi, qui *Dioſcorum* Patriarcham *Alexandrinum* excommunicârunt, adſtruentes duas naturas & perſonam † unam ſecundùm illud quod amplectuntur *Romani*, & *Franci*. Cùmque imperâſſet *Marcianus* ſeptem annos, mortuus eſt, annos habens ſexaginta quinque.

Pulcheria. Concilium Chalcedonenſe. Dioſcorus excommunicatus. †p.147.

Leo Cæſar. Annos octodecim imperavit. Sub initium imperii ipſius regnavit in *Perſas Phiruz Yazdejirdi* filius annos viginti ſeptẽ. Porro hoc anno quo imperium obtinuit *Leo*, qui annus eſt *Alexandri* octingenteſimus ſeptuageſimus nonus, contigit terræ motus ingens in urbe *Antiochia*, quo in terram ſubſiderunt loca multa. Anno ipſius nono defecit Sol adeò ut interdiu apparerent ſtellæ; ac elapſo anno contigit in Oriente fames gravis, & Locuſtarum copia: deinde poſt annum *Perſæ Amidam* aggreſſi, ipſam obſederunt, ac vaſtârunt. Cùm autem ægrotaret *Leo*, *Leontium* nepotem ſuum ex filia *Cæſarem* renuntiavit, annos natum ſex.

Phiruz R. Perſarum. *Terra motus Antiochiæ.* *Eclipſis Solis.* *Fames gravis.* *Locuſtæ.*

Leontius Cæſar. Imperavit annum unum; nempe quòd cùm puerulus eſſet, decepit ipſum mater ipſius, dicens ipſi, Cùm acceſſerit *Zeno* Pater tuus ad miniſterium exhibendum, oportet te ipſi honorem deferre, tecumque unà in ſolio collocare, diademate tuo capiti ipſius impoſito. Faciente igitur puero prout ipſi dixerat mater ipſius, ſedit unà cum ipſo in ſolio *Zeno*. Paucis autem elapſis diebus puer morbo contracto mortuus eſt, ſuſpectos habentibus hominibus parentes ipſius, illos ſc. ipſi mortem conciliâſſe, quò ſoli imperarent.

Zeno Cæſar. Annos quindecim imperavit. Sub finem dierum ipſius

ipsius, † rebelles facti *Samaritani Neapoli*, Regem sibi constituerunt, qui magnam *Christianorum* multitudinem trucidavit: contra quem copias expediens *Zeno* Rebellem *Samaritanum* occidit. Tum morbo correptus mortuus est *Zeno*, annos habens sexaginta unum. Dy. VII. p. 148. *Samaritani rebelles Christianos trucidant.*

Anastasius Cæsar. Annos viginti septem imperavit. Sub initium imperii sui multos è pueris ludo literario operam dantibus occidit, quòd ipsum subsannarent. Anno ipsius tertio condita est *Dara*, quæ supra *Nisibin* [sita.] Deinde voluit *Anastasius* in Ecclesia *usurpari illud quod dicunt in orationibus suis fideles, *Tu enim pro nobis crucifixus es.* Commoti ergo totus populus *Constantinopolitanus* lapides corripuerunt, quos in ipsum jacerent, quo ipsorum facto territus, & ab illis metuens, diademate de capite deposito, Ego (inquit) mandato vestro obsecuturus sum in quocunque volueritis. Cobibuit ergo se ab eo populus. Anno ipsius undecimo magna accidit in regionibus *Romanorum* fames, multæque apparuerunt locustæ, quæ totum ferè frumentum absumpserunt; de qua re composuit *Jacobus Sarujiensis* sermones. Hoc tempore innotuit *Severus* Patriarcha *Antiochenus*, qui libros multos composuit ad adstruendam scientiam de naturâ unâ è naturis duabus divinâ & humanâ, sine mixtione, confusione, aut corruptione; verùm ita ut eo modo quo fuerunt manerent; sicut natura hominis duabus naturis animæ et corporis constat, et corpus † duabus naturis materiæ et formæ; ita ut nec anima in corpus mutetur, nec materia in formam, vel è contrà. Dara condita. * al. extolli. *Fames gravis.* Jacobus Sarujiensis. Severus Patriarcha Antiochiæ. p. 149.

Justinianus Cæsar. Annos novem imperavit, ortu *Romanus* fuit. Hic Ecclesias omnes reconciliavit, omnésque à præcedentibus Imperatoribus pulsos restituit. Anno imperii ejus septimo pugnam commiserunt *Romani* et *Persæ* ad *Euphratis* ripam, submersíque sunt è *Romanis* multi. Hoc anno cecidit nix multa, et glacies, quæ arbores plerásque cum vineis perdidit. Anno sequenti pluviæ raræ erant, *exustæque sunt fruges, et defecit in fontibus aqua, secutusque est calor vehemens, et pestilentia gravis, quæ sex annos duravit. Eodem anno misit *Justinianus* *legatū ad *Mondarum Arabum* Regem, qui pacem cum ipso faceret; quòd ille *Romanis* bellum inferens vastaret et captivos abduceret. Litis autem inter *Arabes* et *Romanos* causa fuit, quòd *Justinianus* Imperator persequeretur Patres, qui unam naturam assererent, cùm *Arabes Christiani* tunc temporis non aliam Justinus. *Prælium cum Persis.* *al. pauca. *Pestis gravis.* *al. ex. quosdam. *Legatio ad R. Arabum Mondarum.* Arabes Christiani.

 quàm

Dy. VII. quàm *Jacobitarum* confessionem amplecterentur. Hoc tempore
Persæ Roham oppugnant. *Cosra Persarum* Rex urbem *Roham* oppugnavit, magnámque hominum multitudinem trucidavit. Apparuit etiam Cometa, qui qua-
Cometa. draginta noctes permansit. Anno imperii sui nono consortem sibi imperii fecit *Justinianum* juniorem, sororis suæ filium, et post tres menses mortuus est.

p.150 *Justinianus Cæsar* Junior. Annos triginta octo imperavit. †Hic omnes Episcopos *Severi* sectatores, qui unam naturam asserebant, *Constantinopolin* convenire jussit; ibíque congregatos multis admonuit, ut amplecterentur sententiam Concilii *Chalcedonensis*, quâ asserunt duas naturas & personam unam: cúmque dicto ipsius non au-
Solis deliquium mirum. scultarent, illos ad sedes suas remisit. Anno ipsius nono deliquium lucis passus est Sol, quod annum integrũ & duos ampliùs menses duravit, adeò ut parum admodum de luce ipsius appareret: dixerúntque homines Soli aliquid accidisse, quod nunquam ab eo re-
Locustæ, & alia portenta. cederet. Hoc anno apparuerunt Locustæ quamplurimæ per totam ferè terram: fuítque hyems valdè frigida nive multâ, & periit in ipsa magna hominum multitudo. Anno sequente apparuit in cœlo signum mirum, remissúsque est toto anno calor Solis, adeò ut in ipso non maturuerint fructus. Hoc tempore claruit *Sergius Rasainensis*
Sergius Philosophus. Philosophus, qui libros è lingua *Græca* in *Syriacam* transtulit, alióśque composuit; *Severi* sectam amplexus est. Anno *Justiniani* deci-
Antiochia à Persis expugnata, urbesq; alia. mo quarto, *Cosra Kobadis* filius *Antiochiam* aggressus ipsam expugnavit, ejúsque incolas captivos *Babelem* abduxit; ibíque urbem ipsis extruens *Antiochiam* nominavit, quæ nunc temporis *Al Mahuza* nova appellatur. *Apamiam* etiam & *Rakkam*, & *Daram*, & *Halebum* cepit; dum detenti essent *Romani Sclavis*, qui *Romæ* contermini erant. A quibus oppugnandis ubi cessâssent, in *Persas* reversi sunt,
p.151. durávitque † inter ipsos bellum duos annos. Porrò accidit in Orien-
Fames, & pestis boum in Oriente. te fames valida & pestilentia gravis in boves, adeò ut homines terras suas Asinorum & Camelorum [operâ] ararent. Anno vicesimo octavo *Justiniani* pacem inierunt *Romani* & *Persæ*. Anno tricesimo
Armeni festum Natalis & Epiphaniam simul celebrant. quinto [imperii] sui ad omnes [ubique] Episcopos scripsit, ut festum Natalis celebrarent vicesimo quinto *Canuni* prioris, & Epiphaniam sexto *Canuni* posterioris; dictóque ejus paruerunt, exceptis *Armenis*: illi siquidem morem priorem retinuerunt, quo utrúmque

festum

festum eodem die celebrant. Hoc tempore prodiit *Julianus*, qui asseruit corpus Christi increatum esse, substantiæ tenuis spiritualis; néque reverâ crucifixum aut mortuum fuisse, sed ea omnia Phantasmata fuisse: interea tamen unam naturam afferebat. Dy. VII *Julianus Haret.*

Justinianus Cæsar tertius. Annos tredecim imperavit: antecedentis ex sorore nepos fuit. Anno imperii ipsius secundo, apparuit in cœlo ignis flammans juxta polum Arcticum, qui annum integrum permansit; obtexeruntque tenebræ mundum ab horâ diei nonâ noctem usque, adeò ut nemo quicquam videret, deciditque ex aere quiddam † pulveri minuto & cineri simile: annóque ipsius tertio defecerunt pluviæ, factáque est hyems instar æstatis; accidítque terræ motus validus & pestilentia gravis. Anno ipsius quarto oppugnavit *Cosra Daram*, eámque sex mensibus obsessam cepit. *Justinianus* dum bello *Persis* inferendo se parat, in morbum incidit, quo cum perturbaretur ipsius intellectus, omissum est bellum: deinde adhibitis medicamentis sanatus, successorem designauit *Græcum* quendam nomine *Tiberium* è nobilibus suis, eúmque post se Imperatorem constituit. *Prodigia.* p. 152. *Terræ motus & pestis.*



Dynastia octava ab Imperatoribus *Francorum* ad Imperatores *Græcorum* Christianos translata. Dy.VIII.

A tempore *Augusti Cæsaris* donec imperaret *Tiberius Cæsar*, spatio circiter annorum sexcentorũ, fuerunt Imperatores *Constantinopolitani* Patricii,& præcipua exercitus pars *Romani*,i.e. *Franci*; extra quod Consiliarii, Scribæ, & populus, omnes *Græci* fuerunt; deinde regnum etiam *Græcanicum* factum est: cujus causa fuit, quòd *Justinianus* ultimus, cùm morbo gravi cruciaretur, & de vitâ desperaret, neminem è domesticis suis aut necessitudine conjunctis vidit,qui idoneus esset Imperio moderando, præter Consiliarium suum *Tiberium*,qui vir *Græcus* erat. Illum igitur *Cæsarem* renuntiavit, diademate ipsi in manus tradito: atque ab eo tempore †fuit Imperium *Constantinopolis Græcanicum*, donec ipsam recuperarent *Franci* anno *Alexandri* millesimo quingentesimo decimo quinto, *Hejra* sexcentesimo. Deinde temporibus nostris eam ceperunt *Græci*, anno *Alexandri*

Dyn.VII *xandri* millesimo quingentesimo sexagesimo octavo, qui *Hej'ra* est sexcentesimus quinquagesimus quintus.

Persæ Rasainum oppugnantes à Romanis vincuntur. *Tiberius Cæsar.* Annos quatuor imperavit. *Persis Rasainum* oppugnantibus contra ipsos misit *Tiberius* Patriciorum suorum præcipuum, nomine *Mauricium*, qui illis ibi occurrens ipsos fugavit. Deinde *Tiberius*, *Mauricio* cum copiis suis se adjungens, in *Persas* irruens eorum plus septuaginta millibus captivos abduxit, quos in insula *Cypro* collocavit. Contigit hoc anno terræ motus magnus. Terræ motus aliiq; casus. Cecidit etiam in æstate magna pluviæ copia, & grando vehemens, & obtenebratus est aer: apparuerúntque Locustæ multæ, quæ fruges omnes, vitésque, & olera depastæ sunt. Eo etiam accidit pestilentia gravis: Pestis gravis. repertíque quidam qui Idola colerent, interfecti sunt. Porro anno *Tiberii* quarto filiam suam *Mauricio* Duci suo summo nuptum dedit: Eumque testamenti sui curatorem, & in imperio successorem declarans, mortuus est.

Mauricius Cæsar. Annos viginti imperavit. Probæ fuit conversationis, in rebus administrandis mitis, *Eleemosynas* multùm exercens. Singulis annis pauperibus & egenis cibũ sexagies paravit, ipséq; cum

p. 154. uxore sua omisso imperio adsistens illis inservire, †cibumq; & potum porrigere solitus est. Pestilentia Constantinopoli. Anno *Mauricii* quarto accidit *Constantinopoli* pestilentia gravis, quâ perierunt ex incolis ejus ultra quadringenta hominum millia. Hormizda R. Persiæ luminibus privatus & occisus. Anno ejusdem octavo irruentes *Persæ* in *Hormizdam* Regem suum, ipsi oculos eruerunt, deinde interfecerunt, sibiq; Regem præfecerunt *Bahramum Marzabanum*, [i. e. Ducem.] Fuit autem *Hormizdæ* filius juvenis nomine *Cesra*, * idem qui *Anusherwan* *al. ex *fil.* Hormizdæ, *fil.* Anusherwani. Justus audit. Hic mendici personam indutus regnum *Persiæ* pertransiit, donec *Nisibin* perveniret, ac *Roham* abiit, indeque *Menbajum*; atq; ad *Mauritium* literas dedit, quarum hoc exemplar est: Cosroës ad Mauritium Epistola. "Patri beato, & Domino honorando *Mauritio Græcorum* Imperatori, à "*Cesra* filio *Hormizdæ*, ipsius filio, salutem. His præmissis, Imperatorem certiorem facio *Bahramum*, & qui cum eo sunt è servis patris "mei, mensuram suam ignorantes, atque obliti se servos esse, méque "ipsorum Dominum & beneficia patrum meorum erga ipsos negantes, in me conspirâsse meq; interficere voluisse; statui ergò ad tui "similem confugere, & bonitatis tuæ patrocinio me committere, "tibique me subjicere. Siquidem subjici Regi tui simili, etsi ho-

stis

"stis fuerit, leviusest quàm incidere in manus servorum rebellium: Dy.VIII.
" & ut moriar manu Regum melius, & minus probrosum, quàm ut
" manu servorum mihi inferatur mors. Ad te ergo confugi, fretus
" bonitate tuâ, sperânsque te mei similis miserturum, mihíque opem
" laturum copiis tuis, ut earum ope hosti bellum inferre valeam:
" futurúsque sum tibi filius obsequens, obediens, volente Deo ex- p. 155.
celso. † *Mauricius* perlectis *Cesræ* filii *Hormizdæ* literis, ipsius votis
annuere statuit, quod ad ipsum confugisset: ipsum ergò viginti [hominum] millibus instruxit, & quod ad nummos quadraginta auri talenta ipsi misit, scriptis ad ipsum literis, quarum hoc est exemplar.
" A *Mauricio* servo *Jesu Christi* ad *Cesram* Regem *Persarum*, filium & fratrem meum, salútem. His præmissis; Literas tuas perlegi, & intellexi quid in ipsis retulisti de facto servorum qui in te rebellârunt, quódque beneficia patrum & progenitorum tuorum vili penderint, & adversus te prodeuntes regno tuo te expulerint; subiítq; indè mihi illud quod me ad misericordiam erga te flexit, & ut opem tibi in eo quod postulas feram. Quod autē dixisti, Subalis Regis vel inimici patrocinium quærere, & ad ipsius umbram confugere satius esse, quā in manus servorū rebellium incidere, mortémq; manu Regum morte à servis illatâ potiorem esse, téque præstantiori conditione prælatâ à nobis hæc petiisse; dictis tuis fidem habemus, verba tua accepta habemus, spem tuam ratam facimus, votis annuimus, negotium tuum præstamus, conatum tuum laudamus, & pro bonâ tuâ de nobis opinione gratias agimus: misimúsque tibi quas petiisti copias & pecunias, téque mihi filium constituo, pater tibi futurus. Accipe ergo pecunias tibi indè benedictionem captans, copias etiam, & cum iis proficiscaris benedicente & auxiliante Domino: néque accidat tibi tædium aut impatientia, verùm accinge te adversus hostes, nec † officio tuo desis, quod de gradu p. 156.
" tuo descenderis, & dignitate tuâ depositus sis; siquidem spero Deum, victoriâ tibi in hostem concessâ, ipsum sub scabello pedum tuorum prostraturū, dolúmq; ejus in jugulum proprium conversurum, téque gradui tuo restiturum; * Deum Excelsum [hæc præstiturum] confisus. Cùm igitur ad *Cesram* pervenisset exercitus, et nummos accepisset, perlectísque *Mauricii* literis animos sumpsisset, cum *Romanorum* copiis adversus *Bahramum* profectus, ipsi inter *Ma-*

Mauricii responsum. (margin)

* al. Sic volueit Deus Excelsus. (margin)

 dayenam

 dayenam & *Wasetâ* occurrit; & *Bahramo* in fugam dato, comites ipsius omnes interfecit, ipsiúsque exercitus spoliandos dedit: atque ita in regnum suum reversus in ipso sedit, omnibus ipsi fidelitatem præstantibus. Convocatósque *Romanos*, ac præmiis largis affectos ad Dominum suum remisit; & *Mauricio* munerum & pecuniarum, duplo quantum ab eo acceperat, remisit: *Romanis* etiam *Daram* & *Miyapharekinum* restituit; duóque *Christianis* templa *Miyapharekini* exstruxit, alterum nomini B. Virginis, alterum nomini *Mar Sergii* Martyris dicatum. Anno *Mauricii* decimo sexto vehemens cecidit pluvia, quâ obrutæ sunt urbes quamplurimæ, unà cum incolis, jumentis & pecoribus. Quod autem *Mauricius* post initum cum *Persis* fœdus militum stipendia minuisset, *Romanorum* primarii in urbe *Heraclea* convenientes loco ejus Imperatorem constituere voluerunt *Petrum Mauricii* fratrem, qui ab ipsis fugâ se subducens *Constantinopolin* adiit. Fugit etiam *Mauricius Chalcedonem*, ubi *Romani* ipsum assecuti sunt, vestibúsque tritis pauperum & mendicorum

p. 157. more indutum reperientes interfecerunt; præfecto † sibi in Imperatorem è Patriciis quodam nomine *Phoca*.

Cosroes Pers. R. Daram & Miyapharekinum Romanis restituit, in hac duo templa Christianis ædificat.

Phocas Cæsar. Imperavit annos octo. Non erat hic è familiâ Imperatoriâ. Ubi autem ad *Cesram Hormozi* filium *Persarum* Regem de cæde *Mauricii* fama pervenit, ille rescisso fœdere *Daram* oppugnatam cepit, *Amidam* etiam & *Halebum* cepit: dein *Kenasrinum* deflexit, & *Roham* rediit. Anno *Phocæ* octavo in ipsum insurrexerunt rebelles bini, quorum alteri nomen *Heraclius*, alteri *Gregoras* in *Africa*, qui ex copiis cum filiis suis *Heraclio Heraclii* filio, & *Nicetâ Gregora* missis, ipsis in mandatis dederunt, ut *Phocam* occiderent, hoc pacti Imperium illi futurum qui primus *Constantinopolin* perveniret, ubi *Phocam* occidisset. *Heraclius* igitur mari se commisit; *Nicetas* itinere terrestri perrexit. *Heraclius* autem mare pacatum & quietum reperiens prior appulit, urbémque ingressus, occiso *Phocâ*, Imperavit.

Persæ Daram, aliásque urbes capiunt.

Heraclius Cæsar. Annos triginta unum & menses quinque imperavit. Anno imperii sui primo legatos misit ad *Persarum* Regem pacem initurus, qui ipsi non annuit, verùm *Antiochiam Apamiam, Hemesam* & *Cæsaream* aggressus, eas expugnavit. Hoc anno in *Romanorum* [ditione] accidit fames valida, adeò ut homines cadaveribus

Antiochiã &c. capiunt.

Fames gravis.

&

& bestiarum pellibus vescerentur. *Nicetas* autem *Gregoræ* filius *Alexandriam* profectus, eam occupavit. Anno *Heraclii* quarto regnare [cœperũt] *Arabes*, ẽstq; is annus *Alexandri* nõgentesimus tricesimus quintus. Anno † *Heraclii* quinto expugnârunt *Persæ Hierosolymam*, & post tres annos *Alexandriam* & *Ægyptum*; & *Nubiam* usque profecti sunt, & *Chalcedoniam* oppugnatam ceperunt. Anno *Heraclii* decimo movere se *Arabes Yathrebi*. Anno ejusdem decimo quinto invadentes *Persæ* insulam *Rhodum* eam ceperunt, jussitque *Cesra* quicquid esset marmoris, in templis omnium quas ceperunt urbium, sublatum *Madayenam* referri, unde gravis hominibus molestia fuit. Porrò hoc anno *Heraclii* copiæ *Persiam* invadentes urbem *Cesræ* expugnârunt, unde captivis abductis quamplurimis reversi sunt. Anno *Heraclii* decimo septimo dimidium corporis solaris lumine defecit, mansitque ejus deliquium à *Tisrin* priori ad *Haziran*, adeò ut non appareret nisi parum quid de lumine ipsius.

Dy.VIII. Arabum regnum. Persæ Hierosol. Alexan. Ægypt &c. capiunt. † p. 158. deinde Rhodum. Heraclius Persiam invadit. mirum Solis deliquium.

Sectio.

Hoc tempore floruit *Hareth Ebn Calda* Medicus *Arabum*, ortu *Thakifensis* ex *Tayefensibus*. Profectus in *Persiam* artem medicam didicit à *Jondisaburi* incolis aliisque, tempore ignorantiæ ante [exortum] *Islamismum*. Medicinam exercuit in *Perside*, ubi multas congessit opes; deinde patriæ visendæ cupidus *AlTayefum* reversus est, ubi celebris fuit, & ad *Islamismi* tempora pertigit. Jussit *Mohammed*, si quis morbo affectus esset, ipsum adire, & ab eo remedium petere. Dicere solitus est *Hareth*, Si quis durare cupit (at non est duratio) manè prandeat, vestes leves induat, et venere parciùs utatur: per vestitum levem innuens, ne se ære alieno gravaret. * * * Fertur obiisse *Harethum* sub initium *Islamismi*, nec certò constare illum religionem eam amplexum esse.

Hareth Ebn Chalda Medicus Arabs.

Hoc tempore inclaruit *Ahron* Sacerdos *Alexandrinus*: Syntagma ipsius in arte Medica apud nos *Syriacè* reperitur, triginta constans tractatibus, quibus duos alios addidit *Sergius*.

Aaron Alexandrinus *M. dicus*, & *Sergius*.



Dyn.IX.

Dynastia nona, ab Imperatoribus *Græcorum Christianis* ad Imperatores *Arabum Moslemiticos* translata.

Duo Arabum genera.

DUo sunt (inquit *Alkadi Saed Ebn Ahmed Andalosenus*, Judex urbis *Tolaitelæ*) Arabum genera, unum quod periit, alterum adhuc superstes. Quod ad illos qui perierunt, gentes erant copiosæ, velut *Ad*, & *Thomud*,& *Tesm*, & *Jadis*, qui quod ita pridem deleti sunt, certis eorum memoriis destituimur, & defecerunt prorsus rationes, quibus in ipsorum vestigia inquiramus. Quod ad eos qui supersunt, illi duplici stirpe oriundi sunt; sc. *Kahtan* & *Adnan*; duplexque iis pariter convenit status, *Ignorantiæ* alter, alter *Islamismi*.

eorum ante Islamismû status,

Status autem *Arabum*, *Ignorantiæ* temporibus, robore & potentiâ inter Gentes celebris fuit. Fuitque regnum ipsorum penès tribus *Kahtan*, & præcipua regum familia apud *Hamyarenses*, è quibus fuerunt *Reges*, † *Domini*,*Tyranni*, et *Tobbaï*. Reliqui verò *Arabum*, per ignorantiæ tempora, post *Reges*, duorum erant ordinum, *Urbani* sc. et *Nomades*. Quod ad *Urbanos*; erant illi Urbium et Oppidorum incolæ, qui victum suum è satione, palmarum fructibus, pecore, et mercaturam peregrè exercendo quærebant. Quod ad *Nomades*; desertorum illi incolæ, quibus Camelorum lac, et carnes victum præbebant, dum loca herbida perquirerent, et aquæ pluvialis defluvia sectarentur, ibi tentoria figentes quamdiu terræ uberis beneficio, quo pascerentur invenirent; deinde ad herbas, et aquam, indagandas proficiscebantur, nunquam alternis, sedes figere, et subinde migrare, desistentes, sicut ex illis nonnemo quasi sub *Cameli* sui personâ loquitur.

p.160.

Dicit, cùm in eum clitellas meas injicerem, haccine semper ipsius, & mea conditio?

Totúmne tempus inter morandum, & [subinde] *migrandum transigetur? Annon aliquando miserebitur mei, & rationem salutis meæ habebit?*

Fuítque ista eorum consuetudo, temporibus, æstivo et verno: adventante verò jam hyeme, cùm herbis nudaretur terra, ad *Eraci* rura,

ra, et *Syriæ* confinia se recipientes, hiemabant, temporis incommoda tolerantes, et contra victus penuriam patientiâ luctantes. Quod ad religiones eorum, diversæ erant. Colebat *Hamyar* Solem, *Cenanah* Lunam, *Misam* Stellam *Aldebaran* [oculum Tauri,] *Lachamus* & *Jedamus* Jovem, *Tai* Stellam *Sohail* [Canobum,] *Kais* stellam *Alsheera'lobur* [Sirium,] *Asad* Mercurium, *Thakif* ædiculam in superiore parte Nachlæ, quæ vocabatur *Allat*. Erant ex ipsis qui † resurrectionem mortuorū agnoscerent, asserentes, Si cujus Camelus super ipsius sepulchrum mactatus fuerit, ipsum, cùm ad judicium resurgat, equitaturum, at qui hoc fieri non curaverit, peditem futurum. Eruditio autem *Arabum*, cujus gloriæ præcipuè studiosi erant, hæc erat: linguæ suæ peritia, sermonis proprietas, carminum textura, & orationum compositio. Noti etiam illis erant stellarum ortus, & occasus, item quænam ex illis ita oppositæ sint, ut, oriente hâc, illa occidat, quámque in pluviis excitandis vim habeant: quantum quidem summâ attentione, & diuturnâ experientiâ assecuti erant, (quòd sc. hanc rerum istarum cognitionem vitæ ratio illis necessariam faceret) non, quâ vera scientia acquiritur, methodo. Verùm quod ad Philosophiæ scientiam, nihil ejus admodum concesserat illis Deus, nec eos ad hæc studia idoneos fecerat. Atque hic status eorum erat per *ignorantiæ tempora*; at sub *Islamismo* talis, qualem, volente Deo, quàm brevissimè & compendiosissimè fieri possit, descripturi sumus.

Dyn. IX. *religiones*, p. 161. *eruditio*, *sub* Islamismo.

Author Legis Islamiticæ Mohammed Ebn Abdallah.

Tradunt Originum scriptores, deduci originem ipsius ab *Ismaele*, *Abrahami*, Amici Dei, filio, quem peperit illi *Hagar* ancilla *Saræ* uxoris ejus. Natus est *Mecchæ*, Anno *Alexandri* 892. antequam autem annum ætatis secundum transegisset, mortuus est pater ipsius *Abdallah*. Mansit ergo apud matrem suam *Amenam Wahebi* filiam, † sex annos, quâ defunctâ, eum ad se receptum avus ipsius *Abdo'lmotallab*, tenero fovit affectu, donec & ipse jam morti vicinus filio suo *AbuTaleb* eundem curandum commendavit, qui ei ad se recepto tutorem se præbuit, deinde annos jam novem natum secum *Damascum* deduxit. Cùm autem jam *Bosram* pervenissent, progressus ad eos è Cœnobio suo Monachus quidam doctus, nomine *Bohira*, per

Mohammedis *prosapia & nativitas.* p. 162.

mediam

Dyn. IX. mediam turbam ad ipsum contendens, manúque ejus prehensâ. *Futurum est* (inquit) *ab hoc Puero magnum aliquid, cujus fama per Orientem & Occidentem se diffundet: nam cùm appropinquaret nube obumbratus apparuit.* Cúmque jam 25 ætatis annos complevisset, obtulit ei fœmina quædam nobilis & dives, nomine *Chadijah*, conditionem, cum facultatibus suis ad mercaturam exercendam, *Damascum* proficiscendi, se plus illi quàm alii cuipiam daturam; cui cùm ille morem gerens profectus esset, ea ipsius amore capta, se illi in uxorem obtulit. Duxit ergo illam annos tum natam 40, quæ cum eo 22 annis constanter vixit, donec *Mecchæ* tandem diem obiret. Post completos demum annos ætatis 40 Prophetiæ munus sibi arrogavit. Mortuis autem jam *Abu-Taleb* patruo ejus, & uxore *Chadijah*, cùm magno illum malo afficerent *Koraishitæ*, ab illis *Medinam*, *Yathrebum* scilicet, fugit: ubi anno *Fugæ* primo congregati sunt ad ipsum, qui contra *Mecchenses* hostes suos opem ipsi ferrent. Anno autem, ex quo *Medinam* fugit, secundo exiit ipse ad prælium † *Bedarense*, in quo 313 *Mosleminorum* ope, mille è *Mecchensibus* Idololatris profligavit. Eodem anno conversa est *Kebla*, ab ea cœli parte quæ Templum *Hierosolymitanum* spectat, ad eam quæ *Caabæ* imminet. Eodem etiam injunctum est jejunium mensis *Ramadani*. Anno 3° prodiit ad prælium *Ohud*, quo Idololatræ *Mosleminos* in fugam dederunt, ipsique *Mohammedi* vulnus in facie inflictum, & dentes primores confracti. Anno quarto *Judæos*, dictos *Bani Nadir*, bello aggressus in *Syriam* fugavit. Eodem, cùm, collectæ è diversis *Arabum* tribubus, copiæ plures, *Mecchenses Medinam* comitarentur, obviam illis egressus est, cúmque id terrori esset *Mosleminis*, effodi jussit vallum, quo factum est ut ultra 20 dies quieti manserint, nullo inter eos inito prælio. Postea ex Idololatris quendam, qui ad duellum provocaverat, accurrens *Ali* interfecit, mox & socium ejus: quorum cædes in causa fuit, ut fugerent copiæ istæ tantâ & virorum multitudine, & armorum copiâ instructæ. Anno quinto fuit prædatoria illa excursio in *Dumâto'l Jundal*, & prælium *Bani Lahyan*. Annò 6° exiit ipse ad oppugnandos *Bani Mostalak*, multósque ex ipsis captivos cepit. Anno 7° exiit ad oppugnandam *Chaibar Judæorum* urbem: in quo factum *Ali Ebn Abi Taleb* narratur, ipsum portas *Chaibar* loco motas & avulsas sibi pro scuto sumpsisse, atque ita cum illis

Mohammed *Prophetiam venditat.*

Medinam *fugit.*

p. 163.

Prælium Bedarense.

Caabam *versus orare jubet.*

Jejunium Ramadan.

Mohammed *vulneratus.*

Bellum fossæ.

Ali *duellatores duos superat.*

Factum ejus egregium.

illis pugnâsse. Anno 8° fuit prælium expugnationis, † quo scil. expugnata est *Meccha*, ubi *Moslemmis* præcepit, ne in eâ quempiam occiderent, nisi qui ipsos oppugnaret, & securitatem concessit omnibus, qui Templum ingrederentur, & qui januâ occlusâ se à pugna continerent, & qui aulæa *Caabæ* apprehenderent, illis tantummodo exceptis, qui damno ipsum affecerant. Cúmque jam *Abu Sofyan* quidam è *Mecchæ* primoribus, qui religionem *Islamiticam* præ metu gladii amplexus fuerat, *Mosleminorum* copiis conspectis diceret *Abbaso*, *Heus* Abu fadl, *certè magnum jam evasit imperium nepotis tui: Va tibi*, inquit ille, *Imò verò, Prophetia est.* Respondit ille, *Esto igitur* [*si libet.*] Anno nono egressus est ad expugnandam *Tabuc*, quæ regio est *Græcorum*, quâ in occupandâ pugnâ opus non habuit. Decimo demum instituit peregrinationem valedictionis, quo etiam pro Propheta se venditans, in [regione] *Yamama*, *Moseilema* mendax librum *Corano* similem componere aggressus est, in quo hæc habet. *Utiq; Deus benignitatem præstitit gravidæ, educens ex ea Spiritum, qui currat inter cuticulam & viscera*, &c. Porro hoc anno febriculâ correptus *Mohammedes* ægrotavit, & diem obiit die Lunæ, qui vicesimus octavus fuit Mensis *Sephar*, annos natus 63: quorum 40 [transacti sunt] antequam munus Propheticum sibi vendicaret; 13 alii dum *Mecchæ* subsisteret, & decem demum post *Hejram*, quibus *Medinæ* substitit. Cúmque jam mortuus esset, voluerunt *Mecchenses fugæ Comites*, *Meccham* eum reportari, quòd ibi natus esset; at *Medinenses Adjutores* † *Medinæ* eum sepeliri, quòd *Asylum* ipsi fuisset, et auxilii locus. Voluerunt demum nonnulli, *Hierosolymam* eum transferri, locum scil. in quo sepulti essent Prophetæ. At in hoc tandem convenerunt ut *Medinæ* sepeliretur, ubi eum *mansiunculâ* suâ humârunt, eodem quo mortuus est loco. Porro in numero uxorum ejus assignando variatur. Qui plurimas dicunt, 17 illi assignant, præter concubinas. Liberos genuit septem, filios tres, et quatuor filias, è *Chadijah* omnes, uno excepto *Abrahimo* filio, qui natus est ex *Maria Cophtitica*, quam unà cum sorore *Shirina Alexandriam* misit *Makokus*. Neque verò mortuæ sunt ante ipsum ex uxoribus ejus nisi duæ, neque ex liberis superstites reliquit præter filiam unicam, *Phatemam* sc. uxorem *Ali Ebn Abi Taleb*, quæ et tribus post patrem suum mensibus obiit.

Dyn. IX. p. 164.

Mosailema Pseudopropheta.

Obit Mohammed.

p. 165.

Dyn.IX.

Sectio.

Porro asserunt *Islamitarum* Docti, factam fuisse mentionem *Mohammedis* in libris à Deo demissis, sc. in Lege, isto textu, *Venit Deus à Sina, & ortus est à Sair, & manifestatus est à monte Paranis:* quibus verbis indicari dicunt, descensum legis ad *Mosem*, Evangelii ad Jesum, & *Alcorani* ad *Mohammedem*. Porro in libro Psalmorum, isto textu, *Manifestavit Deus è Sione Eclilan Mahmudan: Coronam laudatam*, per *Coronam* indigitari aiunt Regnum, per *Mahmud*, i.e. laudatam, *Mohammedem*. In Evangelio demum, isto textu, *Si ego non abeam, Paracletus ad vos non veniet.* † Narrantur etiam de eo miracula quædam, qualia, Lunæ fissura, Arborum ei obviam euntium processus, quòd à lapidibus salutaretur, & quòd aqua inter ipsius digitos scaturiret, quòd turbam multam exiguo cibo saturaret; quòd ipsi adgemisceret trabs; qnòd apud eum quereretur Camelus; quòd ei testimonium perhibuerit ovis assa, cujus armus ipsi dixerit, *Cave me comedas, veneno siquidem infectus sum.* At cùm non ad eum numerum pervenerint qui hæc miracula narrârunt, ut frequenter facta prodantur, sed ut semel patrata recenseantur, innituntur magis *Islamitarum* Docti, ad Prophetiam ejus confirmandam, uni *Alcorano*; in quo ipso hoc pro miraculo habent, quòd cùm conati sint eloquentissimi quique ei par aliquid elaborare, ne capitulum quidem unum ipsi conferendum, proferre potuerint.

Deut.33.2. Psal.50.2. Joh.16.7. p. 166. *Miracula Mohammedis.* mala.

Sectio.

Jam verò in religione *Islamittca* ortæ sunt variæ dissensiones, (ut in aliis factum est) quarum nonnullæ circa Radices, quæ subjectum sunt Theologiæ Scholasticæ; aliæ circa Ramos, quæ subjectum sunt scientiæ Juris. Quæ circa radices sunt Differentiæ, ad quatuor reducuntur capita, quorum primum est Attributa & Unitas Dei; secundum, Decretum ejus & Judicium; tertium, Promissa & Minæ; quartum, Prophetia & Antistitis munus.

Sectæ autem eorum qui circa has radices versantur præcipuæ sex sunt, scil. *Motazalæ*, tum *Sephatii*; atque hi inter se contrarii sunt, ut & *Kadarii* † *Jabariis* adversantur, & *Morgii Waïdiis*, & *Shiì Chawarigiis*. Oriuntur deinde ab unaquaque harum sectarum species diversæ, adeo ut usque ad 73 sectas numerentur. Quòd ad *Motazalas* attinet, illud de quo inter eos in universum convenit, hoc est, quod

Sectæ Mohammedanorum præcipuæ p.167.

quod attributa æterna ab Essentia Creatoris, qui supra omnia Excelsus, amoveant, fugientes [distinctionem] personarum quam [constituunt *Christiani*, súntque ex illis qui dicunt, Deum ex se scire, non per scientiam, & eodem modo potentem esse, & vivere: Ex illis etiam, qui dicunt ipsum scire per scientiam, quæ ipsa essentia ejus est, atque eodem modo Potentem esse & vivere. Primi illi Attributa omnino rejiciunt, Secundi attributa asserunt quæ sint ipsa essentia: hoc unanimiter statuunt, verbum Dei creatum esse, in subjecto, literísque & voce consistere, ejúsque exemplar, in libris Scripturâ exprimi. Negatio autem attributorum omnino desumpta est à Philosophis, Dei essentiam unam esse citra ullam omnino multiplicitatem asserentibus. E *Motazalis* autem *Ahmed Ebn Hayet* asseruit *Christum* corpus propriè dictum induisse, esséque eum verbum æternum incarnatum, sicut dicunt *Christiani*. Ex iisdem *Isa* cognominatus *Mozdar* eo processit, ut assereret ipsum *Alcoranum* creatum esse, & potuisse *Arabes* aliquid quod elegantiâ & eloquentiâ par esset componere, nisi prohibiti essent in id animum intendere. *Motazalis* contrarii sunt *Sephatii* qui statuunt in Deo attributa æterna Scientiæ, Potentiæ, Vitæ, & ejusmodi alia. Imò eousque processerunt eorum nonnulli, in adstruendis attributis, qualia auditus, visus, † & loquela, ut corporeitatem adstruant, asserentes necesse esse ut Textus isti in quibus fit eorum mentio, puta, sessionis in Throno, Creationis manu peractæ, & ejusmodi aliorum, sensu literali intelligantur, ut non opus sit ad explicationem aliquam confugere; nisi quod eorum nonnulli, inter quos *Abul Hasan Asharius* aliique, dum Theologiæ scholasticæ præcepta tradunt, comparationem prohibeant, quæ sententia recepta est ab iis qui Traditionibus [*Mohammedis*] & sociorum [ipsius] consensui innituntur. Atque ita Doctrina *Sephatiorum* ad hanc *Ashariorum* translata est.

Dyn. IX. Motazali quid statuant. Sephatii. P. 168. Asharii.

Jam verò *Alkadarii* sunt & illi è *Motazalis*, nomen *Alkadariorum* inde sortiti, quod *Alkadar*, i. e. Decretum [divinum] tollant, non quod illud asserant. Affirmant siquidem hominem potestate præditum esse, quâ actiones edat tam bonas quàm malas, mererique ob ea quæ facit præmium & pœnam, longéque abesse ab hoc Dominum super omnia Excelsum, ut attribuatur illi Malum & Iniquitas: & hoc dogma *Æquitatem* nominârunt, quam definiunt Ordi-

Kadarii.

Dyn. IX. nationem actionis secundùm modum rectitudinis, & rectam dispositionem ejus quod statuit Intellectus secundùm sapientiam. Contrarii *Alkadariis* sunt *AlJabarti* qui ab homine actionem, aut potestatem in actionem prorsus removent, dicentes, Deum supra omnia Excelsum creare actionem, & creare potentiam in homine, quæ ad actionem illam pertinet, nec tamen esse aliquem in istam actionem ab ista potentia influxum. Sunt & ex illis qui asserunt in homine potentiam quæ impressionem aliquam habeat in actionem, dicúntque Deo jus esse in creaturas suas, quicquid velit in illis faciendi, ita ut nemo ab eo quærere debeat †cur hoc fecerit, quod si omnes sine discrimine homines in Paradisum admitteret, nullam hic fore injustitiam, aut si in ignem omnes conjiceret, nullam hic fore injuriam, sed futurum ipsum in omnibus istis justum. Justitiam siquidem esse, cum ut visum est utatur qui jus habet, illo in quod jus habet.

Jabarii.

p. 169.

Morjii. Jam quod ad *Morjios*, asserunt illi differri judicium cujusvis *Moslemii*, qui peccatum aliquod grande commiserit, usque ad resurrectionem mortuorum; sc. non prius vocatum iri illum in quæstionem; neque sententiam de eo in hoc seculo ferunt, sive absolutionis, sive condemnationis. Dicunt insuper non nocere cum fide impietatem, uti nec prodesse cum infidelitate pietatem. *Morjiis* adversi sunt *Alwaidii*, qui pro fidei desertore habent illum qui peccatum aliquod grande commiserit, ipsúmque perpetuo in Gehennâ mansurum, licèt veram amplectatur fidem. Futuram tamen pœnam ipsius leviorem, quàm infidelium. Porrò *Alshii* (sc. *Alis* Sectatores) illi sunt qui se *Ali* filio *AbuTalebi* addixerunt, ipsúmque in Antistitis munere Prophetæ successisse asserunt, nec munus illud aliis præterquam ipsius progeniei, nisi injuriâ, deferri: in hoc omnes conspirant, quod asserant debere necessario Antistites cohibere se à peccatis, tum grandioribus, tum levioribus; esséque Antistitis munus unam è columnis fidei, cujus aut negligentem esse, aut illud vulgo permittere, non conveniat Prophetæ. Jam inter eos qui modum excesserunt ex *Alshiis* sunt *Alnosairii*, qui asserunt Deum supra omnia Excelsum formâ *Alis* apparuisse, & linguâ ipsius locutum, ea quæ ad abditissima †mysteria pertineant, enarrâsse. Eorum etiam nonnulli modum adeò excesserunt in iis quæ ad Antistites suos spectant, ut eos extra terminos Creaturarum eduxerint, & ipsis proprietates divinas attribuerint.

Waidii.

Shii.

Nosairii.

p. 170.

tribuerint. *Alshiis* contrarii sunt *Chawarejii:* è quibus sunt qui *Ali Ebn Abi-Taleb* in iis quæ administravit, peccatum impingant; & ex illis alii qui in eo peccati arguendo eò transeunt, ut & infidelitatis accusent, & ex illis demum qui asserunt admitti posse, ut nullus sit in Mundo Antistes; quòd si tali opus sit, competere ut sit vel servus vel liber, vel *Nabatæus*, vel *Koraishita*, modo justus sit; Quod si à veritate declinaverit, gradu moveri, & morte affici debere. Atque hæc narratio est Sectarum, quæ circa fundamenta versantur, juxta viam compendii. Dyn. IX. Chawarejii.

Sectio.

Jam verò inter Sectas quæ circa ramos versantur, quæque inter se differunt de conclusionibus legalibus, & dubiis sub disquisitionem cadentibus maximè celebres sunt quatuor, sc. Secta *Maleci Ebn Anas*, Secta *Mohammedis Ebn Edris Asshafiensis*, Secta *Ahmedis Ebn Hanbal*, & Secta *Abu-Hamfæ Alnooman*, *Ebn Thabet*. Fundamenta etiam disquisitionis sunt quatuor, Liber [sc. *Alcoranus*,] *Assonnah* [i. Traditio,] *Consensus*, & *Ratio*. Nempe, quia cùm orta fuerit nova aliqua quæstio legalis de licito & illicito ad disquisitionem confugientes, primò *Alcoranum* adeunt, ubi si textum aliquem invenerint, ei adhærent, sin minùs, ad *Assonnah*, seu Traditionem Prophetæ confugiunt, ubi si quid occurrat * [quod dubium explicet] in ipsius sententiam descendunt: sin minùs, ad consensum sociorum [ejus] confugiunt, quoniam illi Orthodoxi censentur, † ut in errorem conspirare noluerint: ibi ergò si inciderint in aliquid quod dubio suo affine fuerit, ad ejus normam de quæstione sua statuunt, sin minus ad *Rationem* itur, quoniam quæ oriri & accidere possint [dubia] infinita sunt; Authoritates verò finitæ, ita ut paria non sint. Jam certò constat quod Ratio necessarii sit usus, ut secundùm eam de unaquaque quæstione legali disquiratur. Ex Antistitibus verò *David Asphahaniensis* Rationis [usum] penitus rejecit, cui è contra *Abu-Hanifa* plurimum se addixit, adeò ut non rarò rationem manifestam vel testimoniis particularibus præferret. *Malec* autem, *Shafeius*, & *Ebn Hanbal*, modò occurrat vel testimonium, vel præceptum, ad rationem sive manifestam, sive obscuram minimè recurrunt. Jam cùm inter hos sint in sententiis ferendis differentiæ, de quibus extant apud eos libri & disputationes, non tamen ideo quisquam

Sectæ Juristarum quatuor. Maleci, Shafei, Hanbali, Hanifi.

p. 171.

Dyn. IX. quam eorum Infidelitatis aut Erroris reus existimatur. In summa, Fundamenta Legis *Islamiticæ* hæc sunt 1 Munditiei in extremis corporis partibus, & vestium oris, quòd dependeant & rebus spurcis occurrant, cura. 2 Oratio, quæ est Subjectio & demissio sui coram Domino omnipotente. 3 Eleemosyna, quæ est Communicatio in miseriis,& Auxilium,& Largitio. 4 Jejunium, quod est sui domatio, & depressio, & subjugatio concupiscentiæ, quâ producatur teneritas cordis, & animæ puritas. 5 Peregrinatio, quæ exitus è Mundo & itionis in occursum futuri typus est, nec aliò plerique eorum qui in ea observantur ritus, tendunt, quàm probationi & tentationi hominis, an ea quæ ipsi mandata sint sectari velit; quales sunt Cursus & Properatio in circuitione [*Caabæ*] & jactus lapillorum. Quod verò ad observationem †diei Veneris & Festorum, instituta sunt ea ad Congregationem populi, quò conveniant, & se mutuò visant, & in iis à laborum tædiis quiescant. Circumcisio autem injunctio est; cui inest tentatio & probatio, & deditio sui [Deo.] Quod ad prohibitionem Morticinii, & sanguinis, in eo quod horreat ea animus, & refugiat natura, satis est quod abstinentiam ab illis ut necessariam suadeat.

Fundamenta Islamismi.

p. 172.

Abu Becro'ssadik. Maximum inter* Antistites *Islamiticos* illud erat, quod ob Antistitis dignitatem[ortum est]dissidium: illius enim causâ stricti sunt gladii. Contigítq; hoc in ipso[imperii]initio;& in diversas ob illam abierunt partes[*Meccenses*]fugæ comites,& [*Medinenses*] Adjutores: dicentibus *Medinensibus*, E nobis sit Imperator, & è vobis sit Imperator. Accesserunt ergò ad illos statim *AbuBecr* & *Omar*, &, antequam verbis occuparentur, extendens *Omar* manum suam ad *AbuBecrum* fidem ei pactus est: pacti sunt etiam reliqui. Atque ita sedatus est tumultus, & Chalifa renunciatus est mense *Rabia* priori ineunte anno undecimo, eodem die quo obiit Propheta, in Porticu *Saëditarum.* Dixit *Omar*, Certè *Abubecri* inauguratio improvisum quid fuit, avertat Deus malum quod indè accidere possit: quod siquis tale quid iterum commiserit, morte eum afficite; & si quispiam in alterius obsequium juraverit, non consultis *Moslemiis*, morte afficiantur utrique. * Fertur cùm delatum hoc esset *Ali* filio *AbuTalebi*, illum non abnuisse: at quod à plerisque traditur, hoc est, dixisse ipsum, Non consuluisti me; & dixisse illi *AbuBecrum*, Non fuit

*al. ex. populum Islamit.

Dissidium inter Meccenses, *&* Medinenses *de Chalifatu.*

Al. Dicitur autem non delatū fuisse illud Ali *f.* A.T. *at ubi delatum esset abnuisse illum.*

fuit tempus capax consultationis, Veriti enim sumus nè transferretur à nobis imperium. Deinde conscenso suggesto dixisse, Exuite me hoc imperio, neque enim vestrûm præstantissimus sum: † & dixisse *Alim*, Non te exuemus, neque petemus ut te exuas. Et consenserunt *Mohajerun* [*Meccenses*] & *Ansarii* [*Medinenses*] in Chalifatum ipsius. Cùm autem latè se diffudisset fama de Prophetæ obitu, defecerunt *Arabum* multi, & tributum pendere recusarunt. Quare cùm valdè timerent *Moslemii Medinæ*, quòd unanimi consensu deficerent, liberos & necessarios suos in montium fissuris deposuerunt. Præficiens ergò *AbuBecr* hominibus *Chaledum Ebn VValid*, ipsum militibus quater mille & quingentis instructum misit: qui profectus donec ad rebelles perveniret, pugnâ illos aggressus liberos eorum captivos cepit, opésque distribuit. Inclamârunt etiam *Moslemii AbuBecrum*, dicentes, Annon animum advertis ad illud quod percrebuit de fama Mendacis istius *Mosailemæ* in regione *Yamamæ*, & quomodo sibi prophetiam vendicaverit? Jussit ergo *Chaledum Ebn VValid* bello illum aggredi: qui cum hominibus profectus est, donec perveniret ad locum dictum *Akreba*. Obviam etiam procedens *Mosailema* cum *Hanifensium* turba, sedem ex adverso *Chaledi* fixit. Inita ergò sunt inter illos prælia, & acris fuit inter duos exercitus pugna. Irruentes autem *Moslemii* conjunctim omnes in *Mosailemam* & comites ejus, manus cum illis conseruerunt, donecruberet terra sanguine. Oculos autem intendens servus quidam Niger, nomine *VVahshi*, in *Mosailemam*, hastam in eum torsit, quæ in ilia ejus cecidit, ita ut ex equo suo mortuus decideret. Indè contendit *Chaled* in regionem *Eraki*, atque *Hiram* profectus deditione illam cepit; fuitque hoc primum quod de regione *Eraki* captum est. Miserat autem † ante illud *Abu-Becr Abu-Obeidam Ebno'ljerah* cum viginti circiter millibus virorum in *Syriam*: cúmque pervenisset ad *Heraclium* rumor de ingressu *Arabum* in regionem *Syriæ*, misit contra illos *Sergium Patricium* cum quinquies mille viris de exercitibus ejus, ut bello illos oppugnaret. Scribens ergò *Abu-Becr* ad *Chaledum*, ubi *Hiram* cepisset, jussit illum ad *Abu-Obeidam* proficisci in regionem *Syriæ*; quod & fecit. Congressis autem *Arabibus* & *Græcis* in fugam versi sunt *Græci*, & interfectus est *Sergius Patricius*; quod ita accidit: inter fugiendum ex equo suo decidit, cúmque equo à servis suis imponeretur, denuò

Dyn. IX.

p. 173.

Mosailema *Pseudopropheta occisus.*

Hira *capta.*

p. 174.

Syriam *invadunt* Arabes.

Sergius Græcorum *Dux interfectus.*

Dyn. IX. denuò cecidit; imò cùm rursus eum imponerent, descendit etiam rursus, dixítque illis, Eripite vos ipsos fugâ, & finite me solum occidi. Porro anno decimo tertio *Hejra*, cum quindecim diebus ægrotâsset *Abu-Becr*, obiit die Lunæ octavo *Jumada* posterioris, natus annos sexaginta tres; fuitque spatium Chalifatûs ejus Biennii, & quatuor mensium, minus octo diebus. Eodem anno (qui annus fuit septingentesimus quadragesimus sextus *Alexandri*) transgressus *Heraclius* legem in uxorem duxit *Martianam* fratris sui filiam, quæ peperit illi filium illegitimum, quem à nomine suo per diminutionem appellavit *Heraiklium* [*Heraclium* parvum.]

Obitus Abu-Becri.

Omar filius *Chattabi*, qui & cognominatus est *AbuHaphs*. Fertur *Abu-Becrum* morti vicinum dixisse *Othmano Ebn Aphan* Scribæ suo, Scribe, In nomine Dei misericordis Miseratoris; Hoc est testamentum *Abdollah Ebn Abu-Kohapha*, cùm in ultimâ jam esset horarum hujus mundi, & primâ horarum futuri: deinde deliquium passus est, † scripsitque *Othman*, *Omaro Ebno'l Chattabo*; & is cùm experrectus esset, dixit, Quem scripsisti? dicente [illo] *Omarum*, Attigisti, inquit, illud quod in animo mihi erat; quod si teipsum scripsisses, dignus certè illo [honore] fuisses, Consenserunt ergo in hoc. Cúmque vocaretur Chalifa Chalifæ [vicarius vicarii] nuntii Dei; Dixerunt, Longus est hic [titulus] vocatus est ergo *Amiro'lmumenin* [Imperator credentium,] atque is primus hoc [titulo] insignitus est: cúmque jam in Chalifatum suffectus esset, surrexit in cœtu orationem habiturus, dixítque, Post actas Deo gratias, Heus viri, nisi ob illam, quam de bonitate vestrâ concepi spem, vósque in eâ perstituros, neutiquam vobis aliàs præessem, aliáque ejusmodi. Cúmque jam Imperio præfectus esset, nihil prius in votis habuit, quàm ut *Erako* potiretur: adjunctis ergo *Abu-Obeida Ebn Masud* mille circiter viris, in *Erakum* illum proficisci jussit; unáque cum eo *AlMothannam Ebn Haretha*, & *Amrum Ebn Hazem*, & *Salitum Ebn Kis*, qui profecti sunt, donec *Thaalabia* castra ponerent. Dixítq; *Salitus*, O *AbuObeida*, Cave ut profundum hoc ingrediaris; video siquidem *Persis* multas esse copias, & sententia mea hæc est, ut nobiscum in desertum secedas, donec ad Imperatorem fidelium scribens auxilium ab illo petieris; quod ubi ad te pervenerit, transibis, & bello eos aggredieris. Cui dixit *Abu-Obeida*, Times certè, ô *Salite*; cui

P. 175.

Omar primus dictus Amiro'lmumenin.

cui reſpondit *AlMothanna*, Non timet certè, verùm ſententiā[ſuam] Dyn. IX.
tibi aperuit; cave ne ad illos tranſiens te & comites tuos in medium regionis eorum conjicias, & infigantur tibi eorum ungues. At non auſcultavit illis *AbuObeida*, ſed ponte fluvium jungens eos qui cum ipſo erant illis invitis traduxit. Tranſierunt etiam duo illi unà cum ipſo: inſtruens autem *Abu-Obeida* †ſocios ſuos ipſe in medio conſtitit, p. 176.
& accedentes ad illos *Perſæ* ſagittis eos petierunt, adeò ut *Moſlemiis* multa vulnera infligerentur. Irruentibus deinde *Arabibus* [quaſi] *Prælium cum* Perſis.
unius viri impetu in fugam dati ſunt *Perſæ*: dein reverſi irruerunt in *Moſlemios*, primúſque è *Moſlemiis* occidit *Abu-Obeida*, occidentibus etiam unà eorum permultis; & qui reliqui erant pontem verſus receſſeruut eos à tergo propugnante *AlMothanna*, cúmq; omnes trajeciſſent, ipſéqre *AlMothanna* poſt eos tranſiiſſet pontem reſciderunt: Cúmque ad *Omarum* de prælio quod acciderat ſcripſiſſet, reſcribens *Omar* eum ſubſiſtere juſſit, donec pervenirent ad eum auxilia. Commiſſum eſt autem hoc prælium menſe *Ramadan*, die ſabbati, anno decimo tertio æræ [*Hejræ*.] Tum *Omar* legatos ſuos ad Tribus *Arabum* mittens eos ad auxilium ferendum convocavit: quibus *Medinæ* ad ipſum congregatis *Jarirum Ebn Abdalla Albajali* præfecit; qui cum illis profectus eſt, donec *Thaalabiam* perveniret, ubi ei ſe adjunxerunt qui ibi erant. Deinde profectus eſt, donec caſtra poneret in *Dir Hind*, [unde] cohortes ſuas miſit ad excurſiones faciendas in pagos [*Eraki*] *Euphrati* adjacentes: quod cùm *Arzmidochta Perſarum* reginæ nuntiatum eſſet, convocari juſſit è militibus ſuis duodecim equitum fortiſſimorum millia, quibus congregatis præfecit *Mahranum* filium *Mahrawaihi* Ducum præcipuum; qui profectus eſt cum exercitu, donec *Hiram* perveniret, reverſiſque *Arabum* cohortibus, & in unum coactis ad pugnam ſe accinxerunt utrique exercitus, aliique alios aggreſſi, haſtis ſe invicem confodere, †gladiiſque p. 177.
ferire cœperunt. *AlMothanna* autem ſe in medium *Perſarum* conjiciens gladio ſuo eos cecîdit, deinde ad ſuos rediit; quibuſcum ſtrenuè conflixerunt *Perſæ*, ita ut manerent *Arabum* nonnulli, fugerent alii: quo conſpecto, *AlMothanna* barbam ſuam manu prehenſam vellicavit. Tum irruentibus in ſe invicem hinc tribubus *Arabum*, illinc *Perſis*, pugnatum eſt à tempore quo inclinare cœpit Sol, uſque ad ipſius occaſum. Deinde cùm in *Perſas* impetum facerent, prodiens

Dyn. IX. ens *Mahran* ante socios suos stetit, & irruentem in eum *AlMothannam* gladio excepit; at non penetravit ictu gladius. Percussit ergo *AlMothanna* ipsi humerū, adeò ut mortuus procideret: conversiq; in fugam

Persæ *victi.*

Persæ Madayenam petierunt; reversique sunt *Moslemii* ad sepeliendos mortuos suos, & saucios curandos. Cùm ergò viderent *Persæ Arabes*, captis jam regionis finibus, undique in terram ipsorum incursiones facere, dixerunt, In hoc delati sumus, eò quod præfecerimus nobis mulieres: & conspirârunt ad *Arzmidocht* filiam *Cesræ* imperio exuendam, eique præficiendum juvenem (nomine *Yazdejerdum*) qui oriundus fuerat e stirpe *Cesræ* filii *Hormizdæ*, quem [in solio] collocantes obedientiam & obsequium illi pacti sunt. Exercitum ergo conflavit *Yazdejerd* è [diversis] regni sui partibus, eique præficiens virum quendam illustrem è præcipuis Principum suorum annis & experientiâ [edoctum,] nomine *Rustamum*, misit eum *Hiram*, ad oppugnandos *Arabes*, qui eò contra ipsum convenerant. Commissis etiam alteri è Magnatibus *Persarum* liberis, cui nomen * *Alharmazan*, copiis magnis, misit eum in partes *Ehwaz* ad oppugnandum † *AbuMusa Alashari*, & qui cum eo erant. Cùm autem congrederentur, cæsi sunt hi duo Principes magni, & secuti sunt *Arabes* vestigia *Persarum*, cædentes quos assequerentur eorum. [Tempore] etiam Chalifatûs *Omari* cepit *AbuObeida Damascum*, postquam eam septem mensibus obsedisset, & fœdus iniit cum incolis *Misani, Tiberiadis, Cæsareæ*, & *Baalbeci*. Cepit etiam *Hemesam* post duorū mensium obsidionem; Eodem etiam scribens *Omar* ad *Yazidum* filium *AbuSophyan* [eum] *Damasco* præfecit. Eodem etiam ingressus est *Misarah Ebn Masruk Abbasides* regionem *Græcorum* cum quatuor hominum millibus: fuitque iste exercitus primus qui *Græciam* invasit. Eodem etiam *Amrus* filius *Aasi* urbem *Metsr* vi cepit, cepit etiam *Alexandriam* deditione. Eodem ingressus est *Iyas* filius *Gunmi Saruj* & *Roham* deditione [traditas.] Eodem cepit etiam *Raccam*, *Amidam*, & *Nisibin*, *TurAbdin*, & *Mardin* deditione. Et cepit *Habib* filius *Muslemæ Karkisium* deditione. Eodem etiam cepit *Utbal* fil. *Arkan* pagos *Basoræ*; deinde profectus est donec *Obollam* perveniens eam vi caperet: indè *Madayenam* abiens ejúsque Præfectum bello aggressus collum illi amputavit, magnâque ejus exercitus clade affecit. Deinde scripsit *Utbal* ad *Omarum*, ut veniam ab eo peteret pere-

Arzmidocht *deposita*, Yazdejerd *regno Persarum præficitur.*

* *al.* AlHarzaman.

P. 178.

Damascus *capta.*

Misan, Tiberias, Cæsaria, Baalbec *deditæ.* Hemesa *capta.*

Arabes Græcorum *Regiones invadunt.*

Metsr *capta*, Alexandria, Saruj, Roha *deditæ & Racca &c.*

peregrinandi *Meccam*. Præfecit ergo *Omarus* muneri ejus *Almogiram Ebn Shaaba*; deinde deposito eo regioni *Misani Abu Musam Alash'arium* præficiens, in mandatis ei dedit, ut in terrâ *Basoræ Arabibus*, qui cum eo erant, loca quædam extrueret, & unamquamque tribum in pago [aliquo] collocaret, quo sedes suas figerent. Extruxitque in eâ † templum mediæ magnitudinis. Cumq; finem fecisset Urbis *Basoræ* ædificandæ collocavit in eâ *Arabum*, qui in eâ erant, progeniem, & cum exercitibus suis in provincias *Ahwazæ* movens subegit eas; exceptâ solùm urbe *Tustaro*, à quâ, quòd valdè munita esset, abstinuerunt. Eodem *Heraclius Antiochiâ Constantinopolin* discessit, dicens Græcè **Sureh-Syria*; quo verbo Regioni *Syriæ* valedixit. Obiit deinde *Heraclius*, cui successit filius ipsius *Constantinus*, quem quatuor post mensibus veneno sustulit *Martiana* uxor patris ejus, filiumque suum *Heracliolum* substituit, *Davidis* novi nomine illi indito: Magnates verò regni imperium ejus ægrè ferentes, eo abdicato, præfecerunt *Constantem* [nuper] occisi filium. Eodem etiam *Abdalla Ebn Nadil Aspahanam* deditione cepit. Eodem cepit *Jarir AlBajali Hamadanam*; eodem accidit prælium *Nahawandense*. Eodem *Moawias Askelanam* deditione cepit mense *Ramadani*. Obiitque *Omar* die *Jovis* quinto ante finitam *Dulhejjam* anno *Hejræ* vicesimo tertio, annos natus sexaginta tres. Fuitque spatium *Chalifatus* ejus decem annorum, sex mensium, & septendecim dierum. Interfecit eum *Abu-Lulua* servus *Almogiræ Ebn Shaaba* [tempore] precum matutinarum. Causa ejus fuit, quod cum ad eum accessisset *Abu-Lulua* conquestum de gravitate tributi, (imposita autem ei fuerat quotidiana duarum drachmarum solutio) diceret illi *Omar*, non est hoc tibi multum, Tu siquidem, uti audivi, si molam vento circumagere velis, facere id potes; † cui ille, Circumagam quidem tibi molam, quæ non cessatura est usque ad diem resurrectionis. Dixit ergò [Ille,] Utique minatus est servus, quòd si ob suspicionem quenquam interficerem, hunc certè è medio tollerem. Deinde cum puer [iste] pugione, repetito ictu, ilia ejus confodisset, accersivit *Omar* medicum, qui ipsum inspiceret; ille autem vinum ei hauriendum præbuit, quod cum exiret, ita ut non dignosceretur vinum esset an sanguis, alium accersivit medicum, qui lac illi bibendum præbuit; cumque

Dyn. IX.

p. 179.

Basora Ædificata.

Ahwazæ urbes præter Tustarum captæ.

* Χαῖρε.

Heraclii obitus.

Constantinus.

Heracliolus.

Constans.

Ispahana, Hamedana & Askelana captæ.

Omari obitus.

p. 180.

Dyn. IX. exiret lac conspicuum, Dixit illi; Testamentum tuum conde, ô Imperator fidelium.

Sectio.

Johannes Grammaticus. Porrò hoc tempore claruit inter *Muslemios Johannes*, quem vocamus nos Grammaticum, qui *Alexandrinus* fuit, fidemque Christianorum Jacobiticorum professus Severi doctrinam adstruebat, deinde recessit ab eo quod profitentur Christiani de Trinitate; quare convenientes eum Episcopi in urbe *Metsra* rogârunt, ut ab eo quod [profitebatur] rediret; cumque redire nollet, eum de gradu suo dejecerunt. Vixitque donec caperet *Amrus Ebno'lAs Alexandriam*, & ad *Amrum* accessit; qui, cognito quem in scientiis locum teneret, honore ipsum affecit, audiitque de sermonibus ejus Philosophicis, quibus assueti non fuerant *Arabes*, quod eum ad stuporem redigeret, quoque percelleretur; Fuit autem *Amrus* intellectu praeditus, ad res percipiendas promptus, conceptibus claris, adhaesit ergo illi, neque ab eo discessit. Deinde die quodam dixit illi *Johannes*, Circumivisti tu omnia *Alexandriae* repositoria, omniaque rerum genera quae in iis reperiuntur obsignâsti; quod ad illa igitur, quae tibi profutura sint, nolo tibi contradicere, at quae nulli tibi usui futura sunt, nobis potius convenient. Dixit illi *Amrus*, Quid
p.181. est quo opus tibi sit; dixit illi; † Libri Philosophici, qui in Gazophylaciis [Bibliothecis] Regiis reperiuntur. Hoc, inquit *Amrus*, est de quo statuere non possum, Illud [petis] de quo ego quid in mandatis dare non possum, nisi post veniam ab Imperatore fidelium *Omaro Ebno'lchattab* impetratam. Scriptis ergo ad *Omarum* literis, notum ei fecit, quid dixisset *Johannes*, perlataeque sunt ad ipsum ab *Omaro* literae, in quibus scripsit. Quod ad libros quorum mentionem fecisti: si in illis contineatur, quod cum libro Dei conveniat, in libro Dei [est] quod sufficiat absque illo; quòd si in illis fuerit quod libro Dei repugnet, neutiquam est eo [nobis] opus, jube
Bibliothecae Alexandrinae fatum. igitur è medio tolli. † Jussit ergo *Amrus Ebno'lAs* dispergi eos per balnea *Alexandriae*, atque illis calefaciendis comburi: ita spatio semestri consumpti sunt. Audi quid factum fuerit & mirare. E
Paulus Aegineta Medicus. medicis autem qui hoc tempore floruerunt fuit *Paulus Aegineta Medicus* suo tempore celebris: Insigniter autem peritus fuit in mulierum morbis, multùmque illis curae impendit. Convenire ipsum

solebant

solebant obstetrices, & eum de rebus, quæ mulieribus post partum acciderent consulere, quibus respondere dignabatur, & quid facerent in iis de quibus quæsierant indicare; unde eum *AlKawabeli* [q. Obstetricium] appellârunt. Scripsit librum de Medicinâ in novem distinctum tractatus, quem transtulit *Honain Ebn Isaak*; & librum de affectibus mulierum. Ex illis etiam fuit *Magnus* qui inter Medicos recensetur, at non vidimus quicquam ab eo conscriptum. Dyn. IX. Magnus Medicus.

Othman Ebn Affan, qui & cognominatus est *Abu Omar*. Inauguratus est dies duos ante finitum mensem *Dulhejjam* anni *Hejræ* vicesimi tertii. Fertur † cum pugione percussisset *Abu-lulua Omarū*, exirétque de vulnere ejus lac quod bibisset, dixisse illi adstantes, Præcipe cui velis ut sit post te Chalifatus, eúmque respondisse; Si in vivis esset *Salemus*, non est quem illi parem judicatem. Dictum est illi [quod ad] istum *Alim Ebn Abitalib*, nôsti ejus [cum *Mohammede*] affinitatem, & fortitudinem, & præstantiam. Dixit, Inest illi *Doábaton*, i. e. scurrilitas. Dictum est, De *Othmano Ebn Affan* Quid existimas? Dixit, Propensus est ille in affines suos. Dictum est illi, Quid ergo de isto *Alzobairo Ebno'l Awam*, adjutore Prophetæ? Dixit, Avarus est. Dictum est, Quid ergo de isto *Saado*? Dixit, Eques est *Meknab*, i. e. turmæ; denotat enim *Meknab* Equites numero inter triginta & quadraginta. Dictum est, Quid ergo de isto *Telha* nepote *Abubecri Assadik*? Dixit nisi inesset illi *Baon*, i. est, superbia & fastus. Dictum est, Quid ergo de filio tuo? Dixit, Satis est ut exigatur ratio ab uno è familiâ *Chettabi* de negotio Imperatoris Fidelium. Verùm hoc negotiū, ut de eo intra triduum deliberetur, sex committo, viz. *Othmano*, & *Ali*, & *Telha*, & *Alzobairo*, & *Abu Obeida*, & *Saado Ebn Abi Wakkas*. Cùm ergo sepultus esset *Omar*, accedens *Abu Obeida* ad *Alim Ebn Abi Talib*, Túne, inquit, es cui fidelitatem paciscar, ut agas juxta librum Dei & leges Prophetæ ejus, & constitutiones duorum Seniorum? Dixit, Immò quod ad librum Dei, & legem Prophetæ ejus: quod autem ad constitutiones duorum Seniorum meo utar consilio. Tum accedens ad *Othmanum* illi dixit, Túne es cui obsequium promittam, ut agas juxta librum Dei, & constitutiones duorū Seniorum? Respondit, Ita hercle. Illum ergo *Abu Obeida*, & reliquus cœtus comprobarunt. Primum quod captum est, † eo ad Chalifatum evecto, fuit Othman Chalifa. p. 182 p. 183

Dyn. IX. *Maho'l Basora*, & quod reliquum erat de finibus *Aspahana* & *Raja* ductu *AbuMusa Alash'arii*. Tum misit *Othmanus Abdallam Ebn Amer Estachram*, in quâ erat *Yazdejird*; qui cum *Darabajirdum* profectus esset, *Abdalla Majashceam Ebn Ma'sud* ad ipsum indagandum misit. Ille autem per desertum transiens donec pervenisset *Carmanam*, *Sejestani* viam cepit in *Sinam* tendens. Pervenit ergo *Mojashea Sejestanum*, deinde reversus, cùm *Yazdejirdum* non assequeretur, rediit in *Persiam*. Increvit ergo metus *Yazdejirdi*, adeò ut *Tarchanum Turcam* in auxilium sibi accerseret; at cùm venisset, vilipendit & repulit, ob verba quædam quæ de eo loquuti sunt *Turca* quidam. Redeuntibus autem istis *Mahwa* Præfectus *Meraw*, qui odia occulta in *Yazdejirdum* gesserat, ad *Tarchanum* misit, ut in ipsum reverteretur suadens; Ego siquidem, inquit, tibi opem feram: Rediit ergo *Tarchan* contra *Yazdejirdum*, qui cùm urbem petens fugeret, occurrens illi *Mahwa* penitus [ipsius copias] dissipavit. Dicitur porro *Yazdejird*, cùm ad molam in quâdam è villis *Meraw* pervenisset, dixisse molitori, Absconde me, & erunt tibi [præmium] baltheus meus, & armillæ meæ, & annulus meus: regessisse autem virum istum, Quatuor drachmarum mercede in singulis diebus locatur mola, quas si mihi dederis cessare illam sinam, sin minus, nequaquam. Dúmque ille cum eo colloqueretur, ecce supervenientes Equites morte illum affecerunt.

Yazdejird R. Persiæ fugit. — *occisus est.*

Porro *Othman* submoto *Amro Ebno'l As* præfecit *Alexandriæ Abdallam Ebn Masud* fratrem ejus uterinum, qui *Africam* invasit. Invasit etiam *Moawias Cyprum* & *Ancyram*, † quas & deditione cepit. Deinde ægrè quædam tulerunt homines in *Othmano*, inter quæ nimia erga propinquos propensio fuit. Reduxit siquidem *Hacemum Ebno'l As Ebn Omaihi*, quem ablegaverat Propheta, & *Abdallam Ebn Chaled* quadringentis nummorum millibus donavit, deditque *Hacemo* centum nummorum millia. Cumque Imperio præfectus suggestum ascenderet, in fastigio ejus consedit, ubi sedere solebat Propheta; cùm *AbuBecr* infra illum gradu uno, *Omar* autem duobus sisteret, ita ut de his sermones inter se miscerent homines, [eúmq;] calumniis afficerent. Tum oratione habitâ dixit *Othmanus*, Istæ Dei facultates sunt; cuicunque mihi libuerit, illas impertiam, & à quocunque mihi libuerit cohibebo, & cui hæc bilem moverint, dejiciat

Muslemii *Africam invadunt*, Cyprum *et* Ancyram *capiunt*. † p. 184.

dejiciat illum Deus. Cúmque surgens *Omar Ebn Yaser* diceret, Ego primus sum cui bilem hæc concitent, irruentes in eum *Banu Ommia* verberibus exceperunt, donec animi deliquium pateretur: quam obrem irâ commoti *Arabes*, cœtu convocato, *Parasanga* à *Medinâ* spatio castra fixerunt, & ad *Othmanum*, qui ipsum alloqueretur objurgarétque, miserunt, monerétque, ut quod æquum esset faceret, aut se imperio abdicaret. Porro maximè omnium adversùs *Othmanum* obliqui erant *Telha*, & *Zobair*, & *Ayesha*; ad quos literas dedit, quibus profiteretur se ab omnibus quæ ipsi indignè ferrent destiturum, & ad Deum pœnitentiâ rediturum: quibus tamen ipsi cùm non auscultarent, & viginti diebus ipsum obsidione cinxissent, scripsit ille *Ali*, Vísne interfici patrui tui filium, & diripi regnum tuum? respondit *Ali*, Minimè verò: misitque *Hasanum* & *Hosainum*, qui januam ipsius custodirent. *Mohammed* autem *Ebn Abi Becr* cum duobus aliis *Othmani* murum conscendit; quorum unus † venas illi jugulares mucrone sagittæ lato incidit, alter ipsum interfecit, *Alcoranum* in gremio habentem. Factum est autem hoc decimo die *Dulhejja* anni tricesimi quinti, cùm Chalifatus ejus annorum ferè duodecim fuisset, ætas plusquam octoginta. Dyn. IX. p. 185. Othmani cædes.

Ali Ebn Abi Taleb. Interfecto *Othmano*, congregati quidam tum è *Mohajerinis*; tum ex *Ansariis*, inter quos fuerunt *Telha* & *Zobair*, ad *Alim* ipsum inauguratum accesserunt. Dixit autem *Ali Telhæ* & *Zobairo*, Si ita visum fuerit vobis, in obsequium meum jurate, sin malitis, ego in vestrum juraturus sum. Responderunt illi, Nequaquam; nos verò in obsequium tuum jurabimus: profecti igitur ad templum, in obsequium ejus jurârunt homines die Veneris vicesimo quinto *Dul Hejja* anni tricesimi quinti. Porrò primus jurantium erat *Telha*, qui cùm digitos contractos haberet, inde omen captans *Habib Ebn Dhowaib*, Manus mutila, inquit: Haud perfectum futurum est hoc negotium: Quàm convenit ipsum dissolvi! Renuerunt autem *Ali* fidem suam obstringere *Ommienses*, & *Merwan Ebno'l Hacem*, & *Said Ebno'l As*, & *Walid Ebn Akba*; ut & suam *Othmanidæ* è comitibus *Mohammedis*. Porrò *Ayesha* potestatem sibi in *Othmanum* sumserat, eúmque conviciis prosciderat, affectu in *Telham* propendens. Dum ergò accederet illa à peregrinatione rediens, occurrit illi Eques [quidam;] cui illa, Quid, inquit, novi? Respondente Ali Chalifa.

 illo,

Dyn. IX. illo, Interfectus est *Othman*, dixit, Quasi intueor homines fidem *Telhæ* obstringentes. Occurrit deinde alter; cui etiam dixit, Quid
p.186 novi? Respondente illo, Inaugurârunt homines *Alim*, dixit, †Hei *Othman*! non interfecit illum, nisi *Ali*. Certè unus è digitis *Othmani* tot ipsis similium, quot terræ regiones implerent, præstat. Dixit ergo illi quidam ex avunculis ejus, Certè tu prima fuisti, quæ ipsius fastigium declinare fecisti. Tu siquidem dicebas, Tollite è medio *Naathalum* istum, abnegavit siquidem fidem. Dixit, Illum ad pœnitentiam revocârunt, tum interfecerunt. (Est autem *Naathalus* nomen viri, cui barba prolixa fuit, cum ergo contumeliis & opprobrio afficeretur *Othman*, ipsi ob prolixitatem barbæ comparabatur.) Rediit deinde *Ayesha Meccam*, & in templo tentorium fixit. Porrò voluit *Ali Moawiam* à præfecturâ *Syriæ* amovere; suasit autem illi *Mogira Ebn Shaaba*, ut illum in præfecturâ istâ confirmaret, illum sc. eâ placatum iri. Et petentibus *Telha* & *Zobairo*, ut ipsos *Basoræ* & *Cufæ* præficeret, recusavit ille, dicens, Apud me manete, ut ornamento mihi sitis; ægrè enim fero discessum vestrum. Veniam ergò petierunt, ut *Meccam* religionis ergô visere ipsis liceret, quod concessit. Adierunt ergò *Ayesham*, & quæ *Othmano* facta sunt exaggeraverunt. Cùm autem audiisset *Moawias*, quid de *Ali* dixisset *Aysha*, & quomodo à fide ipsi pactâ recessissent *Telha* & *Zobair*, vires & audaciam majores assumsit, scripsitque ad *Zobairum*, [dicens,] Ego tibi fidem pacifcar, & post te *Telhæ*, *Cufam* verò è manibus vestris ne dimittatis. Porrò illis opem tulerunt *Ommienses*, aliique; unàque cum *Ayesha* profecti sunt, donec *Basoram* pervenirent, ubi cum *Ebn Hanifum* ipsi ab *Ali* præfectum prehendissent, crinibus avulsis & barbâ depilatâ dimiserunt: Qui ad *Alim* ten-
p. 187 dens, Barbatum (inquit) me misisti, jam verò †imberbis venio; cui *Ali*, Mercedem (inquit) & bonum [à Deo] consequaris. Interfectis etiam quinquaginta è Gazophylacio præfectis, opes diripuerunt. Cùm ergo ad *Alim* delatum hoc esset, ille *Medinâ* egressus cum nongentis viris profectus est, & ad ipsum accesserunt è *Cufâ* sex
Prælium Choraibæ. hominum millia, commissumq; est prælium *Choraiba*, prodeunte populo ad pugnam, qui cum Camelum, super quo *Ayesha* in sellâ muliebri erat, [in medio] statuissent, bello certatum est. Tum prodiens *Ali*, accersitisque *Zobairo* & *Telhâ*, dixit *Zobairo*, Quid te

ad

ad hoc impulit? Respondit, Quòd te hoc imperio indignum viderim. Dixit etiam *Telha*, Num ad pugnam produxisti uxorem Prophetæ, tuam verò domi clausam tenuisti? annon mihi fidem pacti estis? Responderunt, Pacti sumus, dum gladius collis nostris immineret. Prodiens autem *Saadiensis* quidam è sociis *Alis*, elatâ quâ potuit voce exclamavit, Heus Mater fidelium, certè cædes *Othmani* minoris momenti fuit, quàm ut tu domo tuâ egredereris camelo isto maledicto vecta; erat siquidem tibi à Deo in operimentum & Asylum; at jam Secreti tui [velum] dirupisti, & Asylum tuum commune fecisti: deinde dimicantibus hominibus ex acie subduxit se *Zobair*, quem sequutus *Omar Ebn Jormuz* ipsum ad loricæ fissuram transfixit. *Telham* autem sagittâ, quæ in ipsum inciderat, transfixum, ponè se equo imponens puer ipsius *Basoram* asportavit, ibique ipsum in domo quâdam incultâ deposuit, ubi mortuus est. Porro post interfectos nonaginta viros ad Capistrum Cameli incepit *Ayesha* exclamare, * *AlBakia*, *Albàkia*. Clamavit ergò *Ali*, Suffragines Camelo succidite; qui cùm percutiente eum quodam decidisset, delata est sella in locum quendam, †erinaceo jam similis præ telis ei inhærentibus: accedens autem *Ali*, donec prope eam subsisteret, dixit *Mohammedi* filio *Abu Becri*, Vide num vivat illa, necne. Cui ergo, caput suum in lecticam intromitenti, dixit illa, Quis tu? respondit, Frater tuus obsequiosus, regessit illa, [Imò] rebellis. Dixit, Heus Soror, contigitne tibi aliquid [mali?] Respondit, quid tuâ refert? Tum ingressus est *Ali Basoram*, & postquā ejus incolas reprehendisset, egressus est indè *Cufā*. At cùm jam *Moawiæ* nunciatum esset, quid in isto prælio contigisset, *Syriæ* populum ad bellum & requirendum *Othmani* sanguinem incitavit. Inaugurârunt ergò illum *Amirum* non Chalifam; cúmque misisset *Ali* ad *Moawiam* nuncium, qui illum ad ipsius obsequium invitaret, recusavit [hoc facere.] Egressus est ergo *Ali Cufâ* cum septuaginta millibus hominum; pervenítque *Moawias* cum octoginta millibus, & in *Seffino*, qui locus est inter *Erakum* & *Syriam*, castra metatus est, præclusitque *Ali* vias, quæ ad *Eufratem* ducunt: misit ergo *Ali Ashtarum Nachaiensem*, qui ipsos pugnâ aggressus repulit, vicitq; juxta viam. Deinde manus conseruerunt quadraginta diebus, adeò ut occiderent ex *Erakiensibus* viginti quinque millia, &

Dyn. IX.

* i.e. *Residuum*, *Residuum*.

p. 188.

Prælium Seffini.

Dyn. IX. & è *Damascenis* quadraginta quinque mille. Tum progressus *Ali* dixit *Moawiæ*, quamdiu inter me & te interficientur homines, ad judicium coram Deo Opt. Max. te voco, ut uter nostrûm alterum interfecerit, confirmetur ipsi imperium. Dixit *Moawias* sociis suis, Novit neminem cum ipso ad monomachiam descendere, quin illum occiderit; jussitque, ut expansis Alcoranis, proclamarent,
p. 189. O *Erakienses* inter nos & vos liber Dei, ad eum vos vocamus. †Dixit *Ali*, Iste est liber Dei, & quis inter nos judicabit? Elegerunt ergo *Syri Amrum Ebno'l As*, *Erakienses* verò *Abu Musam Al Ash'arium*. dixit autem *Al Ahnef*, utique *Abu Musa* vir est minimè profundus, satis hebes, me velim loco ejus substituas, ut rem tibi firmiter perficiam, & sistam te quod ad hoc negotiũ ubi ipse cupias. Repudiârunt verò ipsum *Yamanenses*, & decretum scripserunt, ut judicarent duo [isti] judices librum Dei, & Traditionem, & Consensum, & tempus præfixerunt mensem *Ramadani*. Migravit ergo *Ali Cufam*, & *Moawias Syriam*. Cùmque ingressus esset *Ali Cufam*, defecerunt ab ipso duodecim mille è lectoribus *Alcorani*, qui clamarunt, Timuisti miseriam, & determinationi [rei] acquievisti, & homines judicio præfecisti, cùm dicat Deus, Non est judicium nisi Deo. Deinde convenerunt *Abu Musa Al Ashá'rius* & *Amrus Ebno'l As* ad judicium in loco qui *Meccæ*, & *Cufæ*, & *Syriæ* interjacet [transactis] octo mensibus post prælium *Seffinense*, & adduxerunt è sociis [*Mohammedis*] & iis, qui eos insequuti sunt, multos. Dixit verò *Ebn Abbas Abu Musæ* cujuscunque rei oblitus fueris, hujus nequaquam obliviscaris, *Ali* nullum inesse vitium, quod eum Chalifatu indignum reddat, *Moawiæ* verò ne unicam inesse virtutem quæ ipsum Chalifatu dignum faciat. Congregati jam ergo *Abu Musa* & *Amrus* ad judicium ferendum tentorium fixerunt, & dixit *Amrus*, convenit ut nihil dicamus, quin & idem scribamus, ne ab eo recedamus, accersitque Scribam, cui clam dixit, nomen meum præmittas.
p. 190. Accipiens ergo Scriba†chartam, postquã *Bismillah* &c. scripsisset, à nomine *Amri* incepit. Dixit autẽ illi *Amrus*, Dele illud, & nomen *Abu Musæ* præmittas, ipse enim mihi præstat, & dignus est qui præmittatur; (hoc autem fraude ab ipso factũ est.) Tum dixit, Quid dicis O *Abu Musa* de cæde *Othmani*: Respondit, Injuriâ profectò occisus est; dixit, Scribas heus puer. Tum dixit, O *Abu Musa*, Utique Reconciliatio

ciliatio populi, & cohibitio [effusionis] sanguinis potior est, quàm quod satagunt *Ali* & *Moawias*; si visum ergo fuerit, illis amotis præficias populo aliquem quem acceptum habituri sint *Moslemii*, quia sc. hoc quod fidei nostræ commissum est, graviter cervicibus nostris impendet. Respondit, Non est hoc improbandum; Dixit *Amrus*, Scribe heus Puer. Deinde sigillis suis scriptum hoc consignârunt, cúmque die crastino consedissent ad [ulterius in rem] inquirendum, dixit *Amrus*; O *Abu Musa*, jam submovimus *Alim* & *Moawiam* ab hoc imperio: nomines ergo illi [suscipiendo] quem velis. Cúmque jam multos nominâsset, nec ipsis acquiesceret *Amrus*, novit *AbuMusa* eum cum ipso ludere, dixitque: Itáne fecisti, heus Canis? maledicat tibi Deus. Respondit *Amrus*, Quin Tu, heus Asine, maledicat tibi Deus. Tum *Amrus*, Iste jam Dominum suum exuit [imperio,] atque ego etiam illum exuo, sicut annulum hunc manu meâ exuo; atque ita ab invicem recesserunt. Statuente ergò *Ali* adversus *Moawiam* proficisci, fidem suam ipsi obstrinxerunt sexagies mille usque ad mortem. Occupatum autem illum tenuerunt Rebelles & ipsorum oppugnatio. Incepit autem *Moawias* copias emittere in illas partes *quibus præerant *Alis* ministri, & ubique fecit incursiones: exercitum etiam misit *Meccam* & *Medinam*, quarum incolæ fidem suam ipsi obstrinxerunt. Conspirârunt deinde tres viri è rebellibus, † viz: **David*, **Barcus*, & *Ebn Moljam* de *Amro Ebno'l As*, & *Moawia*, & *Ali* è medio tollendis, quò liberarentur tandem homines Antistitibus in errorem [ducentibus.] *David* ergò *Mesram* perveniens & Oratorium ingressus, *Charejahum Ebn Haddhafa* percussum interfecit, illum *Amrum* fuisse ratus; atque ob hoc captus morte mulctatus est. *Barcus* autem *Damascum* petiit, ibique Oratorium ingressus *Moawiam* ita percussit, ut venam ipsi præcideret, quâ scissâ liberis gignendis ineptus redditus est. Prehensus ergò *Barcus* manibus & pedibus abscissis dimissus est, *Basorámque* adiit; ubi cùm uxorem duxisset, quæ ipsi peperit, dixit illi *Ziyad*, Nascentur tibi liberi, & *Moawiæ* non nascentur? ipsúmque decollavit. *Ebn Moljam* verò *Cufam* perveniens, cùm gladium suum veneno tinctum acuisset, abiens in Oratorio pernoctavit; quo ingressus *Ali* dum dormientes excitaret, *Ebn Moljam* veste obvolutum pede percussit. Cúmque jam ingeniculationes

Dyn. IX.

*al. *quæ ditionibus Alis adjacebant.*

p. 191

*al. *Dadswaih.*

Q duas

Dyn. IX. duas matutinas perficere incepisset, accedens ad ipsum *Ebn Moljam* vulnus ipsi *ad costas inflixit; ictu tamen qui lethalis non esset, sed vim suam exercuit venenum. Irruentes ergo in illum homines eum prehenderunt: dixit autem *Ali*, Nolite ipsum interficere; siquidem vixero, statuam ipse quid ei faciendum sit; sin morior, faciatis ei quid vobis libuerit. Vixitque tres dies, deinde mortuus est die *Veneris* decimo septimo *Ramadani*; & morte mulctatus est *Ebn Moljam*.

*al. in fronte.

Ali interfectus.

Albasan filius *Alis Ebn Abi Taleb*. Deinde inauguratus est *Albasan* filius *Alis Cufæ*; *Moawias* verò in *Syriâ*, in Templo *Iliæ*. Profectus est autem *Albasan* à *Cufâ* obviam *Moawiæ*, qui jam castra fixerat *Masceni*, regionis *Cufæ* [loco.] Venitque *Albasan Almadayenum* † præmisso sibi *Kaiso Ebn Saad* cum duodecim hominum millibus: præmisitque sibi *Moawias Basbarum Ebn Orta* inter quem & *Kaisum* commissum est prælium; deinde à pugnâ se cohibuerunt, *Albasani* adventum expectantes. Ferunt autem *Albasanum* conspecto quantum effunderetur sanguinis, & quàm atrocia patrarentur, dixisse, Non est mihi opus hoc Imperio: statui ergo illud *Moawiæ* tradere, ut ipsius collo, cum malis inde orituris & oneribus ejus incumbat. Cui *Albosain*, Per Deum, inquit, te obtestor, ne primus sis, qui Patrem tuum culpaverit, ejúsque consilium respuerit. Respondit *Albasan*, Necesse est ut hoc fiat. Misitque ad *Moawiam*, ut se illi Imperium traditurum indicaret; rescripsit illi *Moawias* Præmissis præmittendis, Tibi certè potius quàm mihi convenit hoc Imperium, tum affinitatis jure, tum alias ob causas; si ergò scirem te meliùs illud administraturum, & privilegia gentis hujus meliùs protecturum, & hostes fortiùs oppugnaturum, utique fidem meam in obsequium tui obstringerem; jam verò pete quid velis. Designatis ergò sibi opibus & prædiis, & securitate *Alis* asseclis petitâ, testibúsque huic rei adhibitis è *Mohammedis* sociis, subscripsit *Hasanus* libellum de tradendo Imperio. Cúmq; convenisset *Moawias Hasanum* ad stationis à *Cufa* distantiam, intrâssentque simul *Cufam*, dixit illi, Certè, *Abu Mohammed*, rem ejusmodi donâsti, quam ut donent non inducunt in animos suos homines: Surge ergò, & illud populo notum facias. Surgens ergò *Hasanus*, laudatóque Deo, & celebrato ejus nomine, dixit: Heus Populi, ope nostrûm

AlHasan *Chalifa.*

p. 192

Chalifatu se abdicat.

primi

primi direxit vos Deus [in viam rectam,] & opę ultimi nostrûm Dyn. IX.
sanguinis vestri effusionem cohibuit. Contendit mecum *Moawias* de re, quæ ad me magis quàm ad illum spectabat; sed visum mihi est homines à bello cohibere, eique illam tradere. Est enim huic rei spatium definitum, & mundus vicissitudinibus [obnoxius.] Quæ cùm dixisset, † considere illum jussit *Moawias*, odium ob ea p. 193
erga illum animo concipiens. Tum ipse ad populum concionem habiturus surrexit, dixitque, Ego iis conditionibus, quas pepigi, prospectum volui firmandæ concordiæ: cùm ergò jam effecerit Deus, ut idem dicamus, & dissidium, quod inter nos erat, sustulerit, omnes conditiones, quas pepigi, irritæ sunto. Tum surgens *Hasanus*, Quin ego certè opprobrium igni prætulerim; profectúsque *Medinam*, ibi substitit, donec diem obiit, anno *Hejræ* quadragesimo septimo. Erat autem Chalifatus ejus spatium, quinque mensium.

Moawias Ebn Abi Sofyan. Delatum est Imperium *Moawiæ* anno *Hejræ* quadragesimo, cùm præfectus sub *Omaro* & *Othmano* viginti annis fuisset: ubi autem tradidisset illi *Hasanus* Imperium, præfecit *Cufæ Almogiram Ebn Shaaba*, *Basoræ* verò & *Chorasano Abdallam Ebn Amer*, & *Medinæ Merwanum Ebn AlHakem*, ipse *Damascum* reversus, præfecit [ei] *Abdallam Ebn Hazem*. Porro mortuus est *Amrus Ebno'l As* in *Ægypto* ipso die Festi *AlPhatari*; oravitque super eo filius ejus *Abdalla*, deinde oravit cum populo orationem Festo propriam. *Moawias* verò, positis qui *Alis* asseclas diligenter perquirerent, eos ubicunque repertos, neci dedit. Porro anno *Hejræ* quadragesimo sexto, qui annus est nongentesimus octogesimus septimus *Alexandri*, misit *Sapor*, qui *Armeniam* vi ceperat, ad *Moawiam* Legatum nomine *Sergium*, auxilium ab eo contra *Græcos* petitum. Misit etiam *Constantinus* Rex Legatum ad *Moawiam Andream* Eunuchum, qui ex illi maximè charis erat: concessit autem *Moawias Sergio*, ut prior ingrederetur; † quo ingresso, ingressus est deinde *Andreas*, quem ubi conspexit *Sergius*, ei utpote Magnati assurrexit. Corripuit autem eum *Moawias*, dicens, Si metum tibi incussit Servus, quid facturus est Dominus ejus? cui *Sergius*, Fefellit me mos. Tum rogante *Moawiâ Andream*, Quam ob causam huc venisti? Respondit ille, Misit me Rex, nè autem

Margin notes: obiit. (beside "Medinam … quadragesi-"); Moawias Chalifa. (beside "Moawias Ebn Abi Sofyan"); moritur Amrus Ebno'l As. (beside "mortuus est Amrus"); p. 194 (beside "concessit autem")

Dyn.IX. aurem præberes dictis Rebellis hujus, neque eodem in loco apud te essent Rex & Verna; cui *Moawias*, Omnes ex æquo nobis inimici estis, & uter vestrûm plus nobis dederit, illum protecturi sumus: quibus auditis exiit *Andreas*, ac rursum crastino die accessit. Prius autem ingressus *Sergius* intranti *Andreæ* non assurrexit; quare convitiis eum afficiens *Andreas*, Heus spe destitute (inquit) méne vilipendis? Regerente autem in eum *Sergio* convitia qualibus excipi solent Cinædi, dixit *Andreas*, Postea videbis. Dein cùm *Moawiã* eodẽ modo quo priùs affatus esset, respondit *Moawias*, Si integros ditionis vestræ reditus nobis concesseritis, vobis regni nomen relinquemus, sin minus vos eo pellemus. Cui *Andreas*, Quasi verò credas *Arabes* corpus esse, *Græcos* umbram; à Domino Cœli auxilium petimus. Tum impetratâ discedendi veniâ per *Malatiam* transiit; ubi limitum præfectis præcepit, ut *Sergio* insidias in viâ struerent, eúmque prehensum *Malatiam* adducerent, & abscissos illi testiculos collo appenderent, *itáque dimitterent: quod & illi fecerunt. Fertur autem *Moawiam* primum fuisse qui sedens concionaretur, quòd ventre prominentiori, & corpore obesiori esset; primúmque qui Concionem Precibus præmitteret, metuens ne discederent ab ipso homines, antequam illud quod in mentem illi venerat dixisset. Tum †vi adegit *Medinenses* & *Meccenses*, ut fidelitatis juramentum *Yazido* filio suo præstarent. Jurârunt etiam *Syri* in ejus obsequium: deinde mortuus est *Moawias Damasci*, mense *Rajebo* anno sexagesimo, annos natus octoginta. Fidem autem suam obstrinxerunt *Damasceni Yazido* filio *Moawiæ*.

*al. tum oculos ei eruerent. al. tum clavis eum affigerent.

P. 195

Moawias moritur.

Yazid Chalifa.

Yazid filius *Moawiæ*. Mortuo *Moawiâ Alwalid Ebn Utba Ebn Abi Sofyan Medinæ* præfectus accersitos noctu *Hosainum Alis* filium, & *Abdallam* filium *Zobairi*, certioréſque de morte *Moawiæ* factos, ad fidelitatis juramentum *Yazido* ejus filio præstandum provocavit. Responderunt illi, Nostri similes secretò ad juramentum præstandum non adiguntur; verùm ubi manè surrexerimus. Itaque noctu elapsi, & *Meccam* profecti, obsequio ejus se addicere abnuerunt. Quo audito, sc. recusare illos fidem suam *Yazido* pacisci, accersiverunt *Cufenses* per literas *Hosainum*; qui cùm *Moslemum* filium *Okails* filii *Abu Talebi Cufam* misisset, ut ab ejus incolis jusjurandum exigeret, congregati ad eum multi ex *Alis* asseclis *Hosaino* fidem

fidem pacti sunt. Cujus rei fama cùm ad *Obaid Allam Ebn Ziyad*, Dyn. IX
qui tum *Basoræ* erat, pervenisset, rectò ille *Cufam* contendit; cui obviam euntes *Alis* Sectarii, ei pugnam intulere, donec se in arcem recepisset, ejúsque januam occlusisset. At cum ingruente jam vespere recessissent à *Moslemo* homines misit *Ebn Ziyad* clam mille equites, qui manus illi injicientes sublato inter pinnas arcis caput præciderunt. Quo audito, cùm *Medinam* redire conaretur *Hosainus*, misit contra illum *Ebn Ziyad Alharrum Ebn Yazid* † *Altamimiensem* cum mille equitibus, qui *Hosaino* **Robalæ* reperto dixit: p. 196.
Mihi in mandatis datum est, non ut te è medio tollam, sed ut *Cufam* adducam; quo si ire recusaveris, viam capias, quæ nec *Cufam*, nec *Medinam* ducat, donec ipse ad *Ebn Ziyad* scribam. Deflexit ergo ille ad sinistram à viâ *Odhaibi* & *Kadesiæ*, unà eunte *Alharro*. donec *Gaderiam* perveniret; ubi cùm castra posuisset, venit ad eum *Omar Ebn Saad Ebn Abi Wakkas* cum quatuor hominum millibus, unáq; *Shomar Dhu'l joousho*, qui castra posuerūt inter binos *Cerbalæ* fluvios, atque intercesserunt inter eos, & *Hosainum* Legati. Prohibuerúntque eum, & qui cum ipso erant ab aquâ, ne quod biberent, haberent. Manum ergo cum illis conseruit die decimo mensis *Moharrami*, qui in diem Veneris incidit, habens secum è domesticis suis novendecim homines; atque interfectus est *Hosain* siti oppressus, unáque occiderunt ex *Alis Ebn Abi Taleb* filiis septem, & *Hosaini* filii tres: nam *Ali Hosaini* filio, eò quòd ægrotaret, pepercerunt; & ab illo oriundi sunt, quotquot ab *Hosaino* in hunc usque diem genus ducunt. Unà etiam occiderunt è comitibus ejus octoginta septem homines. *Alim* autem *Hosaini* filium, unà cum mulieribus & filiabus ipsius, ad *Ebn Ziad* adduxerunt; quem ferunt capite *Hosaini* in catino posito, faciei ipsius virgulâ notas impressisse, dicentem, Nunquam se faciem adeò pulchram vidisse. Tum ipsum liberósque ejus ad *Yazidum* filium *Moawiæ* misit, qui uxores filiásque ejus ad Templi gradus, ubi sisti solent captivi, stare jussit, ut ab omnibus conspicerentur. Occisus est autem *Hosain* Anno *Hegiræ* sexagesimo primo, die decimo *Moharram*, qui in diem Veneris incidit, cùm annos natus esset † quinquaginta *octo, & capillos jam nigredine tingeret. Deinde misit *Yazid* familiam & filias ipsius *Medinam*. p. 197.
A *Raphidinis* [*Alis* Sectariis] his narrandis hyperbolica & miranda

* forf. le-gend. Zobalæ, vel Cerbalæ.

Hosaini cædes.

* al. quinq;

Dyn. IX. multa traduntur. Porro cùm jam morti propinquus esset *Yazid* filius *Moawiæ*, filium suum *Moawiam* Imperatorem renuntiavit; mortuúsque est, cùm annorum esset triginta octo, regnasśétque annos tres, & octo menses.

Moritur Yazid.

Moawias f. Yazidi Chalifa.

Moawias Ebn Yazidi. Mortuo *Yazido* delatum est Imperium ad filiū ipsius *Moawiam*, qui Sectâ *Kadarius* fuit, utpote quam ab *Omaro* Almaksuso edoctus est, & pro verâ habuit. Cúmque illi fidem paciscerentur homines, *Almaksusum*, quid agendum sentiret, rogavit: ille, Vel ut justè agas (inquit) vel ut Imperio te abdices. Habitâ ergò concione populum sic allocutus est, Avus meus *Moawias* Imperium viro, qui ipso dignior esset, abstulit; quod deinde obtinuit Pater meus, nec ipse satis dignus: Ego verò nolo, ut cum Deo occurram, rationem de vobis reddendam habeam; vós ergò videritis, & Imperio vestro quem libuerit, præficiatis. His dictis descendit, séque occlusâ sibi januâ ad Dei cultum subduxit, donec peste correptus obiret cùm imperâsset dies viginti. *Ommienses* autem, impetu in *Almaksusum* facto, Tu (inquiunt) ipsum corrupisti, itáque docuisti; vivumq; defoderunt. Porrò *Ebn Zobair*, ubi obiisset *Yazidus*, pellectis in obsequium suum hominibus, & vendicato sibi Chalifatu, *Hejazum*, *Irakum*, *Chorasanum*, Yamanum, *Ægyptum*, & *Syriam*, exceptâ *Oroddanâ* occupavit.

Merwan Chalifa. p. 198.

† *Merwan Ebn Hacem.* Juratum est in obsequium ejus in *Oroddana* Anno sexagesimo quarto. Primus hic fuit, qui Chalifatum gladio cepit; adversus quem profectus *Aldahakus Ebn Kais*, cùm in *Marjo Rahto*, *Gutæ* [vallis] *Damascenæ* locō, manus conseruissent, occisus est. Porro etiam *Soliman Ebn Horad Chozaensis* cùm quatuor Sectariorum millibus, qui *Hosaini* sanguinem reposcerent, *Cufá* egressus est; cui in occursum à *Merwano* missus est *Obaidalla Ebn Ziyadi*: qui cum in [loco dicto] *Ras Aln* congressi essent, occiso *Solimano* dissipati sunt ipsius socii. Obiitque *Merwan Damasci*, cùm imperium septem menses & dies aliquot tenuisset: *Syri* autem in Abdo'lMalcci ipsius filii obsequium jurârunt.

Sectio.

Maserjawaih Medicus.

Refert *Ebn Jaljal Andolosenus Maserjawaihum* Medicum *Basorensem*

sem, linguâ *Syrum*, religione *Judæum* fuisse. Atque is fuit, qui *Ahronis* Presbyteri Pandectas Medicas in linguam *Arabicam* sub *Merwano* transtulit. Porro narrat *Jobus AlHacemi* filius se unà cum *Maserjawaiho* sedente accedentē *Chuzensem* quendam dixisse, Morbo, quali non alius quispiam, affectus sum: rogatumque de morbi naturâ, respondisse, Manè surgenti oculi caligant, viscera autem perinde ac si canis lamberet affici sentio, neque aliter se habere, donec aliquid gustaverō; sumpto autem cibo quiescunt usque ad meridiem, quo tempore idem iterum patior, donec sumpto rursum cibo sedetur malum; cui sub tempus precum vespertinarum non aliud invenio remedium, quàm ut cibum denuò capiam. [Quibus auditis] dixisse *Maserjawaihum*, O † exosum Deo morbum; qui tam malè sibi consuluit, ut se infimæ sortis homuncioni adjungeret! quàm vellem, ut in me ac liberos meos transferretur, vel si dimidio facultatum mearum redimendum esset, quod tu pateris! Dicentéq; *Chuzensi*, se non intelligere quid vellet, respondisse *Maserjawaihum*, Hoc certè sanitatis est, quâ tu minimè dignus, quámque rogatum velim Deum ut in alium te eâ digniorem transferat. Dyn. IX. p. 199.

Abdo'lMalec Ebn Merwan. Chalifa renunciatus est in *Syriâ* Anno sexagesimo quinto. *Ebn Zobair* autem fratrem suum *Mosaabum Irakum* misit, cui cùm *Basoram* venisset, detulerunt incolæ ejus obsequium, atque ita utrumque *Irakum* occupavit, donec prodeunte adversùs eum *Abdo'lMaleco EbnMerwan*, eique in [loco cui nomen] *Sacan* obviam factò, occisus est; atque ex eo *Irakum* in potestatem *Abdo'lMaleci* redactum. Satellitum ei præfectus fuit *Hejajus Ebn Yusef*, cujus de solertiâ in rebus gerendis & fortitudine vidit, quod miratus est. Reversum autem in *Syriam*, neque de alio jam quam *Ebno'lZobairo* sollicitum adiens *Hejajus*, Me (inquit) contra illum mittas: visus siquidem in somnio sum, me occiso illi cutim detraxisse. Missus ergo ipsum interfecit, pellémque ipsi detractam paleâ suffertam patibulo affixit. Fuit autem dissidium, ab *Ebn Zobairo* factum, novem annorum, à morte sc. *Moawiæ*, usque ad annum sextum imperii *Abdo'lMaleci* exactum. Præfecto deinde *Hejajo* regionibus *Hejazi* & *Yamamæ*, *Meccenses Abdo'lMaleco* fidem pacti sunt. Ipse autem *Hejajus* ingens quædam Calamitas *Irakiensibus* à Deo immissa existimabatur; qui cùm *Cufam* venisset die quodam Tem- Abdo'lMalec Chalifa. Hejaji crudelitas.

plum

Dyn. IX. p. 200. plum ingressus, & ascenso suggesto, ubi paululum quievisset, † exurgens, Videor mihi (inquit) O *Iracenses* videre capita jam matura, & instare colligendi tempus, meque in ea jus habere, quinetiam cydares & barbas sanguine aspersas intueri.

Porro anno *Hejræ* septuagesimo, qui *Alexandri* millesimus est, copias instruxit *Justinianus* Imperator *Græcorum* contra *Moslemios* qui *Syriam* occuparant: & pacem cum eo inivit *Abdo'lMalec*, hac conditione, ut quolibet die Veneris (vel, ut alii, quolibet die) mille aureos ipsi penderet, unà cum equo & servo. Anno autem octogesimo tertio condidit *Hejajus* urbem *Wasetam*. Et octogesimo sexto obiit *Abdo'lMalec Ebn Merwan*, qui dicere solebat, Mortem timeo in mense *Ramadani*, eo siquidem natus sum, eo ablactatus, eo *Alcoranum* edidici, eoque inauguratus sum. Mortuus est medio mensis *Shewâli*, cùm jam mortis periculo defunctus sibi videretur, annos natus sexaginta, cùm à cæde *Ebno'lZobairi* annos tredecim imperâsset.

Obitus Abdolmaleci

Sectio.

Theodocus & Theodunus Medici. Inter eos quos obsequio suo addictos habuit *Hejajus*, fuere *Theodocus* & *Theodunus* Medici. Porro *Theodoco* discipuli fuerunt illustres qui post illum claruerunt; nonnulli etiam usque ad *Abbasidarum* imperium superstites, uti *Phorat Ebn Shohnathæ*, qui sub *Mansore* floruit. *Theoduno* autem Syntagma magnum est, quod in gratiam filii sui composuit. Illum ferunt *Hejajo* die quodam, cùm ad ipsum accessisset, roganti, Quodnam esset contra luti esum remedium; respondisse, Generosus instar Tui animus, ô Imperator; quo audito, abjecisse *Hejajum* lutum, neque illud unquam postea gustâsse.

Phorat Medicus.

Alwalid Chalifa. *AlWalid Ebn Abdolmelec.* Hic ubi ad Imperium evectus esset, provinciarum procuratoribus præfecturas suas confirmavit. Eo p. 201. † imperante *Katiba Ebn Muslem* in regiones trans fluvium [*Gihonem*] sitas profectus *Turcis*, & *Sogd*, *Shash*, & *Phargana* incolis, qui conflato exercitu quatuor menses eum inclusum detinuissent, in fugam versis, *Bocharam* cepit. Inde progressus est, donec ad *Samarcandam* castra poneret, quam & deditione cepit. Eo quoque imperante diem obiit *Hejajus*, Pthisi (ut fertur) confectus, fugiente etiam eum somno ac quiete. Cùm jam morti propinquus esset, Astrologorum

Obitus Hejaji.

gorum quendam, qui ipsi aderat, rogavit, Ecquid Regem aliquem vitâ statim excessurum videret? ac dicente eo, Ita, video moriturum Regem, nomine *Colaib*; respondit, Ego certè sum iste *Colaib*, hoc nomine me appellavit Mater mea. Regerente Astrologo, Te ergo certò moriturum indicant stellæ; Te, inquit, mihi præmissurus sum: eúmque capite mulctari jussit. Obiit ergò *Hejajus*, annos natus quinquaginta tres, cum provinciis *Hejazi* & *Eraki* viginti annos præfuisset, & virorum illustrium & primariorum centum & viginti millia, præter è plebe [alios,] & qui in bello ceciderant, morte affecisset; mortuis insuper in ipsius carcere virorum quinquaginta, fœminarum triginta millibus. Dyn. IX.

Porrò vitâ excessit *Walid* anno nonagesimo sexto, cùm annos novem & menses octo imperâsset. Extruxit hic Templum *Damascenum*, Ecclesiâ, quæ eo in loco steterat, dirutâ; quinetiam Templum *Medinense*, & Templum [*Hierosolymitanum*] * *Al Aksa* [vocatum.] Leprosis, quos stipem rogare vetuit, ipse prospexit: claudis singulis servum, cæcis ducem assignavit. *Christianorum* Scribis ne ampliùs *Græcè*, sed *Arabicè*, libros [rationum] exararent, interdixit. Expugnata † ipso imperante *Hispania*, *Cashgora*, *India*. Cùm ad *Olitoris* pergulam inter transeundum aliquando subsisteret, olerum fasciculum prehendens, Quanto, inquit, hunc vendis? dicentéque illo, Minuto; Adde, inquit, aliquid. Ædificiorum, piscinarum, arvorúmque ordinandorum, peritus erat. Sermone rudem, & Grammaticæ prorsus imperitum perhibent; adeò ut *Arabi* cuidam ad eum ingresso, qui affinitatis necessitudinem prætexeret, dixerit, *Man Chatanac*, [quod sonat, Quis te circuncidit?] Quo respondente, Medicus nescio quis: Non hoc quærit Princeps, (inquit *Soliman*) sed *Man Chatanoc*, [i.e. Quis tibi Socer?] Tum *Arabs*, *i Sâra*, inquit, ac simul Soceri sui nomen protulit. Hoc ergò nomine à Patre suo *Abdo'lMalec* reprehensus, dicente, Non imperaturum *Arabibus* nisi qui eorum linguam calleret, adscitis artis Grammaticæ peritis domi se inclusum sex menses continuit; quibus exactis, imperitior quàm ingressus est exiit. Tum Pater, Excusatione, inquit, dignus est.

Al Walid moritur.

* i.e. ulterius.

Scribæ Christiani prohibentur Græcè scribere.

† P. 202. Hispania, Cashgora, India expugnatæ.

Soliman Ebn Abdo'lMalec. Anno nonagesimo sexto inauguratus est *Soliman Ebn Abdo'lMalec*, eodem die quo vitâ excessit frater ipsius

Soliman Ebn Abdo'lMalec Chalifa.

Dyn. IX. ipsius *AlWalid.* Vir, ut ferunt, erat egregius, & eloquens, [utpote qui] in deserto apud avunculos suos *Abbasidas* educatus fuerat. Vi atque injuriâ ablata restituit, Mercatoribus hospitium præbuit, Incarceratos dimisit. Porro anno nonagesimo octavo, qui est *Alexandri* millesimus * vigesimus septimus, misit *Soliman* exercitum cum fratre suo *Moslema* versùs *Constantinopolin*; qui eo usque profectus cum centum & viginti hominum millibus, trajecto freto urbem obsidione cinxit: qua in angustias redacti incolæ † miserunt ad *Moslemam*, qui ei in singula capita aureum pollicerentur; nolente autem illo urbem nisi vi [atque armis] capere, pacti sunt *Græci* cum *Leone Patricio* se ad illum, si ab ipsis *Moslemiorum* exercitum repelleret, imperium delaturos. Ille, ubi de pacto cavisset, ad *Moslemam* se contulit, sibíque ac suis incolumitate impetrata, pollicitus est se urbem in illius potestatem redacturum: hoc tamen effectum dari non posse, donec ab ipsis se subduceret, quò securi essent, deinde ipsos denuo aggrederetur. Profectus ergo *Moslema* secessit in villam quandam. *Leo* autem ingressus Diadema induens solio regali insedit, decedente Imperatore *Theodosio*; qui & vestes laneas assumens in Ecclesia quadam cultui Dei se addixit. Quia autem *Moslema*, cùm *Constantinopolin* accederet, Equitum unumquemque duos frumenti modios, equi sui tergo ponè se [impositos,] eò afferre jusserat; *Leo*, ubi urbem ingressus esset, subducto *Moslema*, naves viróque paravit, qui noctu frumentum illud abstulerunt, nihilo quod memoratu dignum est relicto, dein manè ad pugnam instructus apparuit: atque ita *Moslemam* dolo circumvenit, quali si [decepta] esset vel mulier, vituperio digna censeretur. *Moslema* ergò, hoc audito, reversus juxta *Constantinopolin* triginta menses sedit, hyeme ibi atq; æstate insumptis, donec sementem facerent homines; passis interim ipsius militibus, quæ non aliàs passus est exercitus, adeò ut timeret quis è castris solus prodire, præ *Bulgaris* quorum exercitum conduxerat *Leo*, nec non *Francis*, qui in navibus aderant, *Græcisque* qui ipsos intus oppugnabant: quin & jumentis, † & pellibus, arborúmque radicibus & foliis vescebantur. *Soliman Ebn Abdi'l Malec* autem *Dabeki* subsistens, adventante hyeme ipsis suppetias ferre non potuit, donec moreretur decimo ante finitum mensem *Safarum*, anno [*Hejræ*] nonagesimo nono. Discedens ergo

Con-

[Margin notes:]
*al trigesimus septimus.
Constantinopolis obsessa.
p. 203.
Theodosio cedenti in Imperio succedit Leo.
p. 204
Moriente Solimane Constantinopolis obsidione liberatur.

Constantinopoli Moslema reversus est. Fuit Chalifatus ipsius [*Solimanis* sc.] annorum duorum & octo mensium. Fidelitatis juramentum filio suo *Iyobo* ut successori præstari jusserat, quo ante ipsum mortuo, *Omarum Ebn Abdil-Aziz Ebn Merwan Ebni'lHacem* in locum ejus substituit. Cùmque *Solimani* morti jam vicino diceretur, Manda [quid velis;] respondit ille, Filii mei juniores sunt, felix est cui sunt grandiores. Dyn. IX.

Omar Ebn Abdi'l-Aziz. Cùm in Chalifatum suffectus esset *Omar Ebn Abdi'l-Aziz*, eique præstitum fidelitatis juramentum, conscenso suggesto reddi jussit injuriâ ablata, ac omitti maledictionem familiæ [*Mohammedis*,] quam maledictis incessere consueverant in suggestis; incitans ad pietatem & concordiam, [dicens,] Non est mihi hodie, per Deum, in quemvis religionis *Moslemiticæ* cultorem, ira, sed in peccandi licentiam & injustitiam: deinde veste suâ in Eleemosynam datâ descendit. Obiit autem *Omar Ebn Abdi'l-Aziz* mense *Rajebo*, quinto ante eum finitum die, anno centesimo Primo. Dies viginti ægrotavit, cùmque malè se habenti diceretur, Quid si medicamenta adhibeas? respondit, Si sanari possem vel aurem ungendo, nequaquam eam ungerem: Optimus est ad quem abeatur, Dominus meus. Mortuus est in cœnobio *Simeonis*, ibidémque sepultus. Chalifatu functus est annos duos & quinque menses: vixit annos triginta tres. Inquit *Moslema Ebn Abdi'l Malec*,† cùm ad *Omarum Ebn Abdi'lAziz* ipsius visendi gratiâ ingressus essem, erat ecce ipse in lecto è villis [palmarum,] cervicali è pellibus supposito, veste obtectus, labiis flaccidis, colore livido, interula spurca amictus; dixi ergo sorori meæ *Phatemæ*, quæ ipsius uxor fuit, Vestes Imperatoris Fidelium lavate. Faciemus, inquit illa. Deinde reversus cùm interula eodem modo se haberet, Annon, inquam, jussi vos interulam ipsi lavare? respondit illa, Certè non est illi altera. Laudato ergo Deo, flevi, dixíque, Misereatur tui Deus, siquidem timorem Dei Opt. Max. nobis incussisti, nobisque nomen inter pios reliquisti. Ferunt sumptus ipsius quotidianos fuisse drachmas duas. Ejus tempore movere se [cœpit] *Hashemidarum* Imperium.

Omar Ebn Abdi'l-Aziz *Chalifa.* — Moritur. — † p. 205

Yazid Ebn Abdi'lMalec. Cognominatus est *AbuChaled*, decimus **Merwanidarum*. Hic rerum potitus *Omarum Ebn Hobaira* *Alpho-*

Yazid Ebn Abdi'lMalec *Chalifa.*

* f. Ommiadarum.

Dyn. IX. *Alphozarensem Erako* utrique & *Chorasano* præfecit: *Moslemamq;* *Ebn Abdi'lMalec* oppugnatum *Yazidum Ebno'lMohalleb* misit; qui ejus occisi caput ad *Yazidum* misit. Fuit autem *Yazid Ebn Abdi'lMalec* lusui & voluptati deditus; *Habbabam* puellam cantatricem perditè amavit, atque ejus nomine famosus est. Fertur *Yazidum*, cùm tempore fratris sui *Solimanis* peregrinationem religionis ergo institueret, *Habbabam* quater mille aureis emisse; dicente autem *Solimane*, Mihi in animo est *Yazidum* coercere, ipsam remisisse, quam deinde emit *Ægyptius* quidam: at cùm ad ipsum delatum esset Imperium, dicenti uxori ipsius *Saadæ*, Estne adhuc in mundo quippiam quod optes? respondisse, Imò, *Habbaba*; mit-
p.206 tentem ergo *Saadam* ipsam emisse † benéque curatam ad *Yazidum* attulisse, eâque pone velum collocatâ ei dixisse, Estne O Imperator Fidelium adhuc in mundo quod optes? respondentéque ipso, jam tibi indicavi; sublato velo dixisse, Hæc est *Habbaba*, surgentémq; ipsam cum illo reliquisse. Magnâ ergo apud ipsum in gratia & honorificè tractata fuit *Saada*. Dixit aliquando, cantu *Habbabæ* commotus, Sinite me volare; séque ad volandum expandit: dicentéque illâ, O Imperator Fidelium, Est nobis te opus, respondit, Per Deum volabo; dicentique, Cui populum & Imperium committes? Tibi, inquit, manúmque ejus deosculatus est. Prodiens ergo ex famulis ipsius quidam, Incalescat tibi oculus, inquit, quàm futilis es! Eandem cum ipso ad partes *Ordonnæ* oblectationis causâ profectam uvâ petiit, quâ ipsi, ore eam excipienti, gulam ingressâ [penè] suffocata est, unde morbum contraxit, quo mortua est. Ille autem eam per triduum insepultam relictam donec oleret, olfa-
moritur Yazid. cere, deosculari, intuensque flere. Et cùm sepultæ diebus quindecim superstes mansisset, mortuus est, juxtáque ipsam sepultus, anno centesimo quinto. Imperavit annos quatuor & mensem; quadraginta natus est.

Hesham *Chalifa.* *Hesham Ebn Abdi'lMalec.* Hoc anno ad Chalifatum evectus est *Hesham Ebn Abdi'lMalec*, aliquot ante finitum mensem *Shaabanum* diebus, annos tunc natus triginta quatuor: annulum ac sceptrum ipsi deferente ac Chalifam salutante veredario, cùm *Rosaphæ* esset, unde *Damascum* equo conscenso pervenit. Ipso imperante, prodiens *Zeid*, *Ebn Ali*, *Ebn Hosain Ebn Ali*, *Ebn AbiTaleb*,

leb, *Cufam* pervenit; ubi ad ipsum properè accedentes Sectarii, Dyn. IX.
Speramus (inquiunt) †adesse tempus quo perdantur *Ommiadæ*, ipsi- p.207
que fidem pacisci cœperunt, in obsequium illius jurantibus clam quatuordecim hominum millibus, ad oppugnandos injustitiam exercentes, & infirmos sublevandos. Quo audito, *Yuseph Ebn Amr* qui *Basoræ* præfectus fuit, *Zeidum* diligenter quæsivit. Sectarii autem qui cum ipso profecturos se promiserant, *Zeidum* accedentes, Quid (inquiunt) de *AbuBecro* & *Omaro* dicis? respondente illo, Nihil de illis nisi bonum dico, ipsi renuntiantes, ac juramentum ipsi præstitum rescindentes, apud *Yusephum* ipsum detulerunt, qui ipsum quæsitum aliquos misit. Profectus ergo *Zeidus* cùm non comitati essent ipsum plures quàm quatuordecim viri, dixit, Rem **Hosainiticam* reddidistis. Deinde cùm pugnam ipsis inferret, sagittâ percussus, quæ cerebrum ipsi penetravit, & è loco quo pugnatum est reportatus, eâdem nocte mortuus ac sepulturæ mandatus est. Mane autem ipsum sepulchro extractum patibulo affixerunt. Mittens verò *Heshamus* ad *Yusephum*, Combure (inquit) vitulum *Erakí*; ipsum ergò combussit. Fugit autem filius ipsius usque dum *Belcham* perveniret. Fertur *Heshamus* intellectu polluisse. Cùm è filiis suis quendam desideraret qui ad templum non accesserat, Quid, inquit, te à precibus cohibuit? respondente illo, Mortuum est jumentum meum; Quid, inquit, an non pedibus ire vales? ipsique ad annum jumento interdixit. Adducto ad ipsum quodam cui puellæ cantatrices, vinúmque & Barbiton fuit; Illidite (inquit) capiti ejus tympanum. Flens autem vir cùm cæderetur, dicentibus, Patienter feras, Quid (inquit) num lachrymari me putatis quòd percussus fuerim? Imò ideo fleo quod adeò despectui Barbiton habuerit, ut ipsum Tympanum appellaverit. Ferunt, cùm ad ipsum scriberet quidam è Ministris ipsius, Ad Imperatorem Fidelium, corbem malis *Persicis* [plenum] misi, rescripsisse ipsum, Pervenerunt *Persica*, nobisque grata fuerunt; plura mittas, ac vas diligenter claudas.
†Scripsit etiam ad Ministrum alium, qui ad ipsum tubera miserat, p. 208
Pervenerunt ad nos tubera, numero quadraginta, quorum aliqua maculata sunt; cùm ergo aliquid miseris, vas arenâ benè suffercias ne conquassentur, atque alia alia lædant. Dictum est ipsi, Túne Chalifatum appetis, cùm avarus sis & timidus? Quid ni (inquit) am-

* *similem ei qua Hosaino contigit.*

Dyn. IX. ambiam, cùm mansuetus sim & temperans? Obiit autem *Hesham*
Moritur Hesham. *Rosaphæ*, anno centesimo vicesimo quinto, cùm imperâsset annos viginti, natúsque esset quinquaginta quinque. Morbus quo correptus est, Synanche fuit.

Sectio.

Fertur primum qui *Chorasanum* venit eorum qui ad *Abbasidarum* obsequium homines invitârunt, anno centesimo nono, fuisse *Ziyadum*, quo tempore præerat *Asad*. Mittente ipsum Antistite *Mohammede Ebn Ali*, *Ebn Abdalla*, *Ebn Abbas*, *Ebn Abdi'lMotalleb*, ipsique dicente, Blandè appelles *Modarenses*, cavere autem jubente à *Nisaburiensi* quodam, nomine *Galeb*, utpote qui amore maximo propenderet in filios *Phatemæ*. Accedens ergo *Ziyad* ad *Abbasidas* amplectendos invitavit, *Ommiadarum* mores & injustitiam prædicans: ad quem accedente *Galebo*, cùm de dignitate *Alidarum* & *Abbasidarum* disceptâssent, discesserunt. Subsistente autem *Ziyado Marwæ*, nuntiatum est quid ageret *Asado*; qui & ab ipso metuere jussus, accersitum morte affecit, unáque è *Cufensibus* decem. Porrò anno centesimo decimo octavo, *Amman Ebn Yazid Chorasanum* perveniens ad obsequium *Mohammedis Ebn Ali*, *Ebn Abdalla*, *Ebn Abbas* invitavit; cui morem gesserunt homines: appellatus est idem *Chaddash*, & religionem professus est **Haramiticam*, [* *impiam.*] aliis aliorum uxoribus uti permittens; dicénsque ipsis, Non esse vel jejunium, † vel orationem, vel peregrinationem, sed jejunii [p. 209.] significatum esse ut ab Antistitis mentione abstineretur, neque ipsius nomen commemorarent, orationis ut ipsi comprecarentur, peregrinationis, ut ad ipsum tenderent.

AlWalid Ebn Yazid Chalifa. *AlWalid Ebn Yazid*, *Ebn Abdi'lMalec*. Ipsum pater illius *Yazid* successorem designaverat, post fratrem suum *Heshamum Ebn Abdi'lMalec*. Cùm ergo Imperio præfectus esset *Heshamus Yazidi* frater, *AlValidum Yazidi* filium honorificè habuit, donec conspicua esset ipsius impudentia, vinóque indulgeret, & religionem contemptui ac despectui haberet: exinde enim ipsum aversatus, malè tractare, increpare, contumeliis afficere, ac coercere. Egressus ergo *Walid* cum amicorum præcipuis quibusdam & famulis sedem

Azraki

'Azraki fixit; dixitque sociis suis, Inauspicatum istum Pater meus Dyn. IX.
familiæ suæ præfecit, eúmque sibi hæredem constituit, ille verò ea mihi quæ vides facit, nec quenquam in quem affectu propendeam novit, quin ei illudat. Nec à deserto isto discessit *AlWalid*, donec moreretur *Hesham*: venientes autem duo veredis vecti ipsum Chalifam salutârunt; ille, ubi subticuisset, mox, Obiitne, inquit, *Heshamus?* respondentibus ipsis, Ita; misit ad Gazophylaciorum præfectos, dicens, Custodite quæ vobis in manibus sunt. *Heshamo* ergo è morbo experrecto, cùm aliquid peteret, ipsum denegarunt: tum ille, Dei sumus! Quasi verò *Walidi* thesaurarii fuissemus: statimq; expiravit. Prodiens ergo è carcere *Aiyad VValidi* Scriba, Gazophylaciorum ostia obsignavit, atq; *Heshamum* lecto suo detraxit; nec cucumam ipsi invenerunt quâ aqua ad ipsum[lavandum]calefieret, donec mutuo peterent; quin nec involucrũ è thesauris ipsius, adeò ut amiculo ferali involveret ipsum *Galeb* ipsius libertus. *Heshami* etiam domesticos & amicos duriùs tractans *Walid*, dixit, †Mensi sumus ei mensurâ quâ mensus est, nec ei vel latum digitũ diminuimus. p. 210.
Ubi autem Imperium adeptus est *VValid*, claudis inter *Damascenos* & cæcis victum & vestes suppeditavit, hominúmque filiabus odoramenta & vestes præbuit: ea etiam quæ hominibus dari solita sunt, decimâ parte auxit; nec unquam, cùm ab eo peteretur quicquam, respondit, Non. Porro filiis suis *Hacemo* & *Othmano* ut successoribus fidem obstringi fecit, utroque, altero sc. post alterum, hærede sibi substituto. Hoc anno, nempe centesimo vicesimo quinto, interfectus est *Yahya Ebn Zeid*, *Ebn Ali*, *Ebni'lHosain*, *Ebn Ali*, *Ebn Abi Taleb*, *Jurjani*, ac patibulo affixus, deinde detractus, crematus, in cineres redactus, cimbæque impositus in *Euphrate* dispersus est. Eodem interfectus est *AlVValid Ebn Yazid Ebn Abdi'lMalec*, interficiente ipsum patrui ipsius filio *Yazido Ebno'lWalid*, AlWalid interfectus.
Ebn Abdi'lMalec. Causa cædis ipsius ea erant quorum meminimus, futilitas atque impudentia ipsius. Postquam enim ad Chalifatum evectus est, lusui, venationibus, vinolentiæ, & juvenum perditorum consortio, quibus deditus fuit, hoc addidit ut vehementiùs iis indulgeret. Hoc subditi ipsius & exercitus ægrè ferentes, ipsum aversati sunt. Cum autem illum in arce sua obsiderent, ipse ad portam accedens, Annon (inquit) ego vos muneribus auxi? Annon impen-

D. n.IX. impensis vos levavi? Annon pauperibus vestris dedi? Illi autem, Non (inquiunt) nostri ipsorum gratiâ de te vindictam sumimus; sed ideo quòd ea patraveris quæ prohibuit Deus, vinóque indulseris, ac cum Patris tui concubinis rem habueris. Respondit. Sufficit, satis abundè dixistis, per Deum, non consarcietur ruptura vestra, nec recolligetur dispersio vestra, nec concordatura sunt verba vestra: tum
p. 211. descendentes † de pariete decem viri caput ipsi præcisum ad *Yazidum* miserunt, qui illud hastæ infixum circa *Damascum* gestavit, binos etiam ipsius filios *AlHacemum* & *Othmanum* in carcerem conjecit. Interfectus est biduo ante finitum *Giomadã* posteriorem, anno centesimo vicesimo sexto. Chalifatu functus est annum & tres menses, vixit quadraginta duos.

Sectio.

Hoc anno misit *Abrahim Ebn Mohammed* Antistes *AbuHashemum Bocairum* in regionem *Chorasanæ*; qui *Marwam* perveniens convocatis [*Abbasidarum*] præfectis atque emissariis, ipsos de morte *Mohammedis* Antistitis certiores fecit, atque ad obsequium filii ipsius *Abrahimi* Antistitis invitavit: cui auscultantes tradiderunt ipsi pecunias quas apud se collectas habebant, ad sumptus Sectæ [*Abbasidarum* sc.] faciendos.

Yazid Ebno'l Walid Chalifa. Yazid *Ebno'l* Walid *Ebn Abdi'lMalec*. Cognominatus est *AlNakes* [i. e. Diminutor] quod ea quæ addiderat *Al*W*alid* militum stipendiis, subtraxerit. Conversationis erat laudabilis, viæ insistens probæ. Juramentum fidelitatis præstari jussit fratri suo
Moritur. *Abrahimo*, & post ipsum *Abdo'lAzizo Ebno'lHejaj*, Ebn *Abdi'lMalec*. Mortuus est *Damasci* decimo ante finitũ *DhulHejjam*, anno centesimo vicesimo sexto. Fuit Chalifatus ipsius mensium sex; vita annorum quadraginta sex. Mater ipsius Concubina, nomine *Shahpherend*, filia *Phiruzi* f. Y*azdejirdi*, f. *Shahriari*, f. *Cesra*; unde dixit,

Sum ego filius *Cesra*, mihi pater *Merwan*,
Mihi *Cæsar* avus, & avus *Chakan*.

Cæsarem autem & *Chakanum* sibi avos dixit, ideò quod mater *Phi-*
p. 212. *ruzi* fuerit filia *Cesra*, ipsius autem mater filia † *Cæsaris*, mater verò *Cesra* filia *Chakani* regis *Turcarum*.

Abrahim

Abrahim Ebno'l Walid, Ebn Abdi'l Malec. Mortuo *Yazido Ebn Alwalid*, ipsi in Imperio successit frater ipsius *Abrahim*, nisi quod ipso in solidum non potiretur, adeo ut aliàs Chalifæ, aliàs Imperatoris titulo salutaretur, aliàs neutro. Postquam septuaginta dies substitisset, accedens *Merwan Ebn Mohammed* ipsum amovit; Mansit tamen in vivis donec interfectus est, anno centesimo tricesimo secundo. Dyn. IX. Abrahim Ebno'l Walid *Chalifa.*

Merwan Ebn Mohammed, Ebn Merwan, Ebni'l Hacem. Mortuo *Yazido Ebno'l Walid*, *Ebn Abdi'l Malec*, *Merwan* cum copiis suis è *Mesopotamia* in *Syriam* tendit, oppugnatum *Abrahimum* Ebno'l Walid, Ebn *Abdi'l Malec*. *Damascum* autem ingressus pueros duos *Al Hacemum* & *Othmanum*, *Al Walidi* Ebn *Yazid*, Ebn *Abdi'l Malec*, filios, qui interfecti fuerant, adductos sepelivit; præstitáque est ipsi fides. Cúmque confirmatum ipsi esset Imperium domum suam *Harranum* rediit. Petitámque ab ipso *Abrahimo* Ebno'l Walid, & *Solimane* Ebn *Hesham* incolumitatem, ipsis concessit. Hoc anno (viz: centesimo vicesimo septimo) *Soliman* Ebn *Hesham* Ebn *Abdi'l Malec*, bellum *Merwano* Ebn *Mohammed* intulit: in fugam verò conversi sunt *Solimanis* socii, cæsis ipsorum circiter sex millibus. Eodem *Soliman* Ebn *Cothair*, & *Laher* Ebn *Korait*, & *Kahtaba Meccam* profecti ibi *Abrahimum* Ebn *Mohammed* Antistitem reperientes ministro cuidam ipsius vicies mille aureos, & argenteos ducenties mille, unáque Moschum, & supellectilem variam tradiderunt; cúmque secum *Abu Moslemum* haberent, *Soliman* ad *Abrahimum* Antistitem, Hic, inquit, servus tuus est. *Abrahimus* ergò *Abu Moslemum Chorasano* præfecit. Porrò, anno † centesimo vicesimo nono misit *Abrahim Abu Moslemo* vexillum, quod *Al Dhell*, (i. Umbram) appellavit, & *Labarum* quod *Al Sahab*, (i. Nubem:) quæ ille duabus hastis affigens, *Abbasidarum* prætentionem in *Chorasano* publicavit, Umbræ & Nubis interpretationem afferens, quod sicut nubes terram operit, nec terra ab umbrâ destituitur, ita nec ipsi Chalifa *Abbasida*, sit unquam defuturus. Annó centesimo tricesimo primo *Meccam* religionis ergo adiit *Abrahim* Ebn *Mohammed* Antistes, quem comitati sunt fratres ipsius *Abul' Abbas*, & *Abu Jaafar*, filiíique ac patruus ipsius cum servis suis; triginta camelis vecti, vestibus splendidis ac sellis, & sarcinis, onustis, adeo ut ipsum prædicarent *Syriæ Damascenæ* desertorum, Merwan Ebn Mohammed *Chalifa.* p. 213.

Dyn.IX. *Meccæ* & *Medinæ* incolæ, præter illud quod per orbem jactaretur de rebus ipsorum palàm factis. Nuntio ergò ad *Merwanum* de ipsorum fastu delato, scribens ille ad Præfectum suum, qui *Damasci* erat, jussit eum equites adversus ipsum mittere. (Fuit autem *Merwan* tunc temporis in regione *Damascena.*) Misit ergò Præfectus Equites, qui *Abrahimum* adorti ipsum captum ad *Harrani* carcerem abduxerunt, ubi ipsum vinculis ferreis onerarunt, eásque in angustias conjecerunt unde mortuus est. Cum autē conquiri se sentiret *Abrahim*, fratri suo *Abu'l Abbaso* mandata dedit, mortem sibi certo imminere dicens, jussitq; *Cufam* cum suis tendere. Abeuntes ergo cum ipso frater ipsius *Abu Jaafar* & patruus ipsius cum sex aliis, donec Cufam pervenirent, ibi delituerunt.

Abu'lAbbasAlSaffah Chalifa. *Abu'l Abbas AlSaffah.* Anno centesimo tricesimo secundo prodiens *Abu'l Abbas* filius *Mohammedis Antistitis*, filii *Alis Ebn Abdalla*, *Ebni'l Abbas*, *Ebn Abdi'l Motallab*, die Veneris duodecimo *Rabii* prioris, ex † ædibus *Abu Moslemæ Cufæ*, precibus vespertinis peractis in Templo *Banu Jyub*, domum suam se recepit. Die crastino ipsum manè adierunt duces, ordine militari ac pompâ instructi, paratis ipsi vestibus nigris, equo, ac gladio. Egressus est ergo *Abu'l Abbas*, cum iis qui ipsi aderant, in arcem Imperatoriam; dein in conclave prodiens cum suggestum ascendisset, in ipsius verba ab hominibus juratum est. Tum patruum suum *Abdallam* contra *Merwanum* misit, qui * *AlZababi* sedem fixerat *Abdalla* igitur cum *Merwano* congressus ipsum in fugam egit. *Merwanus* ergò recta perrexit, abiénsque pontem *Euphratis* supra *Harranum* trajecit, & copias frequentes contraxit ad fluvium * *Petri* in regione *Palæstinæ*. *Abdalla* etiam trajecto *Euphrate*, *Damascum* obsidione cinxit, donec ipsam caperet, & quotquot in ea *Ommiadarum* essent occidit, murósque ejus usque ad singulos lapides diruit; erutisque è sepulchris *Ommiadis* ossa ipsorum cremavit. Inde versus *Merwanum* profectus ipsum in fugam vertit, & exercitum ejus dissipavit. Fugit ergò *Merwan* in *Ægyptum*, quem insecutæ *Abdalla* copiæ de ipso exquisiverunt: fuit autem ille in Ecclesia *Busiri*, ubi quidam, cum illum hastâ confossum dejecisset, caput ipsius præscissum ad *Abu'l Abbas AlSaffahum* misit. Occisus est autem biduo ante finitum *Du'l Hajjam*, anno centesimo tricesimo secundo. Porrò anno centesimo tricesimo sexto *Du'l-Hajja*

p. 214.

* al. AlZabi, vel AlZabati.

* al. Abi Petrus.

Hajja decimo tertio mortuus est variolis *AlSaffahus*. Eodem quo obiit die annos complevit triginta tres. Imperium ipsius, ex quo interfectus fuit *Merwan*, annorum erat quatuor. Fuit *Abu'l Abbas* vir procerus † colore candido, facie pulchra, à sanguinis effusione abhorrens, in *Mohammedis* familiam affectu propenso. Dyn. IX. p. 215.

Abu Jaafar AlManfur, qui est, *Abdalla* filius *Mohammedis* Antistitis, *Ebn Ali, Ebn Abdalla, Ebn Abbas*. Juratum est in ipsius obsequium anno centesimo tricesimo septimo. Eodem anno interfectus est *Abu Moslem Chorasanensis*, interficiente ipsum *AlMansuro*; hâc de causa, quod cum simul peregrinationem religionis ergò instituerent, vivente *AlSaffaho*, *Abu Moslem* Arabibus vestes distribueret, puteósque ac vias repararet, unde eam famam comparavit, quam ipsi invidit *Abu Jaafar*: quodque redeuntibus post festum hominibus, cum *AbuMoslemo* ante *Abu Jaafarum* profecto allatum esset de morte *AlSaffahi* nuntium, ipse scriptis literis illum ob mortem fratris consolatus, haud ipsi Chalifatum gratularetur, neque ipsum moratus expectaret, vel ad ipsum reverteretur. Illum ergò metuens *AbuJaafar AlMansur* consilio capto insidias ei struxit, fugiente ipsum somno donec illum irretiret. Cùm autem è suis quendam in [urbe] *Raiâ* de reditu ad *AlMansurum* consuleret *Abu Moslem*; respondit ille, Consilium meum est, ne ipsum convenias, sed rectà Chorasanum pergas. Cui cum non auscultaret, sed ad *AlMansurum* tenderet, dictum est ei, *Taracta'l raia be'l Raii*, i.e. Reliquisti consilium *Raia*, quod in proverbium abiit. Accedenti igitur ad se *Abu Moslemo* jussit *AlMansur* homines obviam procedere, summóq; ipsum honore afficere; cúmque jam præsens ingressus, atq; manû ipsius deosculatus esset, reverti jussit quo se eâ nocte reficeret, balneúmque ingrederetur: ipse ergò reversus est. Die autem crastino *AlMansur* è † satellitibus suis quatuor paravit, quibus clam ponè siparium collocatis, Cum, inquit, ego manus meas complosero, agite quod vobis agendum. Dein mittens ad *Abu Moslemum* ipsum accersivit, atque ad se ingressum increpare cœpit, ipsique crimina intentare, inter cætera quæ recensuit, hæc dicens, An non tu es, qui ad me scribens nomen tuum primo loco posueris? quique ad nos ingressus dixeris, Ubi est *Harethitica* filius? Cumque ad te pervenirent literæ meæ eas legeris, dein ad *Malecum Ebn Hatham* projeceris,

Abu Jaafar AlMansur Chalifa. p. 216.

Dyn.IX. qui ubi eas legerit, riseritis ludibrio habentes? Cúmque ipse se excusare cœpisset *AbuMoslem*, Coram ipso terram osculatus; Perdat, inquit *AlManfur*, me Deus, nisi te interfecero, manúsque complosit. Prodeuntes ergò Satellites gladiis ipsum percusserunt exclamantem, ac in fidem se recipi petentem; dicentémque, Serva me hostibus tuis, O fidelium Imperator: cui *AlManfur*, Quis mihi hostium te infensior? Fertur tres fuisse *AbuMoslemo* uxores, ipsúmque semel tantum in anno cum ipsarum singulis congressum. Hominum maximè zelotypus fuit; arcem ipsius præter ipsum nemo ingressus est: erant in ea fenestræ, per quas ad mulieres ipsius ea quibus opus haberent immitterentur. Aiunt, eâ nocte quâ ad ipsum deduceretur uxor, jussisse ipsum jumentum quo vecta fuerat jugulari, sellámque comburi, ne post ipsam à mari quopiam conscenderetur. Omnium etiam avidissimus fuit, & gulosissimus; conficiebantur quotidie in ipsius culina ter mille placentæ; coquebantur oves centum, præter boves & volucres; mille coquos habuit; supellex ipsius culinaria jumentis mille ducentis gestabatur. Ferunt ipsum fortem fuisse,
p. 217 †consilio, intellectu, prudentiâ, solertiâ & humanitate præditum: dicunt alii ferocem, inclementem, & indomitum fuisse, cui pro flagello gladius; morte affecit è notis sexcenties mille, præter ignotos eósque quos in bellis ac pugnis occiderat. Interrogatus quidam utrum *AbuMoslem* an *AlHejajius*, melior esset? respondit, non dico *AbuMoslemum* quopiam meliorem esse, verum *AlHejajius* eo pejor fuit. Autumant quidam *AbuMoslemum* è vico quodam regionis *Marwæ* fuisse; alii verò, *Arabem* fuisse, dictáque *Mohammedis* edoctum, [veterúmque poetarum] carmina retulisse; alii servum fuisse, referente Poëta quodam ipsius prosapiam ad Cordæos, dum ipsum carmine mordaci proscinderet. Porrò anno centesimo quadragesimo misit *AlManfur Abdo'lWahabum*, filium fratris sui *Abrahimi* filii *Mohammedis* Antistitis, cum septuaginta militum millibus, Malatiam; qui positis ibi castris, ea quæ demoliti fuerant Græci ædificarunt, operis fine post sex menses facto: inque ea collocavit *AlManfur* quatuor militum millia, magnâ ibi armorum & thesaurorum copia reposita; quin & *Claudiæ* castellum extruxit. Eodem anno contra *AlManfurum* prodierunt *AlRawandii* in urbe *AlHashemia*. Fuerunt autem illi è *Chorasani* incolis qui Metempsychosin adstruunt, asserentes

fferentes Dominum suum qui ipsis victum & aquam suppeditaret Dyn.IX.
ille *AlManſurum*; ipsiusque arcem circumeuntes, Hoc inquit palatium est Domini nostri: quod ægrè ferens *AlManſur*,* ad ipsos pedibus egressus est, cum non adesset in palatio jumentum, convocatiq; sunt Præconis voce qui in foro versarentur, qui cum in unum collecti † ipsos adorti pugnáque aggressi essent, interfecti sunt omnes, p. 218.
Rawandii inquam, qui tunc temporis viri erant sexies mille.

Anno etiam quadragesimo quarto prehensos è filiis *AlHoſaini Ebn Abi Taleb* duodecim *Medinâ Cufam* transtulit *AlManſur*, ibique domo angustâ incarceravit, ita ut nemini sedendi spatium esset, sed lotio & fimo se mutuò conspurcarent, neque ingrederetur ad ipsos aëris halitus, neque egrederetur ab ipsis sordium fœtor, donec ad unum omnes mortui essent. Prodiit ergò *Mohammed Ebn Abdalla Ebno'l Haſan*, *Ebnol'Hoſain*, *Ebn Ali*, *Ebn AbiTaleb*, *Medina*, & collectis copiis, appellatus est *AlMohdi*; prodiit etiam *Abrahim* ipsius frater *Baſora* cum triginta millibus: qui occisi sunt ambo, re haud properè gestâ. Anno centesimo quadragesimo quinto urbem *Bagdad* extruere cœpit *AlManſür*; cujus causa fuit quod *AlHaſhemiam*, quam in *Cufa* ditione extruxerat, postquam seditionem in ea contra ipsum moverant *Rawandii*, colere ipsi eam ob rem haud gratum fuit; nec non quod vicinos haberet *Cufenſes*, quos sibi parum fidos credidit, quiq; exercitum ipsius corruperant. Profectus est igitur quæsitũ locũ, ubi cum exercitu suo sedẽ figeret. Dixerunt ergò ipsi *Erakenſes*, Cõmodum nobis videtur, ô Fidelium Imperator, ut sit juxta *Sorat*, atq; inter fluvios, quo ad te non accedat hostis nisi ponte[trajecto,]quẽ si abscideris te adire non poterit; ipseque in medio sis inter *AlBaſoram*, *AlCufam*, *Waſetum*, *AlMauſelum* & *AlSawadam*, sintque *Tigris Euphrates*, & *AlSorat* † urbis tuæ fossæ, per quas ad victum necessaria p. 219.
tam è terra quam mari ad te perferantur: hujus ergò loci incolendi desiderio flagravit *AlManſur*. Cúmque *Bagdadum* condere statueret, dirui jussit *AlMadayenum* & *Coſra Baſilicam*, eámque materiam *Bagdadum* transferri: Cum ergò diruta esset Arcis albæ pars, ejusque materia allata, vidit quod in illam impensum esset novæ pretium superare, à diruendo igitur destitit. Civitatem autem rotundam fecit, ne propius hominum alii aliis à rege abessent, binísque ipsam muris cinxit, quorum interior exteriore altior fuit: & arcem suam in

Dyn. IX. medio extruxit, ejusque ad latus templum magnum, cujus *Kebla* obliqua fuit, adeò ut opus haberet qui oraret se versus portam *Basora* inflectere: fuerúntque rerum venalium fora intra urbem. At cum missus ad ipsum ab Imperatore Romano legatus, quem *Rabium* circum urbem ducere jussit, ab ipso interrogatus, Quid vidisti? respondisset, Structuram elegantem vidi, nisi quod inimicos tuos tecum habitare viderim, illi scil. qui in foro versantur: post legati discessum, ipsos ad partem *AlCorch* [dictam] expelli jussit; & singulis solum urbis quartis, collocari olitorem, qui olera & acetū venderet. Anno centesimo quinquagesimo obiit *Abu Hanifa Al-Nooman Ebn Thabet* Antistes. Anno centesimo quinquagesimo octavo profectus *AlMansur Bagdado*, ad peregrinationem religionis ergo instituendam, in arce *Abdawaibo* diversatus est; ubi dum subsisteret, cecidit post diluculum stella, cujus manifesta manserunt usque ad ortum solis vestigia. † Accersito igitur *AlMohdio* filio, qui ipsum comitatus fuerat, quo illi valediceret, mandata ipsi de facultatibus & imperio dedit; insuper ipsi dicens, Tibi in mandatis do quod ad consanguineos tuos, ut palam ipsis honorē exhibeas, est enim ipsorum dignitas dignitas tua, eorumque fama in te redit; at non puto te facturum: cura etiam libertos tuos, ipsósque bene tractes, multósque tibi compara, siquidem auxilio tibi futuri sunt in duris, si quæ tibi acciderint; at non puto te facturum. Cura etiam hanc urbem, caveas autem ne partem urbis orientalem extruas, neque enim ultimam ei manum impositurus es; at puto te hoc facturum: caveas etiam ne mulieres negotiis tuis se immiscere sinas; at puto te hoc facturum. Hæc sunt quæ tibi in mandatis do, Deoque te commendo. Tum ipsi valedixit, utroque lachrymas fundente. Dein *Cufam* profectus est; singulis autem quas obivit stationibus increvit dolor quo mortuus est, qui dysenteria fuit. Cum ergò ad *Bir Maimun* [*Maimonis* puteum] pervenisset, ibi diem obiit primo mane, die sexto *Du'l-Hajja* anno centesimo quinquagesimo octavo: inde *Meccam* delatus est, ubi centum ipsi sepulcra foderunt, quo hominibus imponerent, ipse verò in alio sepultus est, capite nudo quòd peregrinationis religione obstrictus esset. Vixit annos sexaginta tres, imperavit viginti duos. Quod ad formam & mores ipsius, dicitur fuisse fuscus, macilentus, barba in genis rariori, moribus hominum suavissimus, donec

Abu Hanifa *Antistes.*

p. 220.

in

in publicum prodiret, & lusus puerorum patientissimus; at ubi indutus vestibus prodiret, verebantur ipsum seniores, nedum juniores, nec visum est in ædibus ipsius † lusus vel ludicri quicquam. Inquit *Hammad Turca*, Capiti *AlMansuri* aliquando adsistebam, cum audito plausu, Vide (inquit) quid rei sit; cumque ivissem, ecce servus ipsius quidam sedens circumstantibus puellis tympanum pulsabat, ipsæque ridebant: quod cum ipsi retulissem, Quid (inquit) est tympanum? quod cum ipsi descripsissem, Unde, inquit, nosti quid sit tympanum? respondi ego, Vidi in regione *Chorasana*: dein surgens ipsos adiit, quo viso fugientibus illis, ipsius jussu allisum est tympanum servi capiti quoad frangeretur, ipsumque domo ejectum vendidit. Cum ad ipsum delatus esset imperium, habitus mutari jussit, pileosque longos confici, adeo ut suppositis calamis eâ formâ ipsos effingerent. Jussit etiam enumerari *Cufa* domos, singulásque quinque drachmis censeri; at cum numerum ipsorum nôsset, à singulis quadraginta drachmas exegit. Dyn. IX. p. 221.

Sectio.

AlMansur sub initium imperii sui cum *Bagdadum* conderet stomachi infirmitate, concoctione mala, & appetitus defectu laboravit, cumque remedia adhibentibus medicis ingravesceret ipsi morbus, narratum est ipsi de *Georgio Ebn Bachtishua AlJondisaburiensi*, medicum ipsum præstantissimum esse: quem cum accersiri jussisset, *Jondisaburi* præfectus, prius honore affectum, misit. Ille ergo, *Nosocomii* cura filio suo mandata, profectus est, comite assumpto discipulo suo *Isa Ebn Shahlatha*; cumque *Bagdadum* pervenisset, sibi ipsum adesse jussit *Almansur*: ad quem accedens ipsum *Persicè* & *Arabicè* salutavit, adeò ut miraretur *AlMansur* tam sermonis quam vultus ipsius elegantiam. † Dein considere jussum quædam rogavit, ad quæ ille sedatè respondit: cumque morbum suum ipsi describeret, Ego, inquit *Georgius*, volente atque opitulante Deo tibi medicabor. Statim ergo ipsum veste splendidâ indui jussit, *Rabioq;* præcepit ipsum loco ædium suarum optimo excipere, eoque quo affici solent domesticorum præcipui honore afficere. Non desiit autem *Georgius* blande ipsi medicari donec morbo suo liberaretur, quam Georgius Ebn Bachtishua Med. p. 222.

Dyn. IX. quam ob rem maximo affectus est gaudio. Die autem quodam interroganti ipsum, quis tibi hic famulatur? cum responderet, Discipuli mei; audivi (inquit Chalifa) non esse tibi uxorem; respondit ille, Est mihi uxor vetula, infirma; quæ loco suo surgere non potest. Cúmque à conspectu ipsius subductus longiùs secessisset, jussit *Al-Manfur Salemum* Eunuchum tres puellas Græcas pulchras ad *Georgium* unà cum tribus aureorum millibus deducere; quod & fecit: *Georgio* ergo domum suam reverso indicavit *Isa Ebn Shahlatha* ipsius discipulus, quid factum esset, monstratis ipsi puellis; quam rem ægrè ferens, Heus discipule Satanæ, inquit *Isa*, cur istas in ædes meas recepisti? num me polluere velles? Abi, eásque Dominis suis redde. Ille ergo domum Chalifæ abiens eas Eunucho reddidit; cujus rei fama cum ad *AlManfurum* pervenisset, accersito ipso, Quare, inquit, puellas remisisti? Respondit, Nobis Christianis non licet plures quàm unam ducere uxores; quamdiu illa in vivis est, alias non duci-

p. 223. mus: † quod cum Chalifæ placeret responsum, majorem apud ipsum dignitatem consecutus est; atque hic est continentiæ fructus. Anno autem centesimo quinquagesimo secundo, gravi morbo laboravit *Georgius*; qui cum ipsi increfceret, afferri illum jussit *Al-Manfur* in aulam, quo ipse pedibus progressus quomodo se haberet rogavit: quod ille ipsi indicans, Si (inquit) Fidelium Imperatori visum fuerit, sinat me in patriam meam reverti, ut familiā & filium meum videam, & si moriar cum fratribus meis sepeliar. Cui ille, Heus Medice, time Deum, & religionem *Mohammedicam* amplectere, atque ego tibi Paradisum spondeo: respondit *Georgius*, Eò mihi ire placet, quo Patres mei, sive in Paradisum, sive in ignem; quo dicto ad risum commotus est *AlManfur*. Dein dixit illi, Ex quo te vidi, à morbis, qui subinde me visere solebant, requiem inveni. Respondit *Georgius*, apud Imperatorem relinquo, qui vices meas suppleat, *Isam* discipulum meum, qui medendi peritus est: tum *Georgio* decem aureorum millia dari jubens copiam ipsi fecit redeundi, mittensque cum illo Eunuchum, Si, inquit, in via moriatur, ipsum domum suam deferas, quò ibi sepeliatur, prout ipsi in votis est; at ille vivus in patriam pervenit. Tum *AlManfur* accersi jussit *Isam Ebn Shahlatha*; ipsumq; ad se adductum de multis interrogans cum egregiè doctum invenisset, medicum sibi assumpsit: illle vero in *AlManfuri* amicitiam

tiam receptus, contentiosè se gerere cœpit; atque injuriam inferre, Dyn.IX.
præsertim Metropolitis atque Episcopis, munera ab ipsis petens. Isa Ebn
Cúmque in itinere quodam profectus *AlMansur* propè *Nisibin* Shahlatha
accessisset, *Isa* scriptis literis ad *Cyprianum* Metropolitam † *Nisi-* *Medicus.*
bensem illi interminatus est, si ipsi quod ab illo peteret denegaret. p.224.
Petiit autem mitti sibi è vasis Ecclesiæ splendida quædam, & pretiosa magni valoris: atque in literis ad Metropolitam datis hæc scripsit, An nescis Chalifæ statum penes me esse, ut si libeat ipsum male, si libeat benè valere faciam? Metropolita ergò, lectâ Epistolâ, arte egit ut ad *Rabium* admitteretur; cui quomodo se res haberet indicavit, & Epistolam perlegit: ille ergo ipsum ad Chalifam perduxit, cui rei veritatem declaravit. Jussit ergò *AlMansur* omnia quæ *Isæ* Medico erant auferri, ipsúmque castigatum loco moveri: quod & factum est, ipséque maximo cum dedecore loco motus; atque hic avaritiæ fructus est. Porrò ex *AlManşuri* comitibus fuit *Nubacht Persa* Astrologus, vir eximiè doctus, quique stella- Nubacht
rum conjunctiones, earumque effectus optimè calleret; cui valetudine *Astrologus.*
minus firma utenti, Accerse, inquit *AlManşur*, filium tuū, qui tibi in
hoc munere succedat: Misit ergò filium suum *AbuSahlum*. Inquit *Abu* Abu Sahl
Sahl, ubi ad *AlManşurum* ingressus coram ipso steti, dictum est mihi, *ipsius filius.*
Ede Imperatori nomen tuum; respondente me, Nomen mihi est *Chorshadmah Utimadah Mabadar Chosir waabahashad*: Totúmne hoc, inquit *AlManşur*, quod recitasti nomen tuum est? respondentéque me, Ita, subrisit *AlManşur*: dein, Nihil, inquit, egit pater tuus, elige ergò, me jubente, duorum unum: sive ut tibi ex eis quæ dixisti omnibus relinquam tantum *Timad*, sive ut tibi cognomen indam, quod nominis instar sit, viz: *AbuSahl*; cognomen igitur acceptum habui: atque ita obtinente † cognomento ipsius ab- p.225.
jectum est nomen.

AlMohdi Ebno'lManşur. Cum moreretur *AlManşur* in *BirMaimun*, AlMohdi
neque adessent ipsi morienti præter famulos ipsius, & *Rabium* li- *Chalifa.*
bertum ipsius; *Rabius* mortem ipsius clam habens, ipso vestibus induto, & suffulto, velum tenue faciei ipsius obduxit, per quod conspiceretur vultus ipsius, at quomodo se haberet non dignosceretur. Ejusque domesticos ipsi adesse jussit: deinde ad ipsum accedens, quasi ipsum alloqueretur, reversus ad eos ejus nomine jussit *Al-*

Dyn. IX. *Mohdio Ebn AlManſur, Ebn Mohammed AlEmam*, fidem obſtringere, & poſt ipſum patrueli ipſius *Iſa Ebn Muſa, Ebn Mohammed AlEmam*; eóſque cum fidem pacti eſſent dimiſit, dein ad ipſos egreſſus eſt, rupto [veſtium] ſinu capútque complodens. Tum ad *AlMohdium* mittens ipſi indicavit mortuum eſſe *AlManſurum*, & in ipſius, & poſt ipſum patruelis ſui *Iſa Ebn Muſa*, obſequium juratum. Noluit autem *Iſa Ebn Muſa AlMohdio* fidem paciſci, ſeque Cufæ continens ibi ſe munire voluit. Miſit ergò *AlMohdius Abu-Horairam* cum equitibus mille, qui ipſum ad *AlMohdium* perduxit, illeque eum urgere ac ſollicitare non deſiit, donec ipſi annueret ut ſe

* al. *decies millies mille nummos.*

ſucceſſionis jure abdicaret, pro quo decies * mille aureos ipſi numeravit. Fidem ergo pactus eſt *AlMohdio*, filioque ipſius *Muſa AlHadio*. Imperante *AlMohdio* rebellis factus quidam nomine *Yuſeph* * *AlZam*, multos ſeduxit. Egreſſus etiam *Buſa* Prophetam ſe venditavit: miſit ergò *AlMohdi* exercitus, qui copiis ejus profligatis, ipſum vinctum ad *AlMohdium* adduxerunt; cujus juſſu patibulo affixus eſt. Egreſſus eſt etiam *AlMokanneus* qui Metempſychoſin adſtruxit, eumq; ſecuti ſunt multi. † Vir erat ſtaturæ brevis, luſcus, è vico quodam Merawenſi dicto *Careh*; cum faciem ſuam aſſeclis ſuis non retegeret, inde *Almokanneus* [velo tectã faciem habens] audiit: præſtigias quaſdam atque impoſturas callebat, quibus intellectu minus valentes in errorem ſeductos pellexit. Mittente *AlMohdio* quæſitum ipſum, in regionem tranſfluvialem profectus in arcem * *Naces* ſe recepit, victu & pabulo in ipſam congeſto; Emiſſiſque inter homines ſectæ ſuæ aſſertoribus, mortuos vitæ reſtituere, & abſcondita ſcire prætendit: at cum inſtaret *AlMohdi* ipſi quærendo, obſeſſus eſt, & cum obſidione arctatus certam ſibi imminere perniciem ſciret, convocatis uxoribus & familia, venenum illis bibendum dedit, quo cum ad unum omnes mortui eſſent, igne abſumptis quæ in arce erant omnibus, jumentis, veſtibus, victu, ſe etiam in flammam conjecit, ne reperiretur corpus ipſius. Exercitus ergo arcem ingreſſus ipſam vacuam invenerunt, atque hoc majoris erroris cauſa fuit iis qui ſuperfuerunt ex aſſeclis ipſius in regione tranſfluviali: promiſerat enim iſtis tranſmigraturum ſpiritum ſuum in formam viri cani jumento fuſco vecti, ſeque ad ipſos poſt tot annos reverſurum, terramque ipſis poſſidendam daturum; illi ergò ipſum

Yuſeph & Buſa *Pſeudopropheta.*

* *al.* AlYazam.

* *al.* Yuſha.

p. 226.

AlMokanneus *auctor ſectæ* Mobayeditarum.

* *al.* Taceſh, *ſed forſ. legendum* Naceth, *vel* Tacet.

ipsum expectant, ac * *AlMobayedita* audiunt. Dyn. IX.

Anno centesimo sexagesimo quinto misit *AlMohdius* filium suum Al*Rashidum* ad bellum *Græcis* inferendum; qui progressus est donec ad sinum *Constantinopolitanum* perveniret. Erat tunc temporis *Græcorum* Domina *Irene Leonis* Imperatoris uxor, quod scil: filius ipsius minorennis esset, cum periisset pater ejus cum ipse adhuc in gremio [matris] esset. Metuens ergo fœmina à † *Moslemiis* pacem à *Rashido* petiit, de qua inter ipsos convenit pecuniæ summâ numerandâ, utq; pararentur ipsi viæ duces, & rerum venalium fora per viam [disponenda;] siquidem eò venerat per viam angustam, & periculosam, cujus ab altera parte fuit mons lubricus, ab altera fluvius Sagaris: in quibus cum ipsi annuisset (fuit autem tributi summa septuaginta aureorum millia, quotannis pendenda) ab ipsa recessit; quod si animo prudenti fuisset, facilè *Moslemios* à reditu impedire, eósque internecioni dare potuisset. Anno centesimo nono in animo habuit Al*Mohdi*, abdicato filio suo *Musa* *Al-Hadi*, *Rashidum* filium successorem agnoscendum curare, quâ de re ad ipsum in regione *Georgiana* commorantem scripsit: Ipse verò hoc facere, & ad ipsum accedere recusavit. Profectus ergò *Al-Mohdi* ad ipsum tendebat: at cum ad *Masabdanum* pervenisset *Hasana* ipsius puella, acceptis pyris ea puella alteri, quæ gratiâ apud *AlMohdium* plurimum valebat, dono misit, uno eorum quod pulcherrimum fuerat veneno infecto; quæ tum juxta *AlMohdium* perferrentur, placeréntque ipsi pyra, illud quod veneno infectum fuerat acceptum comedit, quod ubi in ventrem ipsius descendisset, exclamavit, Venter meus, venter meus. *Hasana* ergò morte ejus audita flens, & faciem suam complodens prodiit, ac Te (inquit) sola frui volui, & occidi te. Eodem ergò die mortuus est, quod contigit mense *Moharramo*, octavo ante ipsum finitum die, anno centesimo sexagesimo nono, cum Chalifa fuisset annis decem. Obiit annos natus quadraginta tres, & † sub juglande, sub qua sedere solebat, sepultus est.

* i.e. dealbatores vel fullones.

† P. 227 *Pacis inter Irenem & Rashidum conditiones.*

AlMohdi *veneno sublatus.*

† P. 228.

Sectio.

Theophilus Rohensis *Astrologus Christianus.*

Fertur, cum *AlMohdius Masabdanum* proficisci statuens *Hasanam* concubinam suam secum ire jussisset; ipsam ad *Theophilum Thomæ* filium

Dyn.IX. lium Christianum, Astrologum Rohensem, Astrologorum *AlMohdii* Principem, mittentem dixisse, Tu Imperatori fidelium hujus itineris autor fuisti, nobísque iter imposuisti quod in mentem non venerat; Acceleret Deus mortem tuam, quò te liberemur: ipsum verò, ubi ad eum pervenissent literæ ejus, dixisse puellæ quæ eas pertulerat; Ad ipsam reversa dicas, Non est à me hoc consilium, verum quod mihi precatis ut citò moriar, res hæc est à Deo decreta, ac mors mea propè abest, ne verò putes preces tuas exauditas esse, at tibi ipsi multum pulveris pares, cúmque ego mortuus fuero illum capiti tuo imponas. Non desiit autem interpretationem dicti ipsius quærere, ex quo obiit ille, donec viginti post diebus mortuus esset *AlMohdius*. Fuit autem Theophilus iste sectæ *Maronitarum*, qui in monte *Libano* Christianorum secta sunt. Est illi historia egregia. Duos etiam Homeri Poëtæ libros de excidio urbis *Ilii*, quod olim [contigit,] è lingua Græca in Syriacam quàm elegantissimè vertit. Hoc tempore Medicinæ gloria claruit *AbuKoraisch AlMohdii* Medicus, qui *Isa AlSidalani* [i.e. Pharmacopola] appellatus est. Non autem in Medicorum numero recensetur, quasi ejus artis peritus fuerit, sed † ob bellam quæ de eo narratur historiam, & animadvertendum bonæ fortunæ quod continet exemplum: siquidem vir iste Pharmacopola fuit, fortis admodum tenuis. *AlChizaran* autem *AlMohdii* concubina, quæ ex novis *Medinæ* incolis fuit, male se habens ancillam suam jussit urinarium ad Medicum [quempiam] peregrinū cui ignota esset, perferre. Illa *Abu Koraischo*, qui prope *AlMohdii* palatium degebat, conspecto, urinarium ipsi ostendit. Ille, Cujus inquit, est hæc urina? respondente illa, Mulieris cujusdam pauperis, Imo (inquit) Reginæ illustris, magnæ dignitatis, quæ Regem in utero gerit. Hoc autem ab ipso dictum est disponente providentia. Reversa enim ancilla *AlChizaranæ* retulit, quid ab ipso audivisset. Illa ergo magno affecta gaudio, Oportet, (inquit) ut ipsius officinam signo aliquo notes, quò si verum fuerit quod dixit, illum nobis Medicum assumamus. Aliquantum autem post gravida esse apparuit, ob quod cum plurimū lætatus esset *AlMohdius AlChizaran* missis ad *Abu Koraischum* vestibus binis splendidis cum aureis trecentis, Hoc, inquit, tibi subsidio sit in rebus tuis, quod si verum extiterit quod dixisti, te in familiam nostram adsciscemus. His admiratione

Homerus Syriacè versus.

Abu Koraish qui & Isa AlSidalani Medicus.

p. 229.

admiratione perculsus *AbuKoraish*, Hoc, inquit, à Deo omnipotente fuit, siquidem non alter puellæ hoc dixi, quam quod mihi in mentem sine ulla omnino ratione veniret. Cum autem peperisset *AlChizaran Musam AlHadium*, magnóque affectus esset gaudio *AlMohdius*, narravit ipsi *AlChizaran* historiam. Ille ergò accersito *AbuKoraisho* cum ipso sermonem habens, nullam † ei inesse artis Medicæ peritiam reperit, sed parum quid Pharmacopolam spectans: nihilominus Medicum sibi adscivit ob illud quod contigerat, & in suorum numerum receptum summo honore affecit, adeò ut plurimum apud ipsum gratia valeret. Dyn. IX. p. 230.

AlHadi Ebno'lMohdi. Cum moreretur *AlMohdius* unà cum ipso *Masabdani* fuit *AlRashid*, qui missis in [omnes] partes literis obiisse *AlMohdium* & *Musam AlHadium* Imperatorem renunciatum esse significavit. Profectúsque * *Nasrus Alwadif* ad *AlHadium in Georgianam*, illum de morte *AlMohdii*, & juramento fidelitatis ipsi præstito certiorem fecit; qui statim castra inde moveri per præconem jussit; cúmque eò [*Bagdadum* sc.] pervenisset, *Vizierum* constituit *Rabium*. Hoc anno (viz: centesimo sexagesimo nono,) *AlHadius Zendakaos* persecutus multos ex ipsis interfecit; qui cum homines [Templum *Meccanum* religionis ergo] circumeuntes viderent, illos ridentes dicerent, Quàm similes sunt bobus in area triturantibus! Interfecit etiam *Jacobum Ebnol Fadl Ebn Abdirrahman, Ebn Abbas, Ebn Rabia, Ebns'l Hareth, Ebn Abdi'lMotallab*: quo occiso cum *AlMohdio* sisterentur ipsius liberi, confessa est filia ipsius *Phatema*, se ex patre gravidam esse, minisque territa præ metu mortua est. AlHadi Chalifa. *al Nasir. Zendakæi.

Porrò, Anno centesimo septuagesimo mortuus est *AlHadius*: causa ipsi mortis fuit quòd ipso Chalifatui præfecto, cum mater ipsius *AlChizaran*, quæ res ipso inconsulto administrabat, die quodam ad ipsum de re quadam, in qua ipsi annuere non potuit, locuta, diceret, necesse est ut mihi in ipsa annuas, illeque iratus diceret, Nequaquam tibi illam effectam dabo; eique respondenti, Tum nihil unquã te rogabo, regereret, Nihil moror, cũq; ipsa irata surgeret, † diceret, Loco tuo te contineas; siquidẽ si audivero quempiã è Ducibus meis januæ tuæ adstare, collum ipsi præcidam. Quænam sunt turmæ istæ ad januam tuam manè, & vesperi contendentium? annon tibi *matris insidiis perit.* p. 231.

 colus

Dyn. IX. colus est quæ te occupatam teneat, vel liber qui te officii tui commoneat, aut domus quæ te custodiat? illa non compos mentis, reversa, ancillas suas ipsi ægrotanti immitteret, quæ ipsum suffocatione, faciei ipsius insidendo, peremerunt. Obiit die Veneris *Rabii* prioris medio. Chalifatus ipsius anni unius & trium mensium fuit, ætas annorum viginti sex.

Harun AlRashid Chalifa. *Harun AlRashid Ebnol'Mohdi.* Mortuo *AlHadio*, Chalifa salutatus est *AlRashid Harun*, eadem nocte qua obiit *AlHadius*, annos, cum imperio præficeretur, viginti duos natus, matre *AlChizarana.* Ubi autem obiisset *AlHadius*, profectus *AlRashid* super ipso oravit *Isabadi*; deinde reversus *Bagdadum*, cum ad pontem pervenisset, accersitis urinatoribus, Pater meus, inquit, annulum mihi donavit centies mille aureis emptum, quem cum ad me hoc loco [stantem] veniens à fratre nuntius peteret, ipsum in aquam projeci. Cumque illi fundum petentes ipsum eduxissent, gaudio affectus est. Ea nocte qua obiit *AlHadi*, irruens *Chozaima Ebn Hazem* in *Jaafarum AlHadii* filium, ipsi è lecto detracto, Abdica, inquit, te imperio, sin minus collum tibi præcisurus sum: cum annuisset, ut se abdicaret, testes rei adhibuit, quo facto magnam [apud Imperatorem] gratiam iniit *Chozaima.* Fertur, ubi obiisset *AlHadi*, *Yahyam Ebn* † *Chaled Barmacidam* ad *AlRashidum* accessisse, quò mortis ejus certiorem ipsum faceret, illoque adhuc loquente advenisse alium qui nati nuntiū afferret, quē *Abdallam* appellavit, (estq; idem *Al-Mamun*) unde dictum est, Eâdem nocte mortuus est Chalifa, substitutus Chalifa, & natus Chalifa. Hoc etiam anno natus est *AlAmin*, cui nomen *Mohammed*, mense *Shawale*, quo [tamen] natu major fuit *AlMamun*. *AlRashid* imperio præfectus *Vizierum* constituit *Yahyam Barmacidam*. Anno centesimo septuagesimo secundo *AlRashidus* successionis jus *Abdallæ AlMamuni* post *AlAminum* pactus, ipsum *Chorasano*, & regionibus adjacentibus, *Hamadanum* usque, præfectum & *AlMamunem* cognominatum, *Jaafari Ebn Yahyæ Barmacidæ* curæ commisit. Eodem, cum filia Imperatoris *Chozarorum*, quæ ad *Fadlum* filium *Yahyæ Barmacidæ* deducebatur, mortua esset *Bardaæ*, reversi qui cum ipsa essent ad patrem ipsius fraude occisam fuisse retulerunt: quamobrem ille ad bellum *Moslemiorum* terris inferendum se instruxit. Eodem anno *Græci* Regis

p. 232. AlMamun natus.

AlAmin natus.

sui

sui *Constantini* filii *Leonis* oculos eruerunt, matre ipsius *Irene* imperio præfectâ; *Moslemiique* æstate [in Græcos] incursionem facientes *Ephesum*, in crypta dormientium urbem, usque pertigerunt. Dyn. IX. Irene Imperatrix.
Anno centesimo octogesimo tertio *AlChozari Babo'labwabo* [i. e. Porta portarum,] filiæ Imperatoris causâ egressi, & *Moslemios* eorumque fœderatos adorti, ultra centies mille * capita captivos abduxerunt, & rem magnam cui similis in terra non audita est, perpetrarunt. * al. equites.
Anno centesimo octogesimo sexto successorem agnosci jussit *AlRashid* filium suum *Kasemum* post *AlMamunem*, ipsumque *AlMutamenum* cognominavit. Anno centesimo octogesimo septimo Græci, depositâ *Irene* † Regina, Regem constituerunt *Nicephorum*, è *Jabalæ* posteris, qui ad *AlRashidum* scripsit, A *Nicephoro* Rege Græcorum ad *Harunem* Regem Arabum: his præfatis, Misit tibi Regina *Irene* è facultatibus suis illud, cujus æquum fuerat ut tu duplum ad ipsam mitteres: Verùm hæc mulierum imbecillitas est & stultitia. Ubi ergò literas meas istas perlegeris fac reddas quod accepisti; sin minus, gladius inter nos & te [rem dirimet.] p. 233. Nicephorus Imperator.
AlRashidus perlectis literis irâ commotus, ad exteriorem Epistolæ partem scripsit, Ab *Harune* Imperatore fidelium ad *Nicephorum* Principem Romanorum. Perlegi literas tuas, responsum autem illud est quod visurus es prius quam auditurus, statimque profectus donec ad *Heracleam* castra posuit, incensis ac vastatis [omnibus] reversus est. Eodem anno *AlRashidus Barmacidis* manus injiciens *Jaafarum Yahyæ* filium *Barmacidam* morte affecit. Cujus causa fuit quod *AlRashid* cum nec *Jaafari*, nec sororis suæ *Abbasæ Mohdii* filiæ absentiam ferre posset, eosque accersere soleret cum ad bibendum sederet, dixerat *Jaafaro* in uxorem tibi ipsam concedam, quò illam tibi aspicere liceat, minime autem ad ipsam accedas; cui ille annuens in uxorem ipsam ab eo accepit, atque ita unà ipsi adesse solebant, donec surgens ab ipsis discederet. At cum ambo juvenes essent, congressus est cum ipsa *Jaafar*, unde illa gravida facta gemellos ipsi peperit: quod cum *AlRashido* notum esset, iratus ille collum *Jaafaro Yahyæ* filio præcidi jussit, fratremque ipsius *AlPhadlum*, ac patrem *Yahyam* carceri *Rakkæ* donec morerentur inclusit; & ad præfectos per omnes ubiq; partes scribens, ut † *Barmacidas* prehenderent, omnes eorum facultates occupavit. Dein jubente ipso p. 234.

Abbasa

Dyn. IX. *Abbasa* arcæ inclusa in puteum viva demissa est: filios autem ipsius, quos sibi adferri jussit, cum allatos diu intuitus esset, (erant autem instar unionum paris) flevit, dein in puteum conjecit, quem super ipsos obstruxit.

Anno centesimo nonagesimo prodiens *Rapheus Ebno'lLith* in partibus transfluvialibus contra *AlRashidum*, rebellavit in *Samarkanda*. Anno centesimo nonagesimo secundo *Raccâ Bagdadum* profectus est *AlRashidus* in *Chorasanum* tendens, bellum *Rapheo* illatum; dumque in via esset, morbo laborare incepit, qui cum *Georgianam* pervenisset gravius ipsum afflixit: *AlMamunem* ergò filiũ, qui cum ipso fuit, unáq; duces non paucos *Merawã* mittens, ipse *Tusum* profectus est; ubi adeo invaluit ipsius morbus, ut movere se non posset. Ibique ad ipsum in vinculis adductus est *Bashirus Ebno'lLith Raphei* frater; cui *AlRashid*, Si non amplius mihi de vita superesset, quam quo labia mea uno verbo [proferendo] moverem, dicerem, Occidite ipsum: dein carnificem accersivit, qui ipsius jussu membratim ipsum discidit; quo peracto deliquium animi passus, dein mortuus est, *Tusique* sepultus anno centesimo nonagesimo tertio. Chalifatus ipsius annorum fuit viginti trium, vita quadraginta septem. Venustus fuit, pulcher, candidus, crispus, subcanus. Tres in ipsius testamento [nomine designati] erant, viz: *AlAminus*, cui mater *Zobaida* filia *Jaafari* f. *AlMansuri*; dein *AlMamun*, cui mater erat concubina nomine *Marajel*; dein *AlMutaman*, qui etiam matre † concubinâ natus. Fertur *AlRashidum* quotidiè centies se inter orandum incurvasse, donec è mundo discederet, nisi cum morbo impediretur: quotidiè etiam è facultatibus propriis, post illud quod lege debitum est sublatum, mille drachmas in eleemosynas erogavit.

AlRashid *moritur.*

Sectio.

Fertur *AlRashidum* initio Chalifatus sui, anno centesimo septuagesimo primo, cum dolore capitis quo correptus fuerat, male haberet, *Yahya Ebn Chaled Ebn Barmac* dixisse, Medici isti nihil intelligunt, opus est ut mihi Medicum peritum quæras; cumque ipse *Bachtishua Georgii* filii mentionem ipsi fecisset, misisse veredarios qui

Bachtishua Georgii *filius Medicus.*

qui ipsum *Nisaburo* abducerent. Post aliquot ergò dies adductus ad *Rashidum* ingressus est, qui ipsum honore affectum veste splendidâ induit, multisq; opibus cumulavit, & Medicorum præfectum constituit. Anno centesimo septuagesimo quinto ægrotante *Jaafaro Ebn Yahya Ebn Chaled Ebn Barmac*, jussit Al*Rashidus Bachtishuam* ipsi inservire; *Jaafar* verò cum à morbo revaluisset dixit *Bachtishua*, Volo ut mihi Medicum peritum eligas quem honore afficiam, ac beneficiis ornem. Respondente *Bachtishua*, Non alium inter medicos istos peritiorem novi filio meo *Gabriele*; dixit *Jaafar*, Mihi ipsum sistas: cúmque eum ad ipsum adduxisset de morbo quem clam habuit ipsi questus, eo ad triduum ipsi manus medicas adhibente, sanatus est: unde eum ut animam suam amavit. Quodam autem die *AlRashidi* concubina cum inter pandiculandum manum sustulisset, mansit ea extensa, adeo ut retrahere ipsam nequiret; cui cum Medici linimento † & unguentis adhibendis nihil proficerent, Al*Jaafar* ipsi *Gabrielem* ejusque peritiam laudavit: ei ergò accersito quomodo se haberet puella indicavit. Si mihi, inquit *Gabriel*, non succensebit Imperator Fidelium, est mihi ad eam [sanandam] commentum. Quodnam est illud, inquit *AlRashid?* Ille, Prodeat, inquit, huc puella in omnium conspectum, ut quod velim faciam; tu autem patiaris me, nec subito irascaris. Jubente ergò *AlRashido* prodiit illa, quam conspicatus *Gabriel* ad ipsam accurrit, & inclinato capite fimbriam ipsius prehendit quasi ipsam denudaturus; puella verò commota, præ conturbationis & pudoris vehementia membra sua demittens, manu deorsum extensa fimbriam suam prehendit: *Gabriel* autem, Sanata est, inquit, O Fidelium Imperator. Dicente ergò Al*Rashido* puellæ, Extende dextrorsum & sinistrorsum manum tuam, cum fecisset illa, miratus ille cum adstantibus omnibus, statim *Gabrieli* [dari] jussit quingenties mille nummos, ipsúmque charum habuit. Interrogatus autem de morbi causa respondit, Profudit se in puellæ istius membra inter venerem humor tenuis præ motu & caloris diffusione, & cum subito à motu coitus quiesceret, congelatus est in interiori parte nervorum, adeo ut nisi a motu consimili solvi non posset: usus sum ergò commento, quo dilatato calore solutus est humor superfluus, ipsaque sanitati restituta. E Medicis etiam Al*Rashidi* fuit *Johannes* filius *Masawaihi* [Mesuæ] Christianus,

Dyn. IX.

P. 236.

Johannes f. Mesuæ, Medicus Christianus.

Dyn. IX. Chriſtianus, Syrus, cui commiſit *AlRaſhid* interpretandos libros
p. 237. †Medicos antiquos; qui *AlRaſhido* ejuſque ſucceſſoribus inſervivit, uſque ad tempora *AlMotawacceli*. Magni habitus fuit *Bagdadi*, ſummæque authoritatis: Libros compoſuit elegantes. Scholam inſtituit diſceptandi gratia, in qua de omni ſcientiarum antiquarum genere, optime [eas] explicans, diſſeruit. Prælegebat etiam, & ad ipſum congregati ſunt diſcipuli quam plurimi. Erat autem *Johannes* valde joculatorius, cujus rei cauſa adierunt eum plerumque qui adibant : inerat etiam ipſi impatientiæ & ὀξυχολίας plus quam *Gabrieli Bachtiſhua* filio; quin & à *Johanne* elicuit [aliquoties] iracundia ipſius verba ridicula. Ex ejus facete dictis, quæ memoriæ prodita ſunt, fuit, quod cum apud ipſum quereretur quidam de morbo qui phlebotomia amovendus eſſet, eamque ipſi adhibendam indicaſſet; dicenti illi, Non ſum phlebotomiæ aſſuetus, re-
* al. in ſponderit *Johannes*, Nec credo te morbo* ab utero matris tuæ aſſuetũ. Accedenteq; ad eum Sacerdote quodã ac dicẽte, Male mihi habet ſtomachus, Utere, inquit Johannes, confectione * *Alchuzi*; reſpon-
* forſ. Algiuzi. dente illo, Feci; utere, inquit, Diacymino; reſpondentem, Plures jam libras adhibui, juſſit, adhibere *Albendadikun*; reſpondente illo, integrum ejus vas ebibi, Utere, inquit, *Ambroſia*; reſpondente illo Magnâ ejus copiâ uſus ſum; iratus *Johannes*, Si te ſanum vis, inquit, religionem *Iſlamiticam* amplectere, *Iſlamiſmus* enim ſtomacho prodeſt. Colludere autem multum ſolebat *Bachtiſhua Gabrielis* fi-
p. 238. lius cum *Johanne*, dixitque ei in conſeſſu † *Abrahmi Ebn'olMohdi*, cum in caſtris *AlMo'taſemi* eſſent *Madayenis*, anno ducenteſimo viceſimo, Tu, *AbuZacharia*, frater meus es, Patris mei filius: dicenteque *Johanne Abrahimo*, teſtare quid confeſſus ſit, certè enim de eo quod hæreditatis jure ad ipſum à Patre venit, partem ſumam; reſpondit *Bachtiſhua*, Nothi hæredes non fiunt, quo ad ſilentiũ
Salehus Indus Medicus. redactus *Johannes* nihil reſpondere auſus eſt. Porro è medicis qui ſub *AlRaſhido* floruerunt fuit *Salehus*, filius * *Nahala* Indus. Cui mi-
* al. Nalabi. randum, hoc contigit; die quodam *AlRaſhidus*, appoſita menſâ, *Gabrielem Bachtiſhua* filium ſibi inter edendum, uti ſolebat, accerſi juſſit; cumque non inveniretur, ipſi maledixit. Ille ad ipſum inter maledicendum ingreſſus, roganti, Ubinam fuiſti, ac male verbis ipſum excipere incipienti, Satius (inquit) eſſet ut fidelium Imperator

planctui

planctui ob patruelem suum *Abrahimum Ebn Saleh* indulgens, me convitiis excipere mitteret. Rogantique ipsi quomodo se haberet *Abrahim*, indicavit se ipsum reliquisse vitæ parum quid retinentem, quod ultra tempus precationis vespertinæ non superesset: quo cum valde commotus *AlRashid* mensam tolli juberet, multúmque fleret, innuit *Jaafar Ebn Yahya Barmacida*, ut ad ipsum accedens *Salehus* Medicus Indus intueretur, ipsique venas pulsatiles contrectaret; qui cum accedens ipsum considerasset ad *Jaafarum* reversus, Si hic (inquit) hoc morbo moriatur, omnibus uxoribus meis repudium ter ac omnimodè denuntio. Tempore autem precationis vespertinæ, cum literæ Præfecti veredariorum de obitu *Abrahimi AlRashido* allatæ essent, † illeque Indis eorumque Medicinæ maledicere cœpisset, accedens ad ipsum *Salehus*, Deum, inquit, [obtestor,] ne patruelem tuum vivum sepelias. Certissime mortuus non est. Mane donec tibi mirum quid ostendam. Cum ergo ingressus ad ipsum esset *AlRashid* comitantibus amicorum multis, *Salehus* acum, quam habuit, productam inter unguem & carnem pollicis manus ipsius sinistræ immisit; cumque manum retrahens *Abrahimus* ipsam ad corpus suum reduceret; Heus Imperator fidelium, inquit, nunquid mortuus dolorem percipit? Deinde cum Ptarmicæ aliquid in nares ipsius inflasset, ille sextam circiter horæ partem moratus, postea commoto corpore sternutavit, confidensque *AlRashidum* allocutus manumque ejus deosculatus est. Roganteque *AlRashido* quomodo se haberet, dixit se somnum dormivisse, cui æquè suavem nunquam se dormivisse meminisset, nisi quod in somnio canem viderit se petentem, qui, dum manu sua ipsum repellere voluit, pollicem manus ipsius sinistræ momorderit, adeo ut morsu isto experrectus sit, ejusque dolorem se sentire; signumque acus ipsi ostendit. Vixitque diu post hoc *Abrahimus*, & *Ægypto* præfuit, in qua diem obiit, ibique est ipsius sepulchrum.

Dyn IX.

p. 239.

AlAmin Ebno'l Rashid, Delatum est ipsi imperium duodecimo post patris [obitum] die, præstitaque est ipsi in exercitu *AlRashidi* fides. Erat *AlMamun* tunc temporis in *Merwa*. Anno autem centesimo nonagesimo quarto *AlPhadlus Ebn AlRabia*, in *Erakum Tuso* perveniens, jus successionis *AlMamuni* rescidit; *AlAminum* impellere

AlAmin, Chalifa

Dyn.IX: pellere conatus, ipsumque incitans ut amoto *AlMamune* fi-
p. 240. dem filio suo *Musa* ut successori præstandam curaret. † Jussit ergo *AlAmin* pro filio suo *Musa* preces in suggestis fieri, pro *Al-Mamune* autem fieri vetuit; quin & nummorum, quos in Chorasano percusserat *AlMamun* sive argenteos sive aureos, usu interdixit: nec non *Alim Ebn Isa Ebn Mahan* in occursum *AlMamunis* misit; qui cum iter instituens juxta portam *Zobaidæ* matris *AlAmini* equitaret, ipsi valedicturus, illa, Memor sis, inquit, ô *Ali*, quod ad *Abdallam AlMamunem* quo patre natus est, nec vi ipsum adigas ubi ipsum viceris, sicut adigi solent servi, neque ipsum inter eundum cogas; quòd si tibi conviciatus fuerit, feras: dein projecto ad ipsum compede argenteo, Hoc, inquit, ipsum vincias. Profectus est igitur *Ali* cum decem equitum millibus. Cujus rei fama cum ad *AlMamunem* pervenisset, ipse titulum Imperatoris fidelium sibi assumpsit, misitque *Harthemam Ebn Aasan* cum paucioribus quatuor equitum millibus, quorum primam aciem duceret *Tdaherus Ebn Hosain*. Cum ergo quinque circiter parasangas *AlRaiâ* profectus esset *Tdaherus*, aggresso ipsum *Ali* concurrerunt homines, atque impetum facientia *Alis* cornua dextrum & sinistrum in sinistrum & dextrum *Tdhaheri* ea locis suis moverunt; at media *Tdaheri* acies in mediam Alis irruens ipsam in fugam convertit, reversique qui fugere [cœperant] è *Tdaheri* exercitu, in eos qui ex adverso ipsis
* al. *Shah.* erant, eos profligarunt. Quidam autem nomine *David* * *Siyah* *Alim* sagittâ petitum interfecit, caputque ipsius ad *Tdaherum* detulit, qui ipsum ad *AlMamunem* misit. *Ali* vero parum à *Tdahero* metuerat, dixeratque sociis suis, Nihil vobis deest quo minus frangatur *Tda-*
p. 241. *herus* instar arboris, nisi ut † clivum *Hamadani* transeatis. Cum ergo interfectus esset *Ali*, *AlMamun* missis ad *Tdaherum* muneribus jussit ipsum in *Erakum* proficisci. *Tdaher* ergo per viam *Ehwazæ* iter cepit, *Harthema* autem viam *Holwani* tenuit. Porro exercitus contra *Mohammedem AlAminum* seditione facta in ipsum irruentes, ipsum imperio abdicatum unà cum matre *Zobaida* & filio in carcerem conjecerunt; deinde educto fidem pacti sunt, cum biduo in carcere mansisset. Tum *Tdaherus* & *Harthema* *Mohammedem AlAminum* obsidione cingentes, ipsius sociis bellum per anni spatium *Bagdadi* intulerunt. Cum ergo deficientibus sociis ipsius, &

diminutis

diminutis opibus labascerent res ipsius, ad *Harthemam* misit secu- Dyn.IX.
ritatem ab ipso petens; quam ille ipsi concessit,eam ab *AlMamune* ratam habendam in se suscipiens. Quo cognito *Tdaherus* acriter ipsi insistere,copiam ad *Harthemam* transeundi facere renuens,dicensque, Ille in iis quæ ad me spectant est,eoque quo ego sum latere, Ego ipsum eò obsidione compuli ut securitatem peteret, neque sinam ad *Harthemam* egredi,quo sit illi,non mihi victoria. Noluit autem *AlAminus* ad *Tdaherum* egredi,ob insomnium quod viderat. Nocte igitur diei solis,quinti ante finitum *Ramadanem*,anno centesimo *nonagesimo octavo, post finitam vesperam in aulam mediam egressus duos filios suos accersitos complexus ac deosculatus, Vos, inquit, Deo omnipotenti glorioso commendo: dein equo vectus ad ripam *Harthemæ* naviculam[invenit,]quam cum conscendisset,propelli ipsam jussit *Harthema*. Consecuti autem ipsos lintribus *Tdaheri* socii,naphtha & lapidibus naviculam petierunt,adeo ut † cum iis qui in ipsa erant subverteretur. *Harthemam* verò,cum in aquam incidisset,nauta quidam crinibus prehensum extraxit: at *AlAmin* cum in aquam incideret abruptis sibi vestibus enatans littore *Basorensi* egressus est,quem prehensum *Tdaheri* socii in domũ quandã nudum, femoralibus tantùm & tiara indutum, humerísque panno trito amictum abducentes ibi incarcerarunt. Media autem nocte ingressi ad ipsum sunt Persæ quidam gladiis strictis armati; quibus visis dicere cœpit, Væ vobis, sum ego Patruelis Legati Dei, ego filius *Harunis*,ego frater *AlMamunis*. Deum,Deum [obtestor] sanguini meo [cavete.] Quidam autem eorum sinciput ipsi percussit, alius ad ilia transfodit, genubúsque conscensum jugularunt: dein caput ipsius sublatum *Tdahero* attulerunt, qui ipsum ad *AlMamunem* misit. Fuit autem *AlAmini* Chalifatus quatuor annorum & octo mensium, vita annorum viginti octo. Fertur *AlAmin* ubi ad Imperium evectus esset,& *AlMamun* scriptis literis fidem illi præstitisset, Eunuchos[undique] conquisitos, caroque emptos à secretis noctu ac interdiu,& si quid vel juberet vel vetaret,habuisse;nec non in omnes passim regiones misisse lusus artifices quæsitum, quibus sibi propius admotis stipendia elocavit,& quæ in thesauris essent gemmas Eunuchis suis & fœminis ingenuis distribuisse: fabricasse etiam in fluvio *Tigri* quinque naviculas, Leonis, Elephantis, Vulturis, Serpentis

* *malè in Arab.* quinquagesimo.

p.242.

Cædes *AlAmini.*

Dyn.IX. & Equi formis, quâ de re, sic *Abu Nowas* [Poëta:]

Mirati sunt homines cum viderent te [*insidentem*] *figuræ Leonis, qui instar nubis* [*velociter*] *transiret:*

p. 243. † *Jubilarunt cum te eo vectum viderunt. Quomodo* [*facient*] *si te vulturi insidentem viderint?*

Se interim à fratribus & domesticis suis cohibuit, quos, ut & duces suos, parvi pendit. Loca etiam oblectationi, lusui, & amasiis suis extrui jussit. Quin & puellarum suarum præfectam parare sibi jussit centum puellas peritas, quæ denæ ad ipsum accederent barbita manu tenentes, unoque tono canentes. Dicitur cum ad ipsum piscando occupatum, delatum esset nuntium de *Alis Ebn Isæ* [clade,] ei qui illud ipsi retulit dixisse, Sine me; *Cuthar* enim jam duos pisces, ego nihil adhuc cepi. Summatim nihil in ejus rebus gestis reperitur memoratu dignum, utpote vel sapienter dictum, vel juste administratum, aut experientiâ [probatum,] quod memoriæ tradatur.

Al Mamun Chalifa. *AlMamun Ebno'lRashid.* Simulac integrum esset *AlMamuni* imperium, mittens ille ad *Alim Ebn Musa, Ebn Jaafar, Ebn Mohammed, Ebn Ali, Ebno'lHosain, Ebn Ali, Ebn AbiTaleb,* adducendum sibi in *Chorasanum* curavit, eúmque pacti *Moslemitici* præfectum, sibíque in Chalifatu successorem constituit, datâ ipsi in uxorem filia sua *Ommo Habiba*, eúmque *Al Reda men Ali Mohammed* cognominavit; & exercitui suo mandavit ut depositis tiaris nigris virides induerent: eáque de re in provincias scripsit, se consideratis *Al Abbaso* & *Ali* oriundis, neminem *Ali Ebn Musa*, præstantiorem, sanctiorem, vel doctiorem reperisse, ideóque ipsum sibi successorem destinâsse. Ægrè autem id tulerunt *Hashemidæ*, iratique *Abbasidæ*, Non transferemus, inquiunt, à nobis † ad inimicos nostros Chalifatum: abdicatoque *AlMamune* fidem præstiterunt *Abrahimo Ebno'l Mohdi, Ebn Mansur, Ebn Mohammed* AlEmam, *Ebn Ali, Ebn Abdalla, Ebn Abbas*, quem *AlMobarac* appellarunt. Anno autem *ducentesimo tertio obiit *Ali, Ebn Musa Al Reda*, cui mortis causa fuit uvarum esus, quarum cum magnam copiam comedisset, repente mortuus est, ultimo die mensis *Sefari*, urbe *Tuso*. Sepelivit ipsum Al*Mamun* juxta patris sui Al*Rashidi* sepulchrum. Eodem anno Imperio abdicarunt *Bagdadenses Abrahimum Ebno'lMohdi* qui se abdidit, die

* *malè in Arab. octogesimo.*

Mercurii

Mercurii, decimo tertio ante finitum mensem *Dul-Hajjam*, neque è latebris prodiit. Perveniente autem *AlMamune Bagdadum* cessarunt dissidia. Hoc anno, viz: ducentesimo quarto, obiit Antistes *Mohammed Ebn Edris Shafeensis*. Anno ducentesimo decimo mense *Rabia* posteriore noctu prehensus est *Abrahim Ebno'lMohdi* peplo obtectus, unà cum duabus fœminis, ornatu muliebri indutus, ab excubitorum quodam Nigritâ; qui interrogans, Quænam estis, & quò hâc horâ tenditis? cum suspectui eas haberet, ad satellitum præfectum abduxit, qui ipsas facies detegere jussit; cumq; renuenti *Abrahimo* [peplum] detraxisset, apparuit ipsius barba: abductum ergò ad *AlMamunis* portam ibi usq; ad mane custodivit. Mane igitur sedit *Abrahimus* in *AlMamunis* ædibus in collo peplum, ad pectus sindonem habens, quo ipsum conspicerent *Hashemidæ*: dein ipsi venia & immunitate concessis, ad compotandum etiam adhibuit. Anno ducentesimo decimo septimo ad Græcorum regionem profectus *AlMamun Lulua* centum dies substitit; dein ab ea discedens *Ogiasphum* ipsi præfecit, quem dolo captum † in vincula conjecerunt ejus incolæ, cúmque octo dies apud ipsos mansisset, expulerunt. Anno ducentesimo decimo octavo scripsit *AlMamun* ad *Isaacū Ebn Abrahim*, ut Judices & Traditionū Magistros, Alcorano probaret. Quotquot ergò eum creatum & de novo conditum assererent liberos dimisit; quod si quis renueret ipsi indicavit, ut quid illo fieri vellet ex sententia sua statueret. Eodem anno eo laboravit morbo *AlMamun*, quo mortuus est, decimo tertio *Jomada* posterioris. Morbi causa, quod ipso ad ripam *AlBadanduni* sedente, ipsique ad dextram fratre suo *Abu Isaaco AlMo'tasemo*, dum utrique pedes suos in aquam demitterent, ipseque aquæ dulcedinem, puritatem, summámque frigiditatem, miraretur, ecce ipsi allata sunt ab *Erako* munera, in quibus fuerunt dactyli *Azadenses* recentes, ac si eâpse hora decerpti essent, è quibus comedens cum de aqua ista bibisset, nulla interposita mora febri correptus est, quo morbo interiit. Ubi autem ægrotavit, deposito fratre suo *AlKasemo AlMutameno*, fidem præstari jussit fratri suo *AbuIsaaco AlMo'tasemo*, scribique literas in provincias, Ab *Abdalla AlMamune* Imperatore Fidelium, & fratre ipsius, in Chalifatu successore, *AbuIsaaco AlMo'tasemo Ebn Harun AlRashid*. Instanteq; jam morte adfuit ipsi *Ebn Masawaih* Medicus,

Dyn. IX.

Mohammed Shafeensis.

P. 245.

AlMamun moritur.

Dyn. IX. cus; adstitit etiam qui ipsi in mentem revocaret ac suggereret [proferendum] testimoniũ [de Deo.] Ipse autẽ loqui conatus, non potuit: dein autem locutus dixit, O qui non moreris miserere moribundi.
p.246. Cúmque ilico mortuus esset †*Tarsum* eum ferentes filius ipsius *Al-Abbas*, ac frater *AlMo'tasem* ibi sepelierunt in domo *Chakani* Eunuchi *AlRashidi*. Fuit Chalifatus ipsius annorum viginti; staturâ fuit mediocri, candidus, pulcher, barbâ longâ, rarâ, canis aspersus. Ferunt alii fuscum fuisse flavedine suffusum. Vixit annos quadraginta octo.

Sectio.

Ait *AlKadi Saed Ebn Ahmed Andalosenus*, *Arabes* initio *Islamismi* haud aliis curam impendisse disciplinis quam linguæ suæ peritiæ, legisque suæ constitutionum scientiæ, exceptâ arte medica, quæ aliquibus eorum nota nec pluribus improbata fuit, quod eâ hominibus universim opus sit. Atque hic Arabum status fuit sub *Ommiadarum* imperio, at ubi Deus *Hashemidas* ad imperium evexit, & ad ipsos regnum transtulit, reversi sunt animi ab incuria sua & experrecti intellectus à deliquio suo. Primus autem eorum qui scientiis operam dedit fuit Chalifa secundus *Abu Jaafar AlMansur*, qui præterquam quod legis peritia excelluit, Philosophiæ etiam studio incubuit, ac præcipuè Astronomiæ: at ubi devolutum est inter ipsos imperium ad Chalifam septimum *Abdallam AlMamunem Harunis AlRashidi* filium, perfecit ille quod orsus fuit avus ipsius *Al-Mansur*, & scientiam locis suis quærere aggressus cum Græcorum Regibus intercedens petiit ab illis ut qui apud ipsos essent libros Philosophicos ad ipsum mitterent; qui cum ad ipsum quos haberent misissent, conquisitis ille Interpretibus peritis eos ipsis accuratè † vertendos imposuit, cumq; qua fieri potuit diligentia versi essent, homines ad eos legendos incitavit, eorumque perdiscendorum desiderium ingessit, ipseque doctis vacare & eorum disputationibus interesse [solitus,] & eorum dissertationibus delectari: cum sciret doctos eos esse quos sibi Deus è creaturis suis selegit, & è servis proprios vendicavit; utpote qui studium suum adhibuerint ad virtutes animæ rationalis acquirendas, abstinentes ab eo cui præcipuè inhiant *Sinenses* & *Turcæ*, quique eorum vestigiis insistunt, ut peritia artium Mechanicarum excellant, gloriamque captent ex iis quæ animæ irascibilis propria sunt, & potentiis concupiscibilibus emineant; scientes,

(p.247. appears in margin beside "missent, conquisitis")

tes hæc bruta cum illis communia habere, imo ipsis in eorum multis Dyn IX. præcellere; sive artificii curiositate, ut apes sexangulares [cellas,] in quibus escam suam reponant, [accuratè] conficiunt: vel audacia & fortitudine, ut leonem aliásque feras, ad quas non ausit homo accedere, nec sibi audaciam ipsis parem vendicare velit; sive in rerum venerearum appetitu, ut porcum aliáque animalia, quæ non opus est explicare. Atque hanc ob causam Docti tenebrarum luminaria sunt, & generis humani Domini, quibus destitutus ferus evadit mundus. Ex Astronomis, qui sub *AlMamune* floruerunt, fuit *Habash* Calculator [ortu] *Merwazensis*, *Bagdadi* incola; cui tres sunt tabularum Astronomicarum libri, quorum primus compositus est ad regulas *Sendhend*: secundus *AlMomtahen*, [i. experientiâ comprobatus] qui omnium celeberrimus, ab eo compositus postquam animum applicuit ad observationes, & eum comprobavit ejus temporis experientia; tertius tabularum minorum, cui titulus † *AlShah.* Sunt & ei alii libri. Annos centum vixit. Ex iis etiam *Ahmed Ebn Cothair AlFarganensis* [seu *AlFraganius*,] Introductionis ad Astronomiam autor, in qua comprehendit regulas generales operis *Ptolemaici* verbis suavissimis, & explicationibus luculentissimis. Et ex iis *Abdalla Ebn Sahel Ebn Nubacht* Astronomiæ peritia insignis: nec non *Mohammed Ebn Musa Chowarezmius*, cujus tabulis usi sunt homines tam ante quam post observationes factas, & prioribus & secundis, quibus titulus *AlSendHend*. Ex iis etiam *Mashalla Judæus*, qui cum tempore *AlMansuri* floreret, ad tempora usque *AlMamunis* vixit; vir eximius & seculi sui Phœnix, eximiè pollens rebus abditis eruendis. Nec non *Yahya* [*Johannes*] *Ebn Abi'l Mansur* vir præstantissimus, summéque dignitatis, *Meccæ* tunc temporis incola. Cúmque vellet *AlMamun* stellarum observationes fieri, ipsum aliósque complures observationum, & instrumenta conficiendi peritos illud facere jussit: qui illud præstiterunt in loco *Shemasia* [dicto,] in provincia *Bagdadensi*, & in monte *Casio* prope *Damascum*. Inquit *AbuMaashar*, Narravit mihi *Mohammed Ebn Musa* Astrologus, *AlJalis* [i. Assessor,] (non ille *Chowarezmius*) Narravit mihi *Yahya Ebn Mansur*, dicens, Cum ingressus sum ad *AlMamunem*, cui adfuerunt *Astrologi* complures, adstante etiam quodam qui Prophetam se venditaverat, * cui afferri jusserat baculum [quo cæderetur;]

Habash Astronomus.

p. 248.

AlFarganus Astronomus.

Abdalla Ebn Sahel,

Mohammed Ebn Musa, *Chowarezmius*

Mashalla Judæus,

Yahya Ebn Abi'l Mansur, Astron.

Observationes Astronom. ex facta.

Mohammed Ebn Musa alter, Astronomus.

* al & *AlMamunem* accersivit.

Dyn. IX. cæderetur;] quo nondum allato, nobisque nihil scientibus, mihi alisque qui aderant Astrologis, Abeuntes, inquit, consulite horoscopũ de prætextu cujusdam ad rem quam sibi vendicat, & me certiorem
p. 249. facite quid indicet † cœlum, veráxne sit an mendax; non autem indicavit nobis *AlMamun* illum se Prophetam venditare. In atrium ergò quoddam ab ipso abducti Horoscopo accurate constituto, locum Solis & Lunæ in eodem minuto delineavimus, lineam etiam felicitatis, & lineam occultationis in eodem minuto cum Horoscopo: Horoscopus autem erat *Capricornus*, & *Jupiter* in spica *Virginis* ipsum aspiciebat, *Venus* & *Mercurius* in *Scorpio*. Dixerunt ergò quotquot aderant, Verum est quod sibi vendicat. Me verò tacente, Quid tu, inquit *AlMamun*, ais? Respondi, Quærit ille verum esse illud probare, suntque ipsi argumenta à *Venere* & *Mercurio* pendentia, at minimè exitu probabitur verum esse quod sibi arrogat, nec recto ordine procedet. Dicente illo, Unde tibi ut hoc dicas? Respondi, Veritas eorum quæ sibi quis arrogat, est à *Jove*, & à trino & sextili Solis aspectu, cum Sol nihil inauspicatum portendat. Hic verò Horoscopus ei adversatur, cum sit descendente *Jove*; ac *Jupiter* equidem aspectu satis favente eum intuetur, nisi quod ipse huic signo adversus sit, & hoc signum ipsi adversum, nec ad exitum optatum perducetur quo verum & ratum fiat, [quod asserit.] Quæ autem adfert argumenta à *Venere* & *Mercurio* pendentia, genus sunt quoddam probabilitatis, imposturæ & deceptionis; quæ ipsi admirationem & plausum conciliabunt. Dixit mihi *AlMamun*, Tu, remuneret te Deus [verum attigisti:] deinde, Nostísne, inquit, de viro quicquam? respondentibus nobis, Minime: Hic, inquit, Prophetiam sibi vendicat. Dicente me, Estne illi, O Imperator fidelium, quo hoc probet? cum rogaret ipsum, Imò, inquit, mihi annulus est binas
p. 250. palas habens, quem si ego induam nihil conspicietur † quod observatu dignum sit, quòd si præter me quis induerit, ridebit, nec se à risu continebit, donec ipsum exuerit. Est & mihi calamus Damascenus, quo ipse eum tenens scribam; quod si præter me quis ipsum prehenderit, digito ipsius non adhærebit. Dixi, Domine mi, hæc sunt, *Venus* & *Mercurius*, qui jam opus suum peregerunt. Cúmque jussisset *AlMamun* ipsum facere quæ de se affirmaverat, diximus, Hoc genus quodam est Telesmatum. Nec destitit *AlMamun* longo tempore

tempore cum eo [agere] donec [verum] fateretur, & vendicationi propheticæ renuntiaret, ipsique artem quâ usus est in annulo & calamo explicaret; quam ob rem mille aureis ipsum donavit. Eundem postea obvium habuimus; fuitque hominum in Astrologia peritissimus. Inquit *Abu Maashar* [*AlBumasar*] idem est, qui *Telesmata* contra *Scarabeos* confecit in multis *Bagdadi* ædibus. Inquit idem *AbuMaashar*, Si ipse [Astrologorum] eorum loco fuissem, dixissem quædam quæ ipsi omiserunt, viz: vendicationem ejus falsam fuisse, quod signum inversum esset, *Jupiterq́;* in malo [positu] & *Luna* ad extremum decrescens, duæque stellæ quæ ipsum aspiciebant in signo mendaci, viz. *Scorpio*. Dyn.IX.

Porrò è Medicis erant *Johannes Ebn Batrik* Interpres, *AlMamunis* libertus, qui & fidus fuit in libris Medicis vertendis, felix in sensu reddendo, at *Arabicè* minùs eleganter loquens; Philosophiæ quam Medicinæ, major ipsi peritia. Ex eorum numero etiam *Sahel Ebn Sabur*, qui *AlCausaj* appellatus; *Ebwazi* degit, linguaque *Chuzismum* referebat: Medicina claruit tempore *AlMamunis*. Cum una cum *Johanne Ebn Mesua*, *Georgio* † *Ebn Bachtishua*, *Isa Ebno'l Hacim*, & *Zacharia AlTiphuriensi* conveniret, inferior illis fuit in ea quæ voluit proferendo, nequaquam autem in medicando. Ex ipsius facetiis fuit, quod se aliquando ægrotū fingens, accersitis quos testamenti sui testes adhiberet, scriptum exaravit in quo filiorum suorum nomina describens, primo loco *Georgium Ebn Bachtishua* nominavit, secundo *Joannem Ebn Mesua*, dicens se cum matribus eorum congressum ipsas gravidas fecisse; *Georgium* autem cum præ indignatione occuparet tremor ac se undique converteret, exclamavit *Sahel*, *Soria wahaca 'lMasihi Ochrū fi edhnehi aiata Chorsa*, barbare efferens cū vellet, *Sorea wahakka'lMasihi Okru fi edhnehi aiata'l Corsa*. [i. Epilepsia correptus est, insusurrate auri ipsius versum *AlCorsa*. [pericopam sc. Alcorani sic dictam.] E facetiis etiam ejus fuit quod cum die *Hosannæ* prodiens ut ea adiret loca quæ visum egredi solent Christiani, *Johannem Mesuæ* filium habitu, quàm quem ipse gestaret, pulchriori ornatum videret, ipsique illum invidens, satellitum istius partis præfectum adiens dixerit, contumax est in me filius meus, cui si tu viginti plagas quæ dolorem inferant inflixeris, viginti tibi aureos numerabo, prolatósque viginti aureos in manum

Johannes Ebn Batrik Interpres, Medicus.

Sahel Ebn Sabur Medicus.

† p. 251.

 cujusdam,

Dyn.IX. cujusdam, cui confideret satellitum præfectus, tradidit. Deinde secedens donec ad eum in quo stetit locum perveniret *Johannes*, ipsum ad præfectum satellitum deduxit, Hic inquiens, filius meus immorigerum se in me gerit, méque vili pendit. Negantéque ipso se illius filium esse, ac dicente, Insanit iste, Vide, inquit *Sahel*, Domine mi. Præfectus ergo satellitum iratus † *Johannem* jumento suo dejectum viginti plagis dolorificis gravibus affecit. Fuit etiam ex *Al Mamunis* medicis *Gabriel Ocularius*; cui stipendium erat singulis mensibus mille numinorum, primúsque omnium ad ipsum quotidie accedebat: deinde de gradu dejectus est. Interrogatus a[n] m de causa respondit, Cum die quodam ab *AlMamune* egressus essem, sciscitanti servo ipsius cuidam quid ageret, dixi ipsum dormire; quod cum ipsi nuntiatum esset, accersito mihi, Heus *Gabriel*, inquit, Num te Ocularium adscivi, vel ut quid agerē narrando occupareris? exi domo mea: cúmque gradus quo apud ipsum fui propinquioris meminissem, Necessitudinis, inquit, gratia numerentur illi singulis mensibus centum quinquaginta tantùm nummi; nec unquam mihi permisit ad ipsum accedere.

Gabriel Ocularius.

AlMo'tasem Chalifa.

AlMo'tasem Ebnol'Rashid. Est idem *Abu Isaac Mohammed Ebn Harun AlRashid*. præstita est illi fides post obitum *AlMamunis*. Tumultuati autem milites proclamarunt *Al Abbasi* filii *AlMamunis* nomen, qui ad ipsos egressus, Quisnam, inquit, est hic amor frigidus, cum ego jam patruo meo fidem pactus sim? atque ita sedati sunt. Complures autem è montium, *Hamdani*, *Aspahani*, & *Masebdani* incolis, aliiq; sectam * *Hazemiticam* amplexi, convenientes exercitum conflârunt in ditione *Hamdani*: contra quos misit *AlMo'tasem* copias, quibus illos pugna aggressis, cæsi sunt eorum sexagies mille; reliqui in Græcorum regionem fugerunt.

* al. *Jazemiticam*, vel, *Chazemiticam*.

Ahmed Ebn Hanbal.

Anno ducentesimo decimo nono *AlMo'tasem Ahmedem Ebn Hanbal* accersitum *Alcorano* exploravit; cúmque asserere noluit † eum creatum esse, ipso jubente flagris graviter cæsus est, donec ipsi & deficeret intellectus, & scinderetur cutis. *Abu Harun* autem *Ebno'l Baca*, è doctis qui creationem *Alcorani* admittere noluerunt, confessus est eum positum esse, quod dixerit [ut volunt] Deus, *Nos posuimus* Alcoranum Arabicum; & concessit omne positum creatum esse, conclusionem interim negans, dixitque, non dico eum

p. 253.

Abu Harun Ebn'ol Baca.

eum creatum, verùm positum, quod valdè mirum. Anno ducentesimo vicesimo *AlMo'tasem Aphshinum Chaidar Ebn Caus*, regionis montanæ præfectum, misit ad bellum *Babeco* inferendum, qui adversus ipsum profectus est. Initium autem rebellionis *Babeci* fuit anno ducentesimo primo, qui multos Regis exercitus profligavit, multósque è ducibus ipsius interfecit, adeo ut gravis homines pavor invaderet, ac valde terrerentur, eumq; magni facerent; congregatis autem ad ipsum latronibus & hominibus seditiosis, creverunt copiæ ipsius, adeò ut equitum ipsi essent viginti millia præter pedites: cœpit etiam homines crudelibus afficere supliciis, nec reliquerunt socii ipsius, virum, fœminam, puerum, vel infantem *Mohammedanum* & fœdere iis conjunctum, quem non exciderent ac trucidarent. Computatus eorum manibus interfectorum numerus erat homines ducenties quinquagies quinquies mille & quingenti. Cum missus ad bellum ei inferendũ *Aphshin* per annum ipsum oppugnâsset, plus semel ab eo in fugam versus iterum eum aggressus est. Eo tandem res devenit ut cum se recepisset *Babec* ad urbẽ suam *AlBadh*, tandem rebus ipsius afflictis cum † suis exiret regionem *Græcorum* fuga petens, habitu mercatoris. *Sahel* autem *Ebn Sanbat Armenus Patritius* ipsum agnitum cepit: cúmque magna se pecuniæ summa redimere vellet eam accipere noluit, sed ad *Aphshinum* misit, postquam *Armeni* cum ipsius matre, sorore & uxore coram ipso turpia patrassent; nam ita maledictus ille homines tractare solebat, cum eos cum necessariis suis captivos caperet. *Aphshin* verò *Babecum* ad *AlMo'tasemum*, qui tum *Sarmanraiæ* fuit, abduxit. Qui *Babeci* carnificem accersiri jusso, ubi adesset jussit ipsi manus & pedes præcidere: quibus amputatis cum cecidisset ipsum jugulare jussit, eique ventrem discindere; capùtque ipsius *Chorasanum* misit, corpus *Samarræ* patibulo affixit.

Anno ducentesimo vicesimo tertio profectus *Theophilus* filius *Michaelis Græcorum* Imperator in ditiones *Islamiticas*, & *Zabtaram* usque progressus, qui in ea fuerunt viros occidit, liberos eorum & fœminas captivas abduxit. *Malatiam* etiam aliaque loca hostiliter aggressus, fœminas captivas abduxit, adductísque qũi penes ipsum erant è *Moslemiis* oculos eruit, nares, auresque præcidit: cujus rei fama cum ad *AlMo'tasemum* pervenisset, gravéque hoc ipsi visum

Marginalia: D. n. IX. — *Babec* rebellis. — p. 254. — Supplicio affectus. — * vel *Sarmanraiæ*. — *Theophilus Græcorum* Imperator.

Dyn. IX. sum esset, profectus in Graecorum regionem, *Amuria* captâ triginta hominum millia occidit, totidemque captivos cepit.

Anno ducentesimo vicesimo quinto mutatus est *AlMo'tasemi* erga *Aphshinum* affectus, quod scribens ipse ad *Maziarum Tabarestani* praefectum ad defectionem ipsum & rebellionem hortatus fuisset, regnum ad *Persas* transferre cupiens. Interfectum ergo juxta *Babecum* patibulo affixit: invenit autem ipsum praeputiatum, minimè circumcisum; quin & è domo ipsius Idola eduxerunt, quibus ipsum
p. 255. combusserunt. Anno ducentesimo vicesimo septimo † obiit *AlMo'tasem Abu Isaac* die *Jovis* decimo octavo *Rabia* prioris, relictis octo filiis & octo filiabus. Fuitque imperium ipsius annorum octo, & octo mensium; vita annorum quadraginta septem. Fertur *AlMo'tasemum*, cum solus aliquando incederet à comitibus suis separatus die pluvio; atq; conspexisset Senem quendã, cui asinus sentibus onustus lapsus in terram procidisset, Sene juxta ipsum stante, equo suo descẽdisse quo asinum liberaret; dicenteque ipsi Sene, per patrem meum & matrem te obsecro, ne perdas vestes tuos, respondisse, Nihil hoc ad te; tum asino liberato sentes imposuisse, manibusque lotis equum conscendisse, dicente Sene, Propitius tibi sit Deus O Juvenis: dein assecutis ipsum comitibus suis jussisse illi numerari quatuor aureorum millia; quod indicium quam fieri potest maximum fuit magnificentiae regibus innatae, & heroicae ipsorum indolis.

Al Mo'tasem moritur.

Sectio.

Salmawaib Medicus.

Ait *Honain*, *Salmawaihum* in parte Medicinae practica peritum fuisse, & seculo suo claruisse. Cumque aegrotaret visisse ipsum *AlMo'tasemum*, & in fletũ coram ipso prorumpentem ipsi dixisse, Indica mihi quis te sublato sanitatem meam curaturus sit: cui ille, Erit tibi ardelio iste *Johannes Ebn Mesua*; cum autem tibi aliquid praescripserit, sume ex eo quod minus mixtum est. Mortuo autem *Salmawaibo* dixit *AlMo'tasem*, Ego ipsum secuturus sum. Ille enim vitam meam conservavit, & corpus moderatus est. Eámque diem à cibo abstinuit, feretrúmque in palatium afferri jussit, & super ipso
p. 256. preces fieri cum candelis & suffitu, juxta † Christianorũ ritum; quod ipso inspiciente factum. Solebat *Salmawaihus AlMo'tasemo* bis quotannis

Johannes filius Mesue.

tannis sanguinem detrahere, & post singulas vices pharmacum exhibere. At ubi *Johannes* ipsum curavit, voluit ille contra ac fecerat *Salmawaihus* facere, & medicam potionem phlebotomiæ præmisit, qua epota incalescente sanguine in febrim incidit, nec destitit corpus ipsi tabescere donec moreretur: idque viginti à morte *Salmawaihi* mensibus elapsis. Porro *Aphshino* inservivit *Zacharias Tiphuriensis* Medicus, qui hæc de se memoravit. Cum una cum *Aphshino* in castris essem, illo *Babeco* bellum inferente, inciderétq; sermo de Pharmacopolis, dixi ego, Nihil â Pharmacopola peti potest, quin, sive habuerit, sive non habuerit, apud se illud esse affirmaturus sit. *Aphshin* ergo catalogum *Asrushinensium* quendam afferri jubens, viginti circiter nominibus inde descriptis, misit ad Pharmacopolas qui ab illis medicamenta istis nominibus appellata peteret. Negantibus aliis, alii se ea comperta habere affirmarunt, acceptâque à nuntiis pecunia, aliquid ex officinis suis illis tradiderunt. *Aphshin* igitur accersitis quotquot erant Pharmacopolis eos qui nomina ea sibi nota esse negaverant, in castris manere permansit, reliquis amotis.

Dyn. IX.

Zacharias Tiphuriensis Medicus.

AlWathek billa Harun Ebno'l Mo'tasem. Inauguratus est eodem die quo mortuus est pater ipsius. Hoc anno mortuus est *Theophilus* Romanorum Imperator, qui annos duodecim regnaverat: imperante post ipsum conjuge ipsius *Theodora* † cum filio *Michaele Theophili* filio, adhuc puero. Anno ducentesimo vicesimo octavo *Moslemii* insulam *Siciliam* mari aggressi, urbem *Messinam* expugnarunt. Anno ducentesimo tricesimo primo, facta est captivorum redemptio inter *Moslemios* & Romanos per manum *Chakani* Eunuchi *AlRashidi*. Convenientibus ergo *Moslemiis* juxta fluvium *Lamesum* unius circiter diei itinere ab urbe *Tarso*, jussit *AlWathek Chakanum* captivos *Moslemiticos* probare, & quisquis Alcoranum creatum esse, Deumque mundo futuro visum non iri assereret, redimi, atque aureo donari, qui hæc non assererent penes Romanos relinqui. Die ergo decimo *Moharrami* advenerunt Romani, adductis quos habebant captivis; atque ita peractum est inter duas gentes negotium, ut dimittentibus *Moslemiis* captivum, Romani etiam captivum dimitterent, qui in medio ponte sibi invicem occurrerent: cumque ad *Moslemios* perveniret captivus, illi, *Deus maximus*, exclamarent; cum ad Romanos Romanus, illi, *Kyrie eleeson*, vociferari, donec

AlWathek Califa.

p. 257.

Messana expugnata.

finem

Dyn.IX. finem fecissent. Fuit autem captivorum *Moslemiticorum* numerus homines quatuor mille, quadringenti, sexaginta, fœminæ & pueri octingenti, *Moslemiorum* fœderati centum. Finitâ redemtione *Moslemii* expeditionem hybernam fecere, in quos cum nix & pluvia irruisset, mortui sunt ex ipsis ducenti, totidem capti, multique in

AlWathek moritur. [fluvio] *Badanduni* submersi. Anno ducentesimo tricesimo secundo p.258. obiit *AlWatbek* mense *DulHajja* sexto † ante eum finitum die. Morbus ipsius hydrops fuit, cui curãdo cũ in hypocausto sederet, atq; inde se allevatum sentiret, jussit die crastino calidiorem fieri; quod cum factum esset, atque ipse diutius in illo quam die præcedenti sedisset, febre correptus est; inde ergo lectica abductus mortuus in ea est, nemine mortuum sentiente, donec facies ipsius lecticam pulsaret. Ingravescente morbo Astrologos accersiverat, è quibus erat *AlHasan Ebn Sahel Ebn Nubacht*, qui in ejus natalem inquirentes pronunciarunt ipsum quinquaginta ab illo die annos victurum: ille vero post hoc ab illis affirmatum non ultra decem dies vixit. Fuitque Chalifatus ipsius annorum quinque, & novem mensium, ætas, anni triginta duo.

Sectio.

Hasan Astrologus. *Hasano* isti cujus mentio facta est, opus quoddam est, viz: Liber de Mansionibus Lunæ. Omnes autem genere *Nubachti* oriundi celebres erant, & ingenio pollentes, & scientias veterum callentes, at huic par haud alius fuit. Narravit *Ahmed Ebn Harun Syruporum in Ægypto* venditor, narrasse sibi *AlMotawaccel alalla*, sub Chalifatu *AlWatheki*, *Johannem Mesuæ* filium, unà cum *AlWatheko* super tabulato in fluvio Tigri fuisse; *AlWatheko* autem fuisse arundinem cui hamus appensus, quo in Tigrim ad captandos pisces demisso cum nihil cepisset ipsum ad *Johannem*, qui à dextra ipsius stetit, conversum dixisse, Abi heus inauspicate à dextra mea; respondisse autem *Johannem*, Ne illud dicas, O Imperator fidelium, quod absurdum est; *Johannes*, cui cum pater esset *Mesua Chuzensis*, mater *Resala Sclava*, quæ argenteis octingentis venijt, fortuna adeo favit, † ut à p.259. Chalifis ad compotationem colloquium & familiaritatem adscitus fuerit, & mundo adeo obrutus sit, ut de eo illud acceperit quo pertingere spes ipsius non poterant, ut sit hic inauspicatus ex maxime absurdis est: verum si Imperatori fidelium placuerit ut illi dicam quis

inausp icatus

inauspicatus sit, dicam. Quisnam ille, inquit ipse? Respondit, Qui quatuor Chalifis prognatus, Deinde à Deo ad Chalifatum evectus, relicto Chalifatu & palatiis ipsius in tabulato viginti cubitos lato, & totidem longo, in medio Tigri sederit à ventorum procellis minimè securus, ne [irruentes] ipsum demergant, tum & hominum quotquot in mundo sunt pauperrimis & pessimis assimilatus, piscatoribus sc. Inquit *AlMotawaccel*, Percepi sermonem ejus ipsum commovisse, nisi quod mei præsentis gratiâ se continuerit. Dyn IX

AlMotawaccel ala'lla, *Jaafar Ebno'l Mo'tasem*. Inauguratus est post mortem fratris sui *AlWatheki*, annos quo die inauguratus est natus viginti sex. Anno ducentesimo tricesimo tertio, *Michael Theophili* filius matrem suam *Theodoram* adortus ipsam in monasterium conclusit, interfecto *Catilo*, ob quem eam suspectam habuit; imperaverat autem illa septem annos. Anno ducentesimo tricesimo quinto fidem præstari fecit *AlMotawaccel* filiis suis tribus de hæreditariæ successionis jure. viz: *AlMontasero*, *AlMo'tazzo*, & *AlMowaiado*: nec non vexillo unicuique ipsorum dato, *AlMontaserum Erako*, *Hejazo* & *Yamano* præfecit; *AlMo'tazzum Chorasano* & *Raiæ*, *AlMowaiadum Syriæ Damascenæ*. Anno ducentesimo tricesimo sexto † jussit *AlMotawaccel* dirui sepulchrum * *Hasani* filii *Alis*, conserique & irrigari locum ejus, & prohiberi homines ne eò pervenirent. Anno ducentesimo tricesimo *AlMotawaccel Josephum Ebn Mohammed Armeniæ & Aderbijano* præfecit, qui cum *Echlatum* pervenisset *Bokratum Ebn* ' *shut* Patricium accedentem capi ac vinciri jussit ipsúmque ad *AlMotawaccelum* deportari. Patricii igitur *Armeniæ Bokrati* ex fratre nepotem convenientes in *Josephi* cædem jurarunt, assentiente in hoc ipsis *Musa*, qui *Bokrati* affinis erat, ductâ ipsius filiâ, *Josephúmque* adorti contra ipsum congregati sunt in castello *Mushi* medio mensis *Ramadani*, omnibus tum frigore hiberno obrigescentibus: & contra ipsos in pugnam prodeuntem interfecerunt cum omnibus una pugnantibus. Quod si quis non pugnâsset, ipsi dixerunt, Exutis vestibus nudus evade. Quod cum fecissent, corporáque ac pedes nudi abirent, plerique frigore periere. *AlMotawaccel* autem hoc audito statim, *Bogam* majorem misit qui *Josephi* sanguinem ulcisceretur. Ille igitur profectus, *Josephi* cædem deflens ultra triginta ipsorum millia occidit,

AlMotawaccel Chalifa.

p. 260

*al. Hosaini.

Dyn.IX. compluribus etiam captivis abductis: dein ad urbem *Tephlis* accedens ipsam obsedit, accersitis pyrobolariis qui ignem in urbem ejaculati eam absumpserunt, utpote lignis pineis extructam, crematis in ipsa quinquaginta circiter hominum millibus. Anno ducentesimo tricesimo octavo appulerunt trecentæ Græcorum naves sub tribus præfectis, quorum unus centum naves † Damiatæ in portum egit; inter quam & littus cum esset quasi lacus, cujus aqua pectore viri tenus pertingeret, qui per illum ad terram transierunt à navibus quæ in mari tuti erant: Illum ergò transeuntes *Moslemiorum* nonnulli incolumes evaserunt, multis interim submersis è mulieribus, & pueris non paucis; quique viribus valebant *Mesram* profecti sunt. Contigit autem adventus Græcorum cum illa militibus vacua esset. Diripuerunt ergò, incenderunt, captivos ceperunt; templo etiam ipsius igne absumpto, abductisque è *Moslemiticis*, & fœderatis sexcentis circiter fœminis: dein *Mesram* profecti eâ spoliatâ redierunt, nemine illos impediente. Anno ducentesimo quadragesimo secundo acciderunt terræ motus terribiles, & voces inusitatæ in *Comaso*, & in ejus villis mense *Shaabano*; eversæque sunt ædes, quarum sub ruinis periit magna hominum multitudo: quorum numerus hominum quadraginta quinque millia nonaginta sex fuisse perhibetur, atque eorum maxima pars *Damegani*. Idem etiam contigit in *Syria*, *Perside*, *Chorasano*, & *Yamano*, subsidente unâ terrâ: quin & mons *Al Akrao* [i. calvus] in mare cecidit, quo casu perierunt *Alladikiæ* incolæ.

Tephlis incensa.

p. 261.

Damiata à Græcis capta.

Terræmotus.

Anno ducentesimo quadragesimo septimo interfectus est *Al Motawaccel*, cum ebrius esset, *Sarramarraiæ*, die Mercurii Mensis *Shawali* primo, à puero quodam Turca cui nomen *Bagero*. Fuit Chalifatus ipsius annorum quatuordecim, & septem mensium, ætas quadraginta, unaq. cum ipso interfectus est *Al Phatah Ebn Chakan*; qui cum se in *Al Motawaccelũ* conjiceret, dicens, Væ vobis, num Imperatorẽ fidelium occidetis? illum gladiis suis in ipsum irruentes peremerunt. Fertur † filium ejus *Al Montaserum* cædem ipsius clam molitum esse, qui sex menses ipsi superstes fuit. Anno quo contigerunt terræmotus, *Al Motawaccel Ahmedem Ebn Hanbal* è carcere eductum & benigne habitum *Bagdadum* remisit; mitti jubens disputationem de *Alcorano*, atque immunem fore qui vel ipsum creatum, vel increatum diceret.

Al Motawaccel interfectus.

p. 262.

Ahmed Ebn Hanbal.

Sectio.

Sectio.

Dicunt historicorum quidam, *Bachtishuam Gabrielis* filium Medicum die quodam ad *AlMotawaccelum*, super abaco in medio domus interioris sedentem, ingressum, una cum ipso super abacum pro more suo consedisse, tunicâ è serico Græco indutum fimbriâ aliquantulùm scissâ. *AlMotawaccelum* autem cum *Bachtishua* colloquentem scissuram istam per lusum contrectasse, donec cinctorio tenus pertingeret: cúmque eò inter ipsos rediisset sermo ut rogaret ipsum *AlMotawaccel*, quonam dignoscitis insaniâ correpto opus esse ut vinciatur, respondisse *Bachtishuam*, Tum demum cum eo pervenerit ut medici sui tunicam cinctorio tenus perrumpat ipsum vincimus; ridentémque *AlMotawaccelum* adeò ut retrorsum decideret, veste splendidâ illum indui, multisque nummis donari jussisse; quod indicio est quanta apud *AlMotawaccelum* gratiâ polleret *Bachtishua*, quámque familiariter eo uteretur. Porro dixit die quodam *AlMotawaccel Bachtishuæ*, Me [domum tuam] invites; cui ille, Libenter, inquit, honoris loco hoc habiturus. Convivio ergo ipsum excipiens eam pompam eámque opulentiam ostentavit, quæ mirati sunt *AlMotawaccel* & qui unà aderant: nimiúmque *Bachtishua* duxit *AlMotawaccel*, quod vidit apud eum opulentiæ summæque magnificentiæ; adeò ut ipsi invideret,†paucisque post diebus ipsum adversatus magnas ipsi opes auferret. Accedens ergo *AlHosain Ebn Mochalled* repositoria ipsius obsignavit: cúmque multa vendidisset, reliqua erant ligna, carbones, vinum, cæteráque ejusmodi, quæ emit *AlHosain* sex aureorum millibus, retulitque se è summa eorum duodecim aureorum millibus vendidisse. Factum est hoc anno ducentesimo quadragesimo quarto; obiit autem *Bachtishua* ducentesimo quinquagesimo sexto. Porro imperante *AlMotawaccelo* claruit *Honain Ebn Isaac* Medicus *Christianus Ebadiensis*. Genus duxit ab *Ebadiis*; hi *Christiani* quidam *Arabes* erant è tribubus diversis, qui in unum congregati se ab hominibus seduxerunt in castella quædam juxta *Hiram* ab ipsis extructa: appellatique sunt *AlEbad* (i.e. Servi,) siquidem [forma illa] non usurpatur nisi [de servis] Creatoris; cùm *AlAbid* dicatur tam de iis qui Creaturæ,

Bachtishua filius Gabrielis Medicus.

p. 263.

obit.

Honain Ebn Isaac Medicus Christianus.

Dyn.IX. quàm qui Creatori [serviunt.] Fuit autem *Isaac Honaini* pater Pharmacopola in [urbe] *Hira*; *Honain* verò cùm adolevisset scientiæ amore captus, *Bagdadum* ingressus ad *Johannis* Ebn *Mesua* scholam accedens ipsius servitio se addixit, & apud ipsum studiis operam dedit. Cúmque percontationibus deditus esset, *Johanni* molestus fuit: die igitur quodam cùm quæstionem erudiri cupientis proposuisset, iratus *Johannes*, Quid, inquit, *Hirensibus* cum medicinâ? Tuum est in compitis minuta vendere, jussitque illum domo suâ pelli. Discessit ergo *Honain* flens, & in *Græcorum* ditiones se recepit, ubi biennio substitit, donec linguam *Græcam* †perfectè calleret, librisque Philosophicis conquirendis quâ potuit sedulitate se applicuit: dein post biennium *Bagdadum* reversus, inde in *Persidem* profectus *Basorā* adiit, & *AlChalilo* Ebn *Ahmedi* se adjunxit, donec linguæ *Arabicæ* peritiâ excelleret; tum *Bagdadum* reversus est. Inquit *Josephus Medicus*; die quodam ingressus ad *Gabrielem Bachtishua* filium, reperi apud ipsum *Honainum* Anatomica quædam ipsi exponentem; *Gabriel* verò ipsum honorificè alloquens, *Rabbanum* [i. e. Doctorem] appellavit; Ego igitur miratus sum quod vidi, quod percipiens à me *Gabriel*, Nè nimium, inquit, me facere putes in eo quod juvenem hunc spectat; siquidem si vita illi longior contigerit, *Sergium* ad pudorem adacturus est. *Sergius* autem iste *Rasatnensis* fuit, *Jacobita*, qui *Græcorum* disciplinas in *Syriacam* transtulit. Atque haud cessarunt *Honaini* res invalescere, ejusque scientia auctior fieri, & quæ in eo miranda manifestari in versionibus & interpretationibus, donec scientiarum fons, & virtutum fodina evaderet. Ejus fama cùm ad Chalifam *AlMotawaccelum* pervenisset, ipsum accersiri jussit; cúmque accessisset, vectigal annuum designans reditum illi locupletem constituit: visum est autem ipsi illum probare, ut suspicionem quam de eo conceperat ex animo eximeret. Suspicatus enim fuerat forsan Imperatorem Græcorum fraudis aliquid molitum esse. Accersitum ergo illum veste indui jussit, prolatâ syngraphâ in quâ [assignatum] fuit vectigal, quod quinquagies mille nummos valeret: quo nomine gratias ei egit *Honain*. Deinde post quædam de quibus inter ipsos sermo incidit, Volo, inquit, ut mihi pharmacum indices, quo è medio tolli possit inimicus quem sublatum vellem, ita ut dignosci non possit, atque hoc secretò vellem. Respondente

Græcè peritus. p. 264.

Sergius interpres.

Honaini laus.

dente

dente *Honaino*, † Haud didici præter medicamenta utilia, neque noveram Imperatorem fidelium alia à me petiturum, quod si ipsi visum fuerit ut profectus discam, fecero. Hoc, inquit, moram interponeret: deinde promissa & minas adhibuit, ipsúmque in arce quadam ad anni spatium incarceravit, dein accersitum eodem modo allocutus est, gladiumq; & corium afferri jussit. *Honain* igitur, Dixi, inquit, Imperatori fidelium quod sufficiat: & dicente Chalifâ, Equidem te interfecturus sum; Mihi, inquit, Dominus est, qui jus meum cras exacturus est in conventu magno. Subridens ergo *AlMotawaccel*, Bono, inquit, sis animo; siquidem te probare voluimus, ut tibi confidere possemus. Cúmque *Honain* terram deosculatus gratias ipsi egisset, Quid, inquit, Chalifa, te impedivit, quo minus mihi annueres, cùm videres quod nos revera præstituros [quod diximus] in utramque partem [indicaret?] Duo, inquit *Honain*, viz. Religio & Professio; siquidem Religio jubet nos inimicis benefacere; quid ergo putas de amicis? Professio autem instituta est ad utilitatem eorum qui ejusdem generis sunt, atque eorum medelæ tantùm destinata: quinetiam Medicorum cervicibus impositum est mandatum juramento gravi confirmatum, ne medicamentum lethiferum cuipiam porrigant. Respondit Chalifa, Duæ leges nobiles sunt. Jubentéque ipso vestibus donatus est, collatis unà nummis; adeò ut recederet hominum statu & dignitate ornatissimus. *Tiphurius* autem *Christianus*, Librarius, *Honaino* invidit, eique infestus fuit. Cùm ergo die quodam in ædibus *Christiani* cujusdam *Bagdadi* convenissent, ubi figura erat *Christi* † & discipulorum, accensâ coram ipsis lucernâ; dixissétque *Honain* patri-familiâs, Quid oleum perdis, neque enim est hic *Christus*, nec isti discipuli, verùm figuræ? dixit *Tiphurius*, Si veneratione digni non sint, in eos inspuas: conspuentéq; ipso, testes adhibuit, & apud *AlMotawaccelum* ipsum incusans, rogavit ut *Christianorum* consessui jus in ipsum permitteret; misitq; ad Catholicum & Episcopos, qui de eo rogati *Honainum* excommunicandum statuerunt. Excommunicatus ergo est, & dissecta ipsi zona; reversusque domum suam eâdem nocte morte subitaneâ interiit. Fertur ipsum venenum sibi adhibuisse. Fuerunt autem *Honaino* filii bini, *David* & *Isaac*. *Isaac* interpretationi inserviit, eique operam navans, solidè, optiméque præstitit: fuit animo in

D. n. IX. p. 265.

p. 266.

David & Isaac Honaini filii.

 Philosophiam

Dyn. IX. Philosophiam propensiore. *David* verò, apud vulgus medicinam exercuit. Fuit etiam illi ex sorore nepos nomine *Hobaish*, *Ebn Al-Asam*, unus eorum qui libros è *Græco* & *Syriaco* in *Arabicum* verterunt; quem discipulis suis præfecit, laudavitque, & ejus versionem probavit. Dicitur felicitatis *Honaini* partem fuisse quod *Hobaishum* socium habuerit, siquidem pleraque eorum quæ transtulit *Hobaish Honaino* attribuuntur; ac sæpe ubi viderint stulti librum aliquem veterem opera *Hobaishi* versum, putant errore suo decepti, ipsum *Honainum* esse, ac vitiosè scriptum, ideóque eraso eo *Honainum* substituunt.

Hobaish interpres, Honaini nepos.

AlMontaser Chalifa. p. 267.

AlMontaser AlMotawaccéli filius. Sacramentum ei dixerunt, qui patrem ipsius interfecerunt, eâdem nocte † quâ *AlMotawaccelum* sustulerunt. Ubi autem illuxisset dies *Mercurii*, convenientibus ducibus, scribis, exercitu, & *Jafariensium* primoribus, legit coram ipsis *Ahmed Ebno'l Chasib* literas, quibus ab *AlMontasero* significatum est *AlPhatahum Ebn Chakan AlMotawaccelum* interfecisse, ipsique [imputandam] cædem ejus. Homines ergo fide præstitâ reversi sunt. Anno ducentesimo quadragesimo octavo, *Wasiph*, *Boga*, cæterique *Turcæ* in hoc incumbentes, ut abdicarentur *AlMo'tazz*, & *AlMowaiad*, *AlMontasero* instabant, dicentes, His abdicatis filio tuo *Abdo'lwahabo* fidem paciscemur: neque desierunt ipsum [impellere] donec ipsis annuens eos abdicavit invitus invitos. Dein accersitis ipsis, Putatis, inquit, me vos abdicâsse, quod sperem victurum me donec ad ætatem pervenerit filius meus, eique fidem exigam? Nequaquam hoc unquam speravi, verùm isti (universos libertos *Turcas*, qui ibi starent & sederent, innuens) impulerunt me vos abdicare. Hoc anno, viz. ducentesimo quadragesimo octavo, mortuus est *AlMontaser*, die Solis, *Rabiæ* posterioris quinto, ex synanche, cùm triduo male habuisset. Fertur multos, ex quo delatum est ipsi imperium donec moreretur, dixisse, Futurum est vitæ ipsius spatium sex menses; quantum sc. *Shirawaihi* filii *Cosrois* erat, qui patrem suum occidit: jactatum hoc tam vulgo quàm melioris sortis hominibus; fuitque vita ipsius annorum viginti quinque, cum sex mensibus, Chalifatus sex mensium.

AlMostain Chalifa. p. 268.

AlMostain Ahmed Ebn Mohammed, *Ebn AlMo'tasem*. Mortuo *AlMontasero* † die crastino convenientes liberti in [vico] *Harunienşi*, inter

inter quos erat *Boga* major, & *Boga* minor, & *Atamesh*, consilium ceperunt: atque nolentes ut quis è filiis *AlMotawacceli* Chalifatui præficeretur, ne ipsis perniciem moliretur, consenserunt in *AlMostaïnum Ahmedem* filium *Mohammedis*, filii *AlMotasemi*, eique sacramento dixerunt. Anno autem ducentesimo quadragesimo nono tumultuati sunt *Bagdadi* exercitus & *AlShacarienses*, quod viderent *Turcas* imperio prævalescere, adeò ut quem liberet è Chalifis è medio tollerent, & quem vellent ad Chalifatum eveherent, sine jure, nec *Moslemiis* in consilium adhibitis. Convenit ergo *Bagdadi* vulgus vociferatione, inclamatione, & sibilis [convocatum;] apertisque carceribus eis detentos eduxerunt, atque altero duorum pontium incenso, altero succiso ditiorum ædes spoliârunt, multásq; [inde] opes productas illis qui confiniis tuendis operam darent, distribuerunt. Productóq; *Almo'tazzo*, et capillis ejus, qui jam proliores erant, detonsis, Chalifam ipsum salutârunt; abdicato *AlMostaïno*, cujus tempus biennium cum novem mensibus fuerat. Profectus ergo *AlMostaïnus Bagdadum* anno ducentesimo quinquagesimo primo ibi obsessus est. Deinde anno ducentesimo quinquagesimo secundo se Chalifatu abdicavit, & *AlMo'tazzo AlMotawacceli* filio fidem obstrinxit; & in concionibus *Bagdadi AlMo'tazzi* mentio facta est. Cùm ergo *AlMostaïn AlMo'tazzo* fidem obstrinxisset, ipse illum *Basoram* misit, atque inde *Wasetum*, & de ipso interficiendo mandata dedit. Cúmque occisi caput ad *AlMo'tazzum* delatum esset, Deponite, inquit, illud, donec à latrunculorum lusu desistam; †atque ubi destitisset, contemplatus ipsum sepeliri jussit. p. 269. Hoc anno in carcerem conjecit *AlMo'tazz* fratrem suum *AlMowaiadum*, dein mortuum eduxit, nullo in ipso [noxæ] vestigio vel vulnere [apparente.] Fertur ipsum pallio è Mustelarum *Scythicarum* pellibus involutum fuisse, constrictis oris donec moreretur. Anno ducentesimo quinquagesimo quarto *Turcæ Ahmedem Tuluni* filium *Ægypto* præfecerunt; fuit autem *Tulun* servus *Turcicus AlMamunis*, cui natus est filius ipsius *Ahmed Bagdadi*, anno ducentesimo vicesimo: fuitq; *Ahmed* animo excelso, *Turcarum* ingenia & ritus vilipendens. In rebus magnis ei confidebant, virtuti & probitati operam dedit, firmatúsque est in animis hominum amor ipsius: eoque redierunt res ipsius, ut *Ægypto* & universis *Syriæ* urbibus præficeretur.

Dyn. IX.

AlMotazz Chalifa.

Ahmed Ebn Tulun Ægypto & Syriæ præfectus.

Anno

Dyn.IX. Anno ducentesimo quinquagesimo quinto *Turcæ* ad *AlMo'tazzum* accedentes stipendia sua ab eo petierunt; qui quod ipsis debebatur, distulit. Cùm ergo nihil ab eo obtineri viderent, ingressi ad ipsum ex iis quidam, pede ad cubiculi portam tractum, ac clavis cæsum ad Solem in atrio collocârunt; ubi pedem alterum attollens, alterum demittens præ caloris vehementia [stetit:] dein cruciandum cuidam tradiderunt, qui ad triduum ab ipso cibum & potum cohibuit; tum ipso in cryptam immisso, eam calce obstruxerunt ubi mortuus est. Fuit Chalifatus ipsius, ex quo *Samarræ* inauguratus est, donec amoveretur, annorum quatuor & septem mensium.

Sectio.

Sabur Ebn Sabel Medicus. Hoc anno obiit *Sabur Saheli* filius *Nosocomii Jondisaburensis* præfectus; fuit autem seculo suo clarus, libros composuit celebres, è quibus est liber † medicamentorum compositorum, quem in *Nosocomiis* & Pharmacopœis sequuntur, viginti duo capita [continens:] mortuus est religione *Christianus*, die Lunæ, septimo ante finitum mensem *Du'lHajjam*.

p.270.

AlMohtadi Califa. *AlMohtadi*, *AlWathcki* filius. Inauguratus est ultimo mensis *Rajebi* anni quinquagesimi, at non rata habita est inauguratio ipsius donec accedens *AlMo'tazz* seipsum imperio exueret, confessus se imparem esse ei quod sibi incumberet; ac cupere ut illud *Mohammedi AlWathcki* filio traderetur: tum fidem ipsi pepigerunt tam nobiliores quàm plebeii. Post *AlMo'tazzi* autem cædem immunitatem sibi petiit Mater ipsius, quam cùm concessissent, thesauros quos ipsi domi sub terra [fuerant] occupantes, invenerunt in ipsis millies mille & trecenties mille aureos, Smaragdorum modium, unionum grandium modium, Hyacinthorum rubeorum congium; quæ tamen, cum ab ea peteret filius ipsius *AlMo'tazz* pecunias quas *Turcis* daret, negavit sibi quicquam esse: conviciati ergo ipsi, dixerunt, Filium suum ob quinquagies mille aureos cædi exposuit, cùm tantas possideret divitias. Porro circa medium mensis *Rajebi* abdicatus est *AlMohtadi*, obiitque duodecimo ante eundem finitum die, anno ducentesimo quinquagesimo sexto: fuit Chalifatus ipsius mensium undecim, ætas annorum triginta octo. Imperio amotus.

AlMo-

AlMo'tamed AlMotawacceli filius. Prehenso *AlMohtadio*, Dyn. IX.
& in carcerem conjecto, accersitus est *Abu'l Abbas Ahmed AlMotawacceli* filius, qui in carcere detentus fuerat; † fidémque ei obstrinxerunt *Turcæ*, aliique, cognomine ei imposito *AlMo'tamed ala'lla*: tum postridie post inauguratum *AlMo'tamedum* mortuus est *AlMohtadi*. Anno ducentesimo sexagesimo primo *AlMo'tamed* filium suum *Jaafarum*, testamento successorem designatum, *AlMophawed ela'lla* cognominavit, & post ipsum fratrem ipsius *Abu Ahmed*, cui cognomen *AlMowaffek billa* imposuit. Anno ducentesimo sexagesimo quarto *Abdalla Ebn Rashid Ebn Cawus Græcorum* regionem ingressus cum quatuor equitum millibus, spolia cepit & stragem fecit; at cùm ab *AlBadanduno* recederet, adversùs ipsum egressi *Seleuciæ* & *Charshenæ* Patritii cum comitibus suis *Moslemios* circumdederunt: descendentes ergo *Moslemii*, & jumentorum suorum suffragines præcidentes pugnam commiserunt, extra quingentos qui impetu ad instar viri unius facto, jumentis suis vecti evaserunt; occiderunt ergo *Græci* quos occiderunt, captúsque *Abdalla Ebn Rashid* ad *Græcorum* Imperatorem perductus est. Anno ducentesimo sexagesimo quinto orto dissidio inter *AlMo'tamedum* & *Ahmedem*, profectus hic contra *Simam Halebi* cæterarúmque provinciarum, quæ *AlAwasem* appellantur, præfectum, eum *Antiochiæ* repertum in ea obsedit, eaque capta in potestatem redactum occidit. Dein *Halebum* perveniens ipsam occupavit. Occupavit etiam *Damascum, Hemesam, Hamatham, Kenasrinum AlRakkam* usque. Jussitque *AlMo'tamed* [*Ahmedem*] *Ebn Tulun* diris devoveri in suggestis: quod ergo factum est *Bagdadi* & in *Erako* toto. *Ebn Tulun* etiam *AlMo'tamedum* diris devovit in suggestis per omnes ipsius ditiones, *Ægyptum* sc. reliquásque. Anno ducentesimo septuagesimo mortuus est *Ebn Tulun* mense *Du'lkaada* relictis septemdecim filiis, quorum unus *Chamarawaih*, necnon septemdecim filiabus: † magnam etiam opum vim reliquit, multosque servos emptitios. Regno post ipsum felicissimè præfuit, idémque optimè administravit filius ipsius *Chamarawaih*. Anno ducentesimo septuagesimo octavo accidit *Almowaffeko* podagræ dolor; quo graviter afflictus, cum equo vehi non posset, sellam sibi conopeo tectam fecit, in qua unà sedebat cum

[Margin notes: *AlMo'tamed* Chalifa. — p. 271 — *AlMowaffek* ejus frater. — Moritur *Ahmed Ebn Tulun*. — p. 272. — *Chamarawaih Ægypti* Rex.]

Dyn.IX. cum famulo, qui pedem ipsius nive refrigeraret; dein Elephantiasis evasit morbus quo pede laboravit: sella autem ipsius à quadraginta simul viris gestabatur, quibus die quodam, Tædio, inquit, me vehendo affecti estis; mihi in votis est, ut vestrum alicujus instar essem, quo capite meo gestans victum mihi compararem, modo prosperâ uterer valetudine: cúmque domum suam pervenisset secundo mensis *Sephari*, divulgata est mors ipsius. Auspiciis ejus gesta sunt pleraque cum *Zengiis* aliisque rebellibus bella. Mortuo autem *AlMowaffeko* convenientes duces filio ipsius *Abu'lAbbaso* fidem de successione in imperio post *AlMophawadum* obstrinxerunt, qui *AlMo'taded billa* cognominatus est. Anno ducentesimo septuagesimo nono obiit *AlMo'tamed* die Lunæ undecimo ante *Rajebum* finitum, qui cùm in littore in [vico] *Hasaniensi* die Solis multùm bibisset, dein largiùs cœnatus esset, noctu mortuus est: fuit Chalifatus ipsius annorum viginti trium, interim aliorum sub arbitrio fuit; potestatem siquidem in ipsum exercuit *Abu Ahmed AlMowaffek* frater ipsius, qui arctè ipsum habuit, adeo ut cum aliquando ipsi trecentis aureis opus esset, eos non reperiret.

Moritur *AlMowaffek*.

Moritur *AlMo'tamed*.

Sectio.

AlMowaffek AlMo'tamedi frater sibi in familiaritatem adscitū *Jaafarum Ebn* Mohammed,†(*AbuMaashar AlBelchi* vulgo dictum) Astrologum habuit: qui cum ipso, cùm *AlZengios Basora* obsideret, aderat. Fertur *AbuMaasharum* rerum suarum initio ex iis, qui [*Mohammedis* dicta & facta] tradunt, *Bagdadi* fuisse; atque *Abu Yusepho Jacobo, Isaaci* filio, *AlCendio* infestum, in ipsum vulgus concitâsse, ac scientiarum Philosophicarum studium ei opprobrâsse. Subornavit igitur *AlCendi* qui ipsi Arithmeticæ & Geometriæ studium commendatum redderet, cui cùm operam dedisset, necdum metam attigisset, ad scientiam Astrologiæ judiciariæ divertit, ac *AlCendio* malum inferre desiit. Fertur ipsum Astrologiam didicisse post quadragesimum septimum ætatis annum. Excellens fuit, ingenio præstans, libros complures hoc in genere composuit. *AlMostaïnus* flagris ipsum cecîdit, quòd verum in re quadam, quam prædixit, attigisset:

p 273. *AbuMaashar* [*Albumasar*] Astrologus.

attigisset:

attigisset: dixit ergo, Verū assecutus sum, & pœnas dedi. Excessit autē *Abu Maashar* annum ætatis centesimum, mortuusq; est *Waseti*. Fertur ipsum vino continuè indulsisse, & temulentiæ notatum fuisse. Contingere solebat ipsi in pleniluniis Epilepsia. Quod ad *Jacobum AlCendium* autem, illustris prosapiæ fuit, *Basorensis*: fuit Pater ipsius *Isaac*, *AlCufa* nomine *AlMohdii* & *AlRashidi* præfectus. *Jacobus* verò Medicinæ, Philosophiæ, Arithmeticæ, Dialecticæ, Musicæ, Geometriæ, & Astronomiæ peritus fuit; ac in plerisque harum scientiarum libros celebres & tractatus longos composuit: nec fuit † inter *Mohammedanos* qui Philosophiæ studio apud homines adeò claruit, ut Philosophus nominaretur, præter *Jacobum* istum. Coætaneus fuit *Kosta Ebn Luca Baalbacensi*. *Kosta* iste Philosophus *Christianus* fuit sub imperio *Moslemitico*. *Græcorum* regiones ingressus, cùm è libris eorum multos congessisset, in *Syriam* reversus est, atque inde in *Erakum* evocatus ad libros interpretandos. Fertur *Senharibum* eum in *Armeniam* allexisse, ibique substitisse ipsum, donec moreretur; ac super sepulchrum ipsius extructam fuisse testudinem, honore, qualis Regum & legum conditorum sepulchris exhiberi solet, illi delato. Inquit Historiographus, Si verum dixero, asseruero ipsum [omnium] qui libros composuerunt præstantissimum fuisse, propter scientias ac res præclaras quas complexus est, & quod ei contigit verborum compendium, cum sensuum copia [conjunctum.]

Dyn. IX.

Jacobus AlCendi Philosophus & Medicus.

p. 274

Kosta Ebn Luca Philosophus Christianus.

Sectio.

Sub finem imperii *AlMo'tamedi*, movere se secta quædam in *AlCufa* pagis, qui *Karmatiani* audiunt: quorum rebus initium hoc fuit. Pauper quidam è regione *Chuzestani* ad pagos *AlCufa* pervenit, qui mundi contemptum & austeram vitæ rationem præ se ferens palmarum foliis texendis operam dedit, eo quod lucraretur se alens, atque hoc modo aliquandiu se habuit. Solebat autem, cùm assideret ei quispiam, ad religionem spectantia, & mundi contemptum suum ei commemorare, notum insuper faciens invitare se ad obsequium Antistitis cujusdam ex familia *Mohammedis*; neque hoc facere destitit, donec assensum illi præberet magna hominum multitudo, è quibus duodecim præpositos elegit numero Apostolorum,

Secta Karmatiorum initium.

 quos

Dyn.IX. quos jussit † homines ad sententiam suam pellicere. Cùm autem
p. 275. pervenisset fama ipsius ad ejus provinciæ Præfectum, ille prehensum in carcerem conjecit, jurans se ipsum morte multaturum: occlusâq; in ipsum domûs portâ clavem sub pulvinari suo reposuit, ac se bibendo exercuit. Puella ergo quædam illius, audito quod juraverat, hominis miserta, ubi dormiret Præfectus, sublatâ clave apertâque portâ ipsum eduxit, dein clavem in locum suum reddidit. Mane autem surgens Præfectus, apertâ portâ, ut ipsum morte afficeret, eum non conspexit. Quod cùm inter homines divulgatum esset, ad admirationem redacti ejus regionis incolæ eum sublatum à Deo dixerunt. Deinde in alia provincia apparuit, ubi turbam tam ex asseclis suis quàm aliis reperiens, dixit illis, Fieri non potest ut quis mihi noxam inferat, atque in oculis ipsorum magnus visus est. Deinde sibi metuens in partes *Syriæ* profectus est, nec quid eo factum est constitit. Appellatus autem est de nomine viri apud quem diversatus fuerat, viz. *Carmatih*, unde levioris pronuntiationis gratiâ dictum est *Karmata*. Inter ea quæ de *Karmatianis* narrantur; quod ad sententiam ipsorum, est quod librum protulerint in quo scriptum
* al. *Al-Phazeh.* fuit, In nomine Dei misericordis miseratoris; Inquit **AlPharaj* filius *Othmanis* ex oppido dicto *Nasrana*, *Christum* corporis humani forma ipsi [apparentem] dixisse, Equidem tu es Prætextus, Tu Argumentum, Tu Camela, Tu Jumentum, Tu *Johannes* filius *Zachariæ*, Tu Spiritus sanctus: notúmque illi fecit orationem tribus constare ingeniculationibus, binis ante ortum Solis, ac binis ante occasum ejus. Ac jejunium duorum esse quotannis dierum, viz.
p.276. *AlMahrejan*, & *AlNiruz*: ac † mustum vetitum esse, vinum licitum; nec vesci permissum vel dentes caninos, vel ungues falcatos habentibus.

AlMo'taded Chalifa. *AlMo'taded Ebno'lMowaffek.* Inauguratus est mane noctem illam sequente quo mortuus est patruus ipsius *AlMo'tamed*. Præfecto *AlMo'tadedo* misit ad ipsum *Chamarawaih Ebn Ahmed Ebn Tulun*, munera & donaria insignia per legatum, rogans ut *Chamarawaihi* filiam nomine *Ketro'lNada* filio suo *Ali* in uxorem acciperet: quo respondente se eam ducturum, gavisus est ob illud *Chamarawaih*. Anno ducentesimo octogesimo primo profectus est *AlMo'tadedus* *AlMauselum*, *Arabes* & *Cordos* aggressurus: ad

quos

quos accedens ipsosque adortus, stragem eorum edidit, multis in fluvio *Zabo* submersis. Deinde *AlMauselum* profectus est *Maredini* arcem petens, quæ *Hamdano* fuit. Fugiens ergo *Hamdanus* filium suum in ipsa reliquit. *AlMo'taded* autem castris ad eam positis, die illo eos qui in ipsa erant pugnâ lacessivit: dein crastino conscenso equo ad arcis portam ascendens, inclamavit, Heus fili *Hamdani*; quo illi respondente, Aperi, inquit, portam, quam cùm ille aperuisset sedens *AlMo'taded* in porta aliò transferri jussit quicquid in arce erat, ipsamque dirui. Deinde postquam *Bagdadum* reversus esset, *Hamdanum* etiam in potestatem redegit, utpote qui ipsius fidei se dedens ad eum accessit. Porro anno ducentesimo octogesimo secundo, *Chamarawaih* filiam suam egregio apparatu instructam ad *AlMo'tadedum* misit, mense *Moharramo*. Eodem anno die tertio *Du'lhajjæ* occisus est *Chamarawaih* † *Damasci*, à quodam è domesticis suis in lecto suo mactatus. Eo interfecto, in locum ipsius substitutus est filius ipsius *Harun*, cui impositum est ut ex *Ægypto* quotannis ad *AlMo'tadedi* ærarium mille & quingenta aureorum millia deferret. Anno ducentesimo octogesimo tertio *Sclavi Græciam* invadentes, *Constantinopoli* obsessâ multos ex ejus incolis occiderunt, regionémque depopulati sunt: cùm ergo non inveniret *Græcorum* Imperator, quo se ab illis vindicaret, convocatis qui penes ipsum erant *Moslemiorum* captivis, armis instructos rogavit ut contra *Sclavos* opem ipsi ferrent; quod & fecerunt, fugatisque illis *Constantinopolim* liberarunt. Quo viso, sibi à *Moslemiis* metuens Imperator, armis iterum spoliatos in provincias dispersit, veritus ne quid contra ipsum patrarent. Eodem anno facta est inter *Moslemios* & *Græcos* mutua captivorum liberatio: fuitque numerus *Moslemiorum* qui liberati sunt, quà viri quà fœminæ & pueri, homines bis mille quingenti quatuor. Eodem anno, viz. ducentesimo octogesimo quarto, comminati sunt Astrologi submersum iri regiones plerasq;, exceptâ *Babylonicâ*, cujus parùm quid salvum foret; atque futurum hoc propter magnam pluviarum copiam, & aquarum in fluviis & fontibus exundationem: at siccitatem experti sunt homines, raræq; erant pluviæ, & subsederunt aquæ, adeò ut preces pro obtinendâ pluviâ *Bagdadi* sæpius haberentur. Anno ducentesimo octogesimo quinto, prodiit † in *Bahrain* è *Karmatianis* quidam nomine *Abu-*

Dyn. IX

p.277.

Constantinopolis à Sclavis obsessa.

Astrologi mendaces.

Abu Said Karmatianus

p.278.

 Said;

Dyn. IX. *Said*; qui cum coeuntibus ad ipsum *Arabibus* & *Karmatianis* crevisset ipsius potentia, vicos circumjacentes expugnavit, dein ad *AlKatiphum* profectus, palam fecit se *AlBasoram* iturum. Jussit ergo *AlMo'taded AlBasoram* muris cingi, quod factum est impensis in id opus quatuordecim aureorum millibus. Anno ducentesimo octogesimo octavo accidit pestis in *Aderbijan*, qua mortui sunt multi admodùm, adeò ut deesset hominibus quo mortuos involverent, eósque in viis projicerent. Eodem, *Græci Caisumum* profecti ipsam populati sunt, incolarum opibus direptis, captisque hominum, quà virorum, quà puerorum & fœminarum, quindecim circiter millibus. Anno ducentesimo octogesimo nono diffusis per *AlCufæ* villas *Karmatianis*, captus eorum dux ad *AlMo'tadedum* perductus est; cui accersito ille, Dic mihi, inquit, num putatis spiritum Dei in corporibus vestris habitare? respondit vir iste, Heus tu, si in nobis habitet spiritus Dei, quid tibi hoc nocet; vel si habitet in nobis spiritus Diaboli, quid tibi hoc prodest? ne quæras de eo quod tua non interest, quære de eo quod ad te spectat. Dicente illo, Quid dicis de eo quod ad me spectat? Dico, inquit, cùm moreretur Propheta, superstes fuit pater vester *AlAbbas*, & nunquid Chalifatum ambiit, aut imperium ipsi detulit sociorum quis? deinde moriens *Abubecrus*, *Omarum* successorem reliquit, & licet quo loco esset *AlAbbasus* sciret, nihil de eo in testamento præcepit; deinde moriens *Omar* rem sex
p. 279 hominum arbitrio commendavit, nec eam † *AlAbbàso* testamento legavit, neque ipsum in eorum numero posuit: quam ob rem ergo vos Chalifatu digni estis, cùm inter socios conveniret avum tuum eo abdicandum fuisse? Jubente ergo *AlMo'tadedo* cruciatu affectus est, luxatis ossibus, deinde manibus pedibusque truncatus ac demum interfectus. Paulo pòst, eodem anno mense *Rabio* posteriore, octavo ante ipsum finitum die, obiit *AlMo'taded*. Convenientes ergo duces denuo inaugurârunt filium ipsius *AlMoctafium*. Fuit autem Chalifatus *AlMo'tadedi* annorum novem, & novem mensium, ætas annorum quadraginta septē. Dicitur fuisse *AlMo'tadedum*, fuscum, macilentum, ingeniosum, fortem: inerat illi avaritia; fuitque castus, suis verendus, qui impetum ipsius timebant: ita tamen ut interim in lenitate modum excederet. Inquit Vizierus *Abdalla Ebn Soliman, Ebn Waheb*, Adfui die quodam *AlMo'tadedo*, cùm servus,

Pestis gravis.

Græci Caisumum populantur.

AlMo'taded moritur.

cui

cui in manu erat muscarium, pileum ipsius percuteret, adeò ut decideret: ac me quidem magnitudine rei confuso, *AlMo'taded* nequaquam commotus dixit, Puer iste dormitavit; nec quid asperius illi dixit. Me verò terram deosculante, ac dicente, Equidem O Imperator fidelium, nihil unquam tale audivi; haud putâram lenitatem hoc potuisse, respondit, Et nunquid aliter fieri decuit? probè novi, quod si misero isti puero animum subiisset hoc quod contigit, defecisset illi intellectus & periisset: non est autem quid vitio vertendum, nisi illi qui deditâ operâ fecerit, non per errorem & ignoranter. Dyn.IX.

Sectio.

Tempore *AlMo'tadedi* magno in honore fuerunt filii *Musa Ebn Shacer*; qui tres erant, *Mohammed*, *Ahmed*, & *AlHasan*. *Musa Ebn Shacer* autem *AlMamuni* comitem se adjunxerat, †neq; ipse è doctorum numero erat, verum in juventute suâ grassator latrocinia exercens, postea verò pœnitentiam egit: cùm mortuus tres filios istos parvos reliquisset, illos *AlMamun* curæ *Isaaki Ebn Arrahim Mosabiensis* commisit; qui illos apud *Yahyam Ebn Abi Mansur* in Academia collocavit, fuitque conditio eorum abjecta & tenuis. Omnia siquidem *AlMamunis* familiarium stipendia modica erant. Filii autem *Musa Ebn Shacer* summum in scientiis suis ad fastigium pervenerunt. Natu maximus & celeberrimus eorum fuit *AbuJaafar Mohammed*, in Geometricis & Astronomicis ubertim excellens; deinde [principis] servitio se addicens inter ducum præcipuos fuit, donec principatum obtinerent *Turcæ*. *Ahmed* ipsi scientiâ inferior fuit, præterquam in Mechanicis, in quibus eò pertigit, quo non alius quispiam. *AlHasan* eorum tertius Geometriam privatim excoluit: miræ autem in ea indolis fuit, ad quam non alius quispiam propè accessit. Quicquid enim calluit, suopte ingenio calluit, nec è libris Geometricis alios legit quàm *Euclidis* de Elementis sex tractatus, qui minus sunt quàm totius operis dimidium. Memoria illi miranda fuit, imaginatio fortis. Fertur *AlMarusiensem* aliquando *AlMamuni* de eo dixisse, Illum non amplius de *Euclide* quàm sex libros legisse, quo ipsius famam minueret; respondisse autem *AlHasanum*, Nullum mihi proponet schema ex illis quæ in libris quos non legi reperiuntur,

Musa Ebn Shacer filii tres.

† p. 280

1. AbuJaafar Mohammed, Mathematicus insignis.

2. Ahmed.

3. AlHasan.

AlMarusi.

Dyn. IX. reperiuntur, quod non ingenio meo eruam, ipsique explicaturus
p. 281. sim; nec mihi obest quod ea non perlegerim, † ut nec illi prodest quod ea legerit, cum eâ sit in iis imperitiâ, ut non sufficiat illi lectio ipsius ad minimum problema Geometricum, nec illi solvendo sit: dixisse verò *AlMamunem*, Non improbo quod dicis, nec tamen te excusatum habeo, cùm Geometriæ respectu, ita te habeas, ac habiturus esses [respectu literarum] si eâ fuisses desidiâ, ut non legisses verbum; cùm [liber iste] ad Geometriã sit instar literarum A, B, C, D, ad sermonem & scripturam. Porro in ædibus *Mohammedis Ebn Musæ* literis operam dedit *Thabet Ebn Korra Ebn Merwan Sabius Harranensis Bagdadi* advena. Illi ergo benefacere studens *Mohammed*, ipsum ad *AlMo'tadedum* perduxit, & in Astrologorum numerum adscripsit. *Thabet* iste summum apud *AlMota'dedum* dignitatis gradum, maximósque honores consecutus est, adeò ut coram ipso continuè sederet, diuque cum ipso colloqueretur, unáque rideret, magisque ad eum accederet, quàm Consiliarii ipsius aut amicorum præcipui. Multa scripsit in disciplinis Mathematicis, Medicinâ, & Logicâ. Sunt & illi libri linguâ *Syriacâ* scripti de iis quæ ad *Sabiorum* religionem spectant, de eorum constitutionibus, præceptis, & ritibus, de mortuis involvendis, & sepeliendis, de munditie, & immunditie, quænam animalia sacrificiis idonea, quæ inepta, de temporibus cultui divino destinatis, de ordinandâ lectione inter orandum. Illud autem quod apud nos constat de Secta *Sabiorum*, est, professionem eorum eandem prorsus esse cum *Chaldæorũ* antiquorum professione; *Keblamq;* ipsorum polum Arcticum; quatuor virtutibus intellectualibus ipsos diligenter studere; † illis

Thabet Ebn Korra.

Sabii.

p. 282. ut ter orent injunctũ esse, primo ante ortum Solis, semihorâ aut minus, quo oriente sole finiantur octo incurvationes, quarum singulæ tres contineant adorationes; secundo ita ut finiatur oratio meridie, declinare incipiente sole, constetque quinque ingeniculationibus, quarum unaquæque tres contineat adorationes; tertiò, oratione simili secundæ, & finiendâ occidente sole. Jejunia illis injuncta esse [jejunium] triginta dierum, quorum primus est octavus *Adari*; dein novem dierum, quorum primus est nonus *AlCanuni* prioris; necnon septem dierum, quorum primus *Shebati* octavus. Stellas invocare, multa offerre sacrificia, de quibus non comedunt, sed penitus igni absu-

absumenda tradunt. A fabarum & allii esu abstinere, nonnullos etiam à phaseolis, brassicâ, crambe, & lentibus. Dicta eorum affinia sunt dictis Philosophorum: argumenta eorum ad probandam Dei unitatem longè firmissima sunt. Autumant animas sceleratorum novies mille seculis cruciari, deinde ad misericordiam Dei redire. Floruit imperante *AlMo'tadedo Ahmed Ebn Mohammed Ebn Merwan Ebn Tiyeb Sarchasensis* unus è Philosophis *Islamiticis*, cui libri sunt praeclari in variis, & veterum & *Arabum*, scientiarū generibus: fuit peritiâ insignis, ingenio præstans, linguâ disertus, stylo egregius. *AlMo'tadedo* primo præceptor fuit, dein compotor; quo familiariter usus est, ei omnia arcana sua credens, ipsúmque de rebus imperii sui consulens. Major interim erat *Ahmedis* istius scientia quàm prudentia. †Accidit ut arcanum sibi concreditum evulgaret; ideoque jussu *AlMo'tadedi* morte multatus est. Dyn. IX. *Ahmed Al-Sarchasi, Philosophus.* p. 283

AlMo'ctaphi AlMo'tadedi filius. Mortuo *AlMo'tadedo*, scripsit *AlVizier* ad *Abu Mohammedem AlMo'tadedi* filium, qui idem est *AlMo'ctaphi*, certiorem eum faciens de fide illi pacta. Ille tum *Rakkæ* fuit, sibique fidem pasciscendam curavit à copiis quæ ipsi aderant: dein *Bagdadam* profectus ipsam ingressus est octavo *Jomadæ* prioris anno ducentesimo octogesimo nono. Eodem anno prodiens in *Syria Karmatianus* quidam *Arabum* multitudine collecta *Damascum* venit, in quo fuit *Taphehus Ebn* * *Choph* ex parte *Harunis Ebn Chamarawaih Ebn Ahmed, Ebn Tulun*, & commissa sunt inter ipsos prælia. Anno ducentesimo nonagesimo primo prodierunt *Turcæ* cum innumera hominum multitudine in partes *Mawara'l-Nahræ*; fuerunt in ipsorum exercitu septingenta tabernacula *Turcica*, qualia non aliis quam ducibus apud ipsos esse solent: ad quos profectæ *Moslemiorum* copiæ, ipsos primo manè aggressæ, quamplurimos ex ipsis occiderunt, reliquis in fugam datis. Eodem prodeuntes *Græci* cum decem crucibus, singulas cruces stipantibus decem hominum millibus, in confinia factis incursionibus captivos ceperunt, & loca incenderunt. Anno ducentesimo nonagesimo secundo coëgit *AlMoctaphi* contra *Harunem Ebn Chamarawaih* terrâ marique exercitum, qui eum *Mesræ* obsederunt; cúmque acre inter ipsos esset certamen, multáque commissa prælia, eo demū res rediit ut quidam † è sociis *AlMoctaphi* jaculator, hastâ brevi quam p. 284

AlMoctaphi Chalifa. * al. *Joph.* *Turcæ profligati.* *Græci Moslemiorum confinia incursant.*

quam

Dyn. IX. Tulunidarum dominii finis.

quam manu tenuit in *Harunem* directa ipsum interficeret, fugeréntq; Ægyptii. Fuit ille Imperatorum *Tulunidarum* ultimus; atque hoc anno finem habuit dominium *Tulunidarum*. Anno ducentesimo nonagesimo tertio *Græci* in urbem *Cyrum* irruentes eamque ingressi templum ipsius incenderunt, & ex incolis superstites abduxerunt, cum maximam partem interfecissent. Anno ducentesimo nonagesimo quinto, obiit *AlMoctaphi Billa*: fuit Chalifatus ipsius anni sex & sex menses, ætas triginta tres anni.

Cyrus urbs à Græcis capta.

AlMoctafi moritur.

Sectio.

Joseph AlSaher Medicus.

Tempore *AlMoctaphi* claruit *Joseph AlSaher* [q.d. *Vigilans*] Medicus, qui & *Alkas* [Presbyter] appellatus est; vir famâ celebris, Medicinæ studio incumbens, magnâ diligentiâ in congerendis quæ utilia essent. Ideo appellatus est *AlSaher*, quod non nisi quartam noctis partem, vel amplius [paulò] dormiret, deinde Scientiæ acquirendæ invigilaret. Dicunt alii, ideo nomen *AlSaher* illi inditum fuisse, quod cancer ipsi in anteriori capitis esset, qui somnum impediret. Quod si quis attentè librum ipsius perpenderit, reperiet in eo aliqua quæ indicio sint ipsum hoc morbo affectum fuisse.

AlMoktader Chalifa.

AlMoktader AlMo'tadedi filius. Graviter ægrotante *AlMoctafio AlVizier*, qui tunc temporis erat *AlAbbas Ebno'l Hasan*, socios suos consuluit quisnam Imperio idoneus esset; responderunt illi, Cave ne præficias aliquem qui homines convenerit, ipsique eum convenerint, quique cum illis conversatus, illis cum eo conversantibus, prudentiam nactus fuerit, & facultates hominum numeratas habeat, † rationésque ab ipsis acceptorum & expensorum perspectas. Dixit *AlVizier*, Verum dixistis, & bene monuistis; Quem indicatis? Responderunt, omniū maximè idoneus est *Jaafar AlMo'tadedi* filius. Vah, inquit, ille puer est. Respondit *Ebno'l Phorat*, At *AlMo'tadedi* filius est; ne autem quenquam adducas qui vir perfectus fuerit, qui ipse suo consilio res administret, nec ope nostra indigeat. Propendens ergo *AlVizier* in eorum sententiam, mortuo *AlMoctafio Jaafarum* in Chalifatum suffecit, fidémque illi paciscendam curavit, & *AlMoktaderum Billa* cognominavit.

[handwritten margin note:] mala versio ... p. 285 ... [illegible]

At

At cum inauguratus esset *AlMoktader* ipsum parvi pendit *AlVizier*, Dyn.IX.
(fuit autem tunc temporis annos tredecim natus) multósque de eo sermones habuerunt homines. Statuit ergò ipsum imperio amovere; deinde anno ducentesimo nonagesimo sexto convenerunt Duces & Judices *AlVizierum* ad Imperium *AlMoktadero Billa* abrogandum & inaugurandum *Ebno'l Mo'tazzum*: tum videns *AlVizier* benè secum cum *AlMoctadero* esse, consilium ea de re mutavit. Ergo *AlHosain Ebn Hamdan* ipsum adortus interfecit, amotóque *AlMoktadero* fidem pacti sunt homines *Ebno'l Mo'tazzo*, qui *AlMortadi Billa* cognominatus est. Illè ergò ad *AlMoktaderum* mittens, jussit eum ad ædes in qua ipse substiterat se transferre, quo ipse in Chalifæ palatium migraret: cui ille morem se gessurum respondens petiit, ut noctem usque moraretur. At cum crastino mane ad Chalifæ palatium reverteretur *AlHosain Ebn Hamdan*, ipsum pone siparia oppugnarunt Eunuchi, servi & pedites, per maximā diei partem, quo finiente ab ipsis recessit: dein nocte obtectus *Bagdado* se cum familia rebusque suis *Mauselam* transtulit, nemine cur id faceret sciente. †Ducum autē nemo cum *AlMoctadero* mansit præter *Munesū* Eunuchum, & *Munesum* ærarii præfectū. *Ebno'l Mo'tazz*, hoc viso, equo conscenso, secumq; Vizierum *Mohammedē Ebn David* & servum quendā habens, desertum versùs profectus est, ratus milites illos, qui ipsi sacramento dixerant, secuturos: at cùm nemo ad ipsos accederet, reversi delituerunt. Coortæ autem sunt *Bagdadi* seditio, rapina, & cædes; concitati enim erratici & abjectæ sortis homines domos expoliârunt: contra quos *AlMoktader* cum exercitu prodiens, multos eorum prehensos morte affecit. Idem scriptis ad *Abu'lHijam Hamdani* filium literis ipsum fratrem suum *AlHosainum* quærere jussit. Fugiens autem *AlHosain* fratrem suum *Abrahimum* securitatem sibi petitum misit: eâque impetratâ, *Bagdadum* ingressus, veste honorariâ indutus est ac [regionibus] *Kommo* & *Kashano* præfectus, ipsas adiit. Hoc anno cecidit *Bagdadi* magna nivis copia, à mane usque tempus inter meridiem & occasum Solis medium; adeò ut super terrā quatuor digitorum altitudine esset: fuitque unà frigus vehemens, quo congelata sunt aqua, acetum, & ova, perieruntque palmæ aliæque arbores multæ. Anno trecentesimo tertio *AlHosain Hamdani* filius ab imperio *AlMoktaderi* in *Mesopotamia* defe- p. 286

 cit;

Dyn. IX. cit; Vizierum ergo * *Ratekum* majorem exercitu instructum contra eum misit. Cumque concurrissent, acriter inter eos pugnatum est, donec in fugam verso *Rateko*, impedimentis ipsius potiretur *AlHosain*. Quo audito, *Munes* Eunuchus summâ festinatione ad *AlHosainum* contendit: *AlHosainum* vero *Armeniam* versùs cum sarcinis profectum deseruit exercitus, ipsumque assequutæ *Munesi* copiæ, unà cum filio *Abdo'lWahabo* in vincula conjecerunt. † Reversusque est *Munes Bagdadum* per *AlMauselum*, abducto secum *AlHosaino*, quem unà cum filio camelo imposuit, pileis è filtro oblongis, & camisiis cilicinis rubris indutos; dein in carcerem ambo conjecti sunt. Hoc anno *Melihus Armenus Maraashum* profectus, regionem vastavit, & multos circa eam captivos cepit, deinde reversus est. Anno trecentesimo quinto pervenerunt ab Imperatore *Græcorum* legati duo ad *AlMoktaderum*, qui inducias & captivorum redemptionem poscerent; summoque honore excepti sunt, atque ad Vizierum splendidissimè ornatum intromissi, rem illi annuntiârunt: tum & ad *AlMoktaderum* intromissi qui ad eos excipiendos consedit militibus armisque stipatus, pompâque egregiâ nuntium illi exposuerunt; qui ei quod postulavit Imperator *Græcorum* de captivis redimendis annuit, misso *Muneso* Eunucho, qui redemptioni interesset, missis unà centies vicies mille aureis ad redimendos qui è *Moslemis* capti fuerant. Eodem anno dimissus est è carcere *Abu'lHija* cum fratribus & domesticis suis. Anno trecentesimo nono interfectus est *AlHosain AlHallagius Mansuri* filius, cujus res initio sic se habuerunt. Pietatem præ se ferens miracula quædam edidit. Fertur illum die quodam agitatâ manu sparsisse inter populum nummos. Dixit autem adstantium quidam, qui, quid rei subesset, percepit, Video nummos vulgo notos; Ego verò tibi fidem habiturus sum, unàque mecum magna hominum multitudo, si nummum mihi exhibueris tuo patrisque tui nomine inscriptum: cui ille, Quomodo hoc fieri possit, cùm nunquam tales cusi sint? Respondit alter, Qui efficere potuit, ut adesset quod † non adfuit, facere etiam potest quod non factum est. *Chorasano* autem in *Erakum* profectus, *Meccam* ivit, ubi per annum integrum * in caverna substitit, neque hyeme, neque æstate tecti operimento usus. Conspectus est in monte *Abu Kobais* super petra nudis pedibus, capite aperto, manante ab eo in terram sudore.

* al. *Rathekum*, vel, *Rayekum*.

p. 287

Hosain Hallagius morte affectus.

p. 288

* vel f. in loco dicto *AlHejra*.

sudore. Cùm *Bagdadum* reversus esset, concitata est ob eum magna hominum multitudo, & asseruere Deum in ipso habitare, ipsúmque Dominum esse. Deinde de eo *AlViziero Hâmedo* narratum est, ipsum mortuos multos suscitâsse. At cùm ipsum eâ de re interrogaret *AlVizier*, negavit ita se habere; Absit, inquiens, ut ego Prophetiam mihi vendicem, nedum me pro Domino habendum; sum ego vir qui Deum colo. Neque potuit *AlVizier* morte ipsum afficere, donec videret librum ipsius quendam, in quo [scriptum] fuit, quod si quis religionis ergo peregrinari cupiens, præstare illud non posset, in ædibus suis locum aliquem mundum seponeret, cúmque adessent dies peregrinationis ritibus præstituti, eum circumiret, facerétque quæ peregrini *Meccæ* faciunt; deinde triginta orphanos pascens ac vestiens, unicuique eorum septem nummos daret. *AlVizier* ergo accersitis Judicibus & Legis peritorum præcipuis, sententiam ipsorum rogavit, cúmqe scripsissent illi licitum esse morte ipsum multare, ipsum præfecto Satellitum tradidit; qui mille ipsi plagas inflixit, nec ingemiscenti quidem: deinde manum ipsi præcidit, deinde pedem, tum pedem alterum, tum manum alteram; deinde occisus est, crematique cineres in *Tigrim* conjecti, & caput *Bagdadi* palo affixum. Diversæ autem sunt de *Hallagii* patriâ & origine sententiæ, aliis *Chorasani*, aliis *Nisaburi*, aliis *Marwæ*, aliis *Talekani*, aliis † *Raiæ* natum asserentibus. Ferunt virum fuisse versutum, præstigiatorem, qui *Suphiorum* institutis operam dederat, prætexeretque Deitatem in ipso residere, seque esse Ipsum, Illum [i. Deum.] Dictum est illi, cùm patibulo affixus esset, Dic, Non est Deus nisi Deus, respondit ille, Domus in quâ tu habitas lucernâ non eget. Probavit eum *Abu'lHosain Ali Ebn Isa*, & cum eo disputans, scientiâ vacuum reperit; dixit ergo illi, Satius esset ut disceres quæ mundationi tuæ inserviant, quæque tibi mandata sunt, quam ut Epistolas [scriberes] in quibus nescis quid dicas: cur ad homines scripsisti, dicens, Benedictus sit possidens lucem radiantem, cujus radiatio longè se diffundit. Quàm malè moratus es? Refert *Abu'lHasan Ebno'lJondi*, vidisse se *Hallagium*, ac conspexisse è præstigiis ejus quasdam; è quibus fuit, quod horti speciem exhiberet, in quo sementes essent & aqua. Anno trecentesimo decimo quinto, *Munesus* Eunuchus cum metum ab *AlMoktadero* concepisset, palatium ipsius adire recusavit. Con-

Dyn.IX:

† p.289.

Dyn.IX. venientes ergo ipſum univerſi exercitus, Ne timeas, inquiunt, nos
pro te pugnabimus, uſque dum creverit tibi barba. Miſit autem
AlMoktaderus ad ipſum ſchedulam manu ſuâ ſcriptam, jurans illud
quod ipſi nuntiatum fuerat falſum fuiſſe. Adiit ergò *AlMoktaderi*
ædes, comitante eum Ducum cœtu, atque ad eum ingreſſus manum
ejus oſculatus eſt, juramento teſtante *AlMoktadero* animi ſui ſince-
ritatem. Anno trecenteſimo decimo ſeptimò exutus eſt *AlMok-*
AlKaher. *tader Billa* Chalifatu, & inauguratus frater ipſius *AlKaher Billa*
Mohammed Ebno'l Mo'taded: qui cum biduo ſubſtitiſſet, reſtitutus
p. 290. eſt *AlMoktaderus*. Cauſa hujus rei fuit alienatio animi †*Muneſi* Eu-
nuchi. Anno trecenteſimo viceſimo profectus eſt *Munes* Eunu-
chus *Mauſelam* irâ commotus, miſitque ſervum ſuum *Boſhram*, qui
ad *AlMoktaderum* nuntium deferret. Interrogavit autem eum *Al-*
Vizier Hoſain de nuntio; dicenteque illo, Non ſum illud annuntia-
turus niſi *AlMoktadero*, prout mihi in mandatis dedit Dominus
meus, maledixit *Alvizier* tum ipſi tum Domino ipſius, juſſitque
eum cædi, atque ab eo tercentum mille aureos exegit. Audiens er-
go *Munes*, quid ſervo ſuo contigerat, cum *Harbæ* manens expecta-
ret ut animum ipſi demulceret *AlMoktader*, ipſumque revocaret;
Mauſelam verſùs perrexit comitante ducum cœtu. Congregati au-
tem ſunt *Hamdani* filii ad bellum ipſi inferendum. *Munes* ergo
prope *Mauſelam* factus equites ſecum octingentos habuit: *Hamdani*
autem filii cum triginta millibus convenere. Cùm verò obviam
facti manus conſeruiſſent, in fugam verſis *Hamdanidis* eorum opibus
& villis potitus eſt *Munes*. Prodieruntque ad ipſum multi ex exer-
citibus, qui *Bagdadi* & in *Syria* & *Ægypto* erant, ob eam quam in
ipſos exercuerat beneficentiam. Subſtitit autem *Mauſelæ* novem
menſes; deinde *Bagdadum* profectus ad portam *AlShammaſiæ* caſtra
poſuit. Suaſeruntque *AlMoktadero* comites ipſius, ut bello inter-
eſſet: ſiquidem populum ipſo conſpecto omnes ad ipſum reverſuros.
Prodiit ergo invitus comitantibus ipſum legis peritis & lectoribus,
Alcoranos apertos ſecum ferentibus; ipſéque pallio indutus, circum-
ſtantibus hominibus, in tumulo quodam eminentiori; à pugnæ loco
longiùs remoto ſtetit: cumque à loco ſuo procederet, in fugam dati
ſunt ipſius comites, antequam ad illos perveniſſet, ipſumque redire
p. 291 cupientem aſſecuti † ex Occidentalibus quidam, gladios in eum

ſtrinxerunt, dicentique, Heus vos, ego Chalifa ſum, reſponderunt, Dyn. IX.
Novimus te, abjectiſſime homuncio. Cùmque à quodam gladio ad acromium percuſſus in terram decidiſſet, jugulârunt eum alii, caputque perticæ impoſitum ſuſtulerunt Deum celebrantes, ipſique maledicentes; omnibuſque quibus indutus erat ipſum ſpoliârunt, uſque ad femoralia; & pudendis nudis reliquerunt, donec tranſiens arator quidam ipſum gramine obtegeret, [qui dein effoſſo in quo erat loco, ipſum ſepelivit, & ſepulchrum ipſum complanavit. *Munes* autem delato ad ipſum *AlMoktaderi* capite flevit, ſibique faciem & caput percuſſit; miſitque ad Chalifæ ædes, qui ſpoliari eas non ſineret. Fuit *AlMoktaderi* Chalifatus annorum viginti quinque, ætas triginta octo.

Sectio.

Anno trecenteſimo decimo ſeptimo obiit *Mohammed Ebn Giaber,* *Mohâmed*
Ebn Senan Abu Abdalla Harranenſis, vulgo *AlBattanius* dictus, *AlBattani-us [Albate-gnius]* Aſtronomus.
unus eorum qui aſtrorum obſervationibus clari ſunt: neque de quopiam ſub *Iſlamiſmo* conſtat, qui quod ad exactas aſtrorum obſervationes, & motuum eorum indagationem ad gradum ipſius pertigerit. *Harrano* oriundus fuit, [profeſſione] *Sabius.* Anno trecenteſimo viceſimo obiit *Mohammed Ebn Zacharia AlRazi;* qui primò fidicen, deinde eâ arte relictâ ad Philoſophiæ ſtudium ſe conferens, multum in eâ profecit, multóſque compoſuit libros, quorum plerique in arte Medicâ ſunt, reliqui in ſcientiis naturalibus. Præfuit *Noſocomio Raienſi,* tum *Bagdadenſi* ad tempus. † Oculi ipſius p. 292
ſuffuſione affecti erant ex nimio fabarum eſu: deinde ſub finem vitæ cæcus factus eſt [ex oculorum cataracta.] Medicum ocularium qui ad ipſum acceſſerat, quò oculis inſtrumenti operâ medelam faceret, rogavit, quot tunicis conſtaret oculus; cúmque diceret, Neſcio, Haud, inquit, oculis meis inſtrumentum admovebit, qui hoc neſcit: dicentibúſque, Si inſtrumenti curationem admitteres, forſan viſum recuperares: reſpondit, Non [hoc opus eſt,] jam vidi de mundo quantum faſtidium peperit. Fertur *AbuBecrum Mohammedem Ebn Zacharia AlRazium* ſingulare temporis ſui decus, & ſæculi Phœnicem omnes antiquorum ſcientias calluiſſe, præcipuè Medicinam; ac fuiſſe ſenem capite magno, quadrato; neque unquam à

ſcribendo

Dyn.IX. scribendo destitisse, sive adversaria sive apographa. Composuit in Chymia duodecim libros, eam à possibili quàm ab impossibili propius abesse asserens. Liberalis fuit, munificus, benignus erga homines, magnæ in pauperibus & ægrotis medendis misericordiæ; adeò ut in eos cùm ægrotarent largiter erogaret. Fertur de *AlCabio* ipsum *Ebn Zacharia* dixisse, Video te tria scientiarum genera tibi vendicare, cùm sis earum maximè omnium ignarus. Alchymiam venditas; at te uxor tua ob decem nummos in carcerem conjecit, quod si unquam quantum ei dotis jure debebatur possedisses, haud te apud Judicem provocâsset, neque tu unà ad ipsum accedens, ei eâ de re jurasses: Medicinæ peritiam tibi vendicas; at oculos tuos perire sivisti: Astrologiam & futurorum scientiam venditas; at acciderunt tibi infortunia, quæ donec te cingerent, non animadvertisti. Dico; quod primo objicitur, manifestò [falsi] arguitur, eo quod

p. 293. de ipsius † in pauperes beneficentiâ narratur: neque improbabile est omnia simul tria dicta esse invidi cujuspiam. E Medicis etiam *AlMoktaderi* erant *Bachtishua Ebn Yahya*, & *Senan Ebn Thabet Ebn Korra, Sabius*, pater *Thabetis Ebn Senan* authoris Historiæ. Neque fuit inter Medicos ipsius, quem magis familiarem habuit, quàm hos duos. Sequetur autem historia *Senanis*, in capite de Chalifatu *AlKaheri*.

Bachtishua & Senan Medici. Thabet Historicus.

AlKaher Chalifa.

AlKaher AlMo'tadedi filius. Occiso *AlMoktadero* ægrè tulit ipsius cædem *Munes*, dixitque, Sententia mea est, ut filium ipsius *Abu'l Abbasum* Chalifam constituamus; ipse siquidem alumnus meus est, ac puer intellectu pollens, cui inest religio & beneficentia, quique ea quæ dixerit præstiturus est. Obstitit autem ei *Isaac AlNubachti* dicens, Ægrè liberati sumus Chalifâ, cui mater & amita fuit, serviq; qui ipsum gubernarent; absit ut ad illum statum revertamur: Nolumus equidem, nisi virum maturum, qui & se & nos regat. Neque destitit, donec *Munesum* à sententiâ suâ recedere fecisset; mentionémque fecit *AbuMansoris Mohammedis Ebno'l Mo'taded*; quâ in re annuit illi *Munes*. Fuit autem *AlNubachti* hac in re, ut qui [quod proverbio dicitur] *perniciem sibi ungulâ suâ quærit*. Occidit enim ipsum *AlKaher*, ut in sequentibus narrabitur. Accersiri ergo jussit *Munes Mohammedem AlMo'tadedi* filium, eumq; Chalifam renuntiârunt biduo ante finitum mensem *Shawalum*, anno trecentesimo

centesimo vicesimo, & *AlKaherum Billa* appellarunt. *Munes* autem Dyn. IX.
invitus admisit ut Chalifa crearetur; dicens, Nequitiam & malitiam ipsius perspectam habeo: at cùm inauguratus esset, juramentũ ab eo sibi ac Janitori [*seu* cubiculario] ejus * *Baliko*, & *Ali Baliki* filio, præstari curavit *Munes*. Janitorem autem sibi constituit *AlKaherus Alim*† *Baliki* filium. Porro diligenter perquisivit *AlKaher* quotquot ex *AlMoktaderi* liberis aut domesticis se abdidissent. Dein accersita ad se *AlMoktaderi* matre, quæ jam ægrotavit, hydropica esse incipiens, de pecunia sua ipsam rogavit: cúmque illa quid sibi esset supellectilis & vestium confessa esset, nihil autem de pecunia aut gemmis, gravissimè ipsam verberavit, pedéque suspensæ occulta corporis loca cæcidit, jurante illâ se nihil possidere præter illud quod ipsi indicaverat. Quin & omnes *AlMoktaderi* domesticos & socios in quæstionem vocavit, jussitque vendi omnes Matris ipsius possessiones, & rescindi quæ dedicaverat; quæ omnia vendita sunt.

* al. Yaliko. | p. 294. | Ejus inhumanitas.

Anno trecentesimo vicesimo primo animis alienati sunt *Munes*, & *Balik* Janitor, filiúsque ipsius *Ali*, & Vizier *Abu Ali Ebn Mokla*, ab *AlKahero*; ipsumque arctè habuerunt, præfecto ædibus Imperatoriis *Ahmede Ebn* * *Zairac*, quem jusserunt in omnes qui vel ingrederentur vel egrederentur inquirere, utque mulierum velatarum facies retegeret: quod & fecit, imò amplius; adeò ut cùm in *AlKaheri* ædes perferretur lac, manum suam ipsi immitteret, nè in eo fortè chartula aliqua inesset. Sciens ergo *AlKaher* nihil profuturam increpationem, ad artem & consilium contra eos confugiens, ad *AlSajienses* misit, asseclas sc. *Josephi Ebn AbiSaj*; quos in *Munesum* & *Balikum* incitavit, jurans se illis [quod promitteret] præstiturum, adeò ut mutati sint ipsorum animi. Audiens autem *Ebn Mokla* *AlKaherum* contra ipsos consilia moliri, illud *Muneso* & *Baliko* ejusque filio indicavit; qui unâ mente consenserunt † *AlKaherum* imperio amovendum, excepto *Muneso*. Ille siquidem, Nihil, inquit, dubito de *AlKaheri* malitiâ & nequitiâ, neque eum ad Chalifatum promotum volui, consulens ut *Ebno'l Moktader* [Chalifa crearetur,] at in hoc mihi contrarii fuistis: ac jam summo eum despectui habuistis, neque ille contemptum patienter fert, nisi ex malo animi proposito, ut consilio in vos rem agat. Nè igitur festinetis, donec ipsum mulseritis, ac benigniùs erga vos affectus fuerit,

* al. Zacaria. | p. 295.

 erit,

Dyn.IX. erit, tum illud facite. Responderunt *Ali Baliki* filius, & *Ebn Mokla*, Nihil opus est hâc cunctatione, Janitoris siquidem munus penes nos est, & domus in manibus nostris, neq; cujuspiam auxilio egemus, quo ipsi manus injiciamus; cùm sit instar avis caveâ inclusæ. In hoc ergo consenserunt, ut *Ali Baliki* filius ad *AlKaherum* ingrederetur, (cùm militum turbæ mandâsset, ut ad portas palatii Chalifæ equitarent) ipsique manus injiceret. Illis hæc agitantibus, ecce *Tdharif AlSaccariensis* mulieris habitu accedens, *AlKaherum* convenit, ipsique omnia quæ contra ipsum statuerant, indicavit; qui monitioni parens, ad *AlSajienses* mittens eos separatim introductos in atrio, aditibus, & porticibus abscondit. Cùm ergo post tempus precum pomeridianarum accedens Ali *Baliki* filius, caput vino turbatum habens, cum paucis quibusdam è servis suis levi armaturâ instructis, [ingrediendi] copiam peteret, ei haud concessa est: quam ob rem iratus, insolenter se gessit; prodeuntes autem *AlSajienses* ipsum patrémq; ipsius maledictis incesserunt. Ille ergo se in celocem conjiciens ad partem occidentalem transiit, & ab *AlSajiensibus* se abdidit: quod cùm *Ebn Moklæ* nunciatum esset, ipse etiam latebras quæsivit. *Balik* autem molestè ferens quod filio suo acciderat, *AlSajienses* convitiis affecit, & ad Chalifæ ædes accessit, quo ipsum

p.296 † eam ob rem increparet; at *AlKaher* illi ad se accessum non præbuit, sed ipsi & *Ebn Zairaco* manus injici jussit. Et ad *Munesum* mittens, rogavit ut ad se accederet, dicens, Tu mihi instar Patris es, nec quicquam nisi ex sententia tuâ facere volo. *Muneso* autem se ut motui ineptum excusante, utpote cui iam prævaleret senium & imbecillitas, nuntius quasi ipsi consulere vellet, Si, inquit, cunctatus fueris, instantius te petet; quod si te viderit vel dormientem, non audebit te excitare. Accessit ergo ad illum *Munes*: at ubi domum ingressus esset, manus ipsi injecit *AlKaher*, & in carcerem conjecit. Ferunt *AlKaherum*, ubi advenisse *Munesum* nosset, metu & consternatione inde affectum, tremuisse, mutatumque fuisse ipsius statum, séque ab anteriori lecti parte submovisse, postea verò animum recepisse. Prehenso autem *Muneso* commoti sunt & tumultuati ipsius asseclæ, quos secutus est reliquus exercitus. In potestatem etiam jam redegerat *AlKaher Alim Baliki* filiùm, ad quem ingressus jugulari eum jussit: cumque caput ejus sublatum patinæ imposuissent, pro-

profectus ille gestatâ ante se patinâ, donec ad *Balikum* pervenis- Dyn. IX.
set, patinam coram eo deposuit, in quâ erat filii ipsius caput; quod ubi vidit flens, osculari atque allambere cœpit. Jussit autem *AlKaher* ipsum etiam jugulari; cúmque caput ejus patinæ impositum ante eum gestatum esset, abiens ad *Munesum* venit, & utrumque coram eo deposuit. Ille, viso capitum pari, exclamavit, Non est Deus præter Deû; eiq; qui eos interfecerat, maledixit: tum *AlKaher*, Pede, inquit, [prehensum] trahite canem maledictum. Tractum ergo jugulârunt, ac caput ipsius patinæ imposuerunt. Jussuque ejus per utrumque † *Bagdadi* latus circumlata sunt capita, clamante coram eis p. 297
præcone, Hæc est remuneratio ejus qui fidem Antistiti datam fefellerit, & imperium ipsius turbare studuerit.

Sectio.

Diebus *AlKaheri* initium habuit Dynastia filiorum *Bowaiæ*, qui *Bowaidarum principatus initium.*
tres erant, *Amado'd Dula Ali*, & *Rucno'd Dula AlHasan*, & *Moezzo'dDula Ahmed*, filii *AbuShajaï Bowaiæ* filii *Phanachosrawi*, è filiis *Yazdejirdi* f. *Shahriari* Regis *Persarum* ultimi. Estque hæc prosapia apud *Persas* admodum nobilis; neq; dubium est ideo illos *Dailamiensibus* oriundos censeri, quod diu in eorum regione sedem fixerint. Fertur *AbuShajaüm Bowaiam* virum mediæ conditionis fuisse, visumque ipsi in somnio sibi mingenti è genitali exiisse ignem magnum, qui se extendens ascenderet, donec ad cœlum ferè pertingeret; deinde se diffindens in tres partes divisus est, è quibus ortæ sunt & aliæ partes plurimæ, istisque ignibus illuminatum esse mundum; vidisséque ipsum regiones & homines ignibus illis se incurvantes. Accedens ergo *Bowaias* ad quendam, qui se Astrologum, Incantatorem, & Somniorum interpretem profitebatur; & incantamenta & Telesmata conficiebat, illi somnium suum narravit. Cui Astrologus, Hoc, inquit, somnium est magni momenti, neque ipsum interpretabor, nisi vestem & equum accepero: respondente *Bowaia*, Equidem non aliæ sunt mihi vestes, quàm quibus tegitur jam corpus quas si abstuleris, nudus relinquar; tum, inquit Astrologus, decem aureos; respondit, Equidem non sunt mihi duo aurei, nedum decem. Aliquid autem ei dedit; dixitque Astrologus, Scias fore, ut tres tibi

Dyn. IX. filii terræ imperaturi sint, quorum fama in ejus finibus illu-
p. 298. stris erit: † nascetúrque illis multitudo Regum, juxta quod vidisti de istis [ignis] partitionibus. Dixit *Abu Shaja Bowaias*, Annon te pudet nobis illudere? cùm ego vir pauper sim, filiique isti mei pauperes, quî fiet ut Reges futuri sint? respondente Astrologo, Hujus rei mihi memineritis, quando ad vos accessero; iratus illi *Bowaias*, filiis suis, Colaphizate, inquit, ariolum istum, nimius enim nobis illudendo fuit. Illi ergo colaphis cæsum ejecerunt. Deinde è *Dailamo* egressi *Bowaiæ* filii ad *Mardawijum* in *Tabaristanam* se contulerunt, qui eos benignissimè exceptos vestibus honorariis induit, & *Amado'ddulam Alim Bowaiæ* filium *Corjio* præfecit; qui beneficiis & muneribus incolarum animos allexit, adeò ut ipsum amarent, sibique regem constituerent: jamque potentior factus *Esphahanum* occupavit, magnoque apud homines in honore fuit. Occupavit etiam *Arjanam*; fratrémque suum *Rucno'ddulam AlHasanum* in *Cazerunam* aliásque *Persiæ* ditiones misit, qui magnas inde opes reportans ad fratrem suum prædâ onustus & incolumis rediit. Annoque trecentesimo vicesimo secundo *Amado'ddula Ali*
AlKaher amotus. *Bowaiæ* filius *Shirazo* potitus ei imperavit. Hoc anno imperio amotus est *AlKaher* mense *Jomada* priore: idque [hinc factum] quòd *Ebn Mokla* delitescens, quærente eum *AlKahero*, ad *AlSajiensium* & *AlHajariensium* duces mittens, eos ab *AlKaheri* fraude metuere juberet, commemorans illis ipsius dolum & fraudem sæpius repetitam: ut in *Munesi* & *Baliki* ipsiusque filii cæde post
p. 299. fidem illis datam, aliisque ejusmodi [ab eo patratis.] † Conveniens etiam *Ebn Mokla Simam AlSajiensium* Principem, aliàs habitu cæci, aliàs pauperis, aliàs mulieris, eum contra *AlKaherum* incitans: deinde & Astrologo cuidam, qui *Simæ* fuerat, ducentos aureos donavit, qui ipsi narraret Horoscopum ipsius indicare futurum, ut *AlKaher* ipsum interficeret; necnon Onirocritæ, qui *Simæ* somnia interpretabatur, aliquid, quo eum ab *AlKahero* caveręjuberet; [quo factum] ut ille *AlKaherum* valdè refugiens cum sociis suis & *AlHajariensibus* ad ipsum imperio submovendum conspiraret. Quod cùm Viziero notum factum esset, misit ille *Salamum* janitorem, & *Isam* medicum illud ei indicatum: qui eum dormientem offenderunt, cùm maximam noctis partem bibendo insumpsisset, adeò ut illi id indicari

indicari non poſſet. Domum ergo adeuntibus *AlHajarienſibus* & Dyn. IX.
AlSajienſibus, *AlKaher* vocibus & clamore auditis experrectus eſt, vino gravatus; portámque, quâ effugeret, quærenti dictum eſt, portas omnes viris oppletas eſſe: fugit ergo ad balnei tectum, unde eum ablatum in carcerem conjecerunt. Fuit Chalifatus ejus annus ejus mors.
unus & ſeptem menſes. Deinde obſcurus vixit, donec anno trecenteſimo triceſimo octavo moreretur.

Sectio.

Iſa Medicus, cujus mentio hic facta eſt, fuit *Joſephi* filius, qui *Iſa* Medicus.
Ebno'l Attar nomine vulgo notus. *AlKaheri* medicus fuit, & in quo fidem repoſuit, quique ipſi conſuleret, atque inter ipſum & Vizieros ipſius internuntius magnáque illius tempore dignitate fuit. Huic in arte Medicâ conſors *Senan Ebn Thabet Ebn Korra*; qui & *AlKaheri* [Medicus] peculiaris erat: at fuit *Iſa* majori in honore. *Senan Thabeti* filius, Medicus.
Quod autem multùm delectaretur *AlKaher Senane*, voluit † ut p. 300.
Iſlamiſmum amplecteretur, quod ille facere pertinaciter multumq; renuit; at minitante illi *AlKahero*, cùm ab eo ob nimiam ipſius ferociam metueret, demum amplexus eſt, ibique ad tempus ſubſtitit: deinde videns *AlKaherum*, cùm quid mandaret, terrorem ipſi incutere, in *Choraſanum* fugit; at denuo *Bagdadum* reverſus, ibi mortuus eſt, anno trecenteſimo trigeſimo primo. Joculare autem quid *Senani* accidit, dum Medicos, jubente Chalifa id fieri, examinaret; Acceſſit ad ipſum quidam aſpectu & habitu pulchro, venerandus & gravis, cui ille honorem exhibuit, prout ſpecies ipſius exterior & dignitas poſtularet; deinde ad eum converſus, Cupio, inquit, ut à Doctore aliquid audiam quod memoriæ mandem, & ut mihi quo Doctore in arte addiſcendâ uſus fuerit indicet. Doctor autem è manicâ ſuâ chartam, in qua erant aurei præſtantes producens, eâ coram *Senane* depoſitâ, Equidem, inquit, nec ſcribere nec legere prorſus novi; Eſt autem mihi familia, eſtque victus meus circulus continuus, rogo te ne ipſum mihi abrumpas. Ridens *Senan*, Hac, inquit, conditione, ne ad ægrotum temerè accedas, cujus [morbum] non noveris, neque Phlebotomiam adhiberi conſulas, neque medicamentum Catharticum, niſi in morbis benè notis. Re-

Dyn.IX. spondit Doctor, Hæc methodus mea est, nec unquam quid adhibui ultra Oxymel & Julebum: abiitque. Die autem crastino accessit ad ipsum Juvenis quidam vestibus nitidis, facie pulchrâ, politus; quem intuitus *Senan*, Apud quem, inquit, studuisti? respondente eo, Apud Patrem meum; Et quis, inquit, tibi Pater? respondit,
p. 301. Doctor iste qui † heri tecum fuit. Egregius, inquit, Doctor! Túne eâdem quâ pater methodo uteris? respondente illo, eâdem; Cave, inquit, ne eam transgrediaris, atque Abi in pace. *Senani* autem opera sunt eximia. Astronomiæ peritus fuit, súntque illi eâ de re luculenta testimonia, quæ non opus est pluribus recensere.

AlRadi Chalifa. *AlRadi* filius *AlMoktaderi*. Ubi *AlKahero* manus injecissent, quæsiverunt de loco in quo erat *Abu'lAbbas Ahmed AlMoktaderi* filius: quo indicato ad ipsum accedentes apertâ portâ ingressi sunt, ipsúmque Chalifam salutatum eduxerunt, & in throno collocârunt, *AlRadii Billa* cognomen illi imponentes, feria quartâ, sexto *Giumada* prioris, anno trecentesimo vicesimo secundo; fidémque illi pacti sunt duces, & populus. Vizieri munus petente *Ali Isa* filio, respondit *AlRadi*, non ferunt tempora mores *Alis*; *Ebn Mokla* magis tempori idoneus est: eùmque accersitum Vizierum adscivit. Ille ad munus illud evectus, omnibus qui illi malè fecerunt, benefecit, optiméque se gessit. Anno trecentesimo vicesimo tertio magna
* Hanbalensium insolentia. fuit *Hanbalensium*. potentia, & invaluit audacia: adeò ut in ducum & vulgi domus irruerent, & sicubi vinum reperirent, illud effunderent; & si fidicinam offenderent; illam cæderent, fracto quo canebat instrumento; & *Bagdadum* turbarent. Equo igitur vectus Satellitum præfectus ad utramque *Bagdadi* partem proclamavit, Ne congregarentur alicubi *Hanbalensium* duo, neve Antistes quis eorum oraret, nisi clarè proferret *Bismillahi-rrahmani-rrahimi*, [in nomine Dei misericordis miseratoris,] precibus matutinis & utrisque vespertinis: cúmque hoc nihil ipsos moveret, prodiit rescriptum
p. 302. *AlRadii* † contra ipsos publicandum, quo vitio vertit illis quod facerent, atque ipsos reprehendit, quod assimilationem [in Deo] aliaque hujusmodi crederent; in quo [ita scriptum fuit:] Aliquando asseritis facies vestras deformes fœdas ad similitudinem esse Domini seculorum, & mentionem facitis volæ manus, & digitorum, & pedum,

dum, & calceorum aureorum, & crinis crispi, & descensus in mundum. Maledicat Deus Satanæ, qui abominanda hæc vobis suggessit: quàm falsus est! Imperator fidelium autem jurat per Deum, seriò, juramento ad quod præstandum obligatur, ni à more vestro detestabili, & viâ vestrâ obliquâ recesseritis, se vobis illaturum verbera, vincula, dissipationem, cædem, atque immissurum collis vestris gladium, domibus & sedibus vestris ignem. Anno trecentesimo vicesimo quarto impulit necessitas *AlRadium*, ut *AbuBecrum Mohammedem* filium* *Rayeki* imperatorem exercitus crearet; eum ergo Imperatorem Imperatorum constituens, vectigalibus & tributis & curiis per omnes regiones præfecit, jussitque in omnibus suggestis nominis ejus in concionibus mentionem fieri; atque ab eo tempore irritum factum est Vizieri munus. * *Ratek* siquidem & ipsius Scriba omnium rerum curam gerebant; eodémque modo quicunque post ipsum Imperatores Imperatorum fiebant [se habebant.] Omnes pecuniæ in eorum Gazophylacia importabantur, eásque pro libitu erogabant, & Chalifæ nihil aliud quàm quod ipsis visum, relinquebant. Anno trecentesimo vicesimo sexto, *Moezzo'ddula Abu'l Hosain* † *Ahmed Bowaia* filius *Ahwazum* occupavit. Eodem Scripsit *Abu Ali Ebn Mokla* ad *AlRadium* ipsi consulens, ut *Ebn Rateko* ipsiúsque asseclis manus injiceret, spondénsque se ab illis ter millies millies mille aureos eliciturum. Consuluit etiam ut *Tabcemum* loco *Ebn Rateki* substitueret; rogavit etiam illum ut ipse domo suâ se transferens, apud eum in Chalifæ palatio maneret, in quo illi annuit. At ubi in Chalifæ ædes pervenerat, ipsum in cubiculo clausum detinuit, ostenditque *Ebn Rateko* quod scripserat *Ebn Mokla*, quam ob rem ille *AlRadio* gratias egit. Neque destitit ab *AlRadio Ebn Moklam* instanter petere, donec illi è carcere educto præcideretur manus. Deinde adhibitâ curatione sanatus ad *AlRadium* [iterum] scribens, Vizieratum petiit, dixitque abscissionem manus nihil impedire, quo minus officium suum præstaret; calamum enim manui præcisæ alligans scribebat; minitabatur etiam *Ebn Rateko*. Jussit ergo *AlRadi* linguam ei præcidi: deinde in carcerem adductus arctè habitus est, cùm non esset qui ipsi inserviret; atque eo redactæ sunt res ipsius, ut cùm aquam hauriret manu sinistrâ, funem ore teneret, magnâque miseriâ afflictus est, donec moreretur.

Eodem

Dyn. IX.

*al. Rateki.

* f. filius Rateki.

p. 303.

Dyn.IX. Eodem anno *Yahcem Bagdadum* accedens Al*Radium* convenit, qui in eum Imperatoris Imperatorum munus loco *Ebn Rateki* contulit. Anno trecentesimo vicesimo nono mortuus est Al*Radi* aquâ intercute, medio mensis *Rabii* prioris. Fuit Chalifatus ipsius annorum sex, & decem mensium. Doctus fuit, Poeta, munificus, liberalis, doctorum & virorum præstantium colloquiis eorumque consessu gaudens.

Sectio.

p. 304. *Matthæus Ebn Yunes Dialecticus.* Fuit *Bagdadi* in † Chalifatu Al*Radii* post annum trecentesimum vicesimum, & ante tricesimum, *Mathæus* fil. *Yunesi* Dialecticus, Christianus, artis Logicæ peritus; quam explicans sæpius eundem sermonem repetebat, cùm ipsi propositum esset docere, & ut intelligeretur efficere. Fuit ex incolis *Dirkanæ*, ubi educatus est in schola *Mar Mari*. Studuit etiam apud R*uphilum* & *Benjaminum* Monachos *Jacobitas*, ipse sectâ *Nestorianus*. Mentionem ejus faciens *Mohammed Ebn Isaac AlNadim* [Compotator] in libro suo, Illi, inquit, debebatur principatus inter Dialecticos seculi & regionis suæ.

AlMottaki Chalifa. Al*Mottaki* filius Al*Moktaderi*. Cùm moreretur Al*Radi*, fuit *Yahcem Cufæ*, unde per *Cufiensem* Scribam ipsius perlatæ sunt literæ, quibus jussit apud A*bu'lKasem Solymanem* Al*Radii* Vizierum, convenire *Alidas*, Judices, *Abbasidas*, & regionis primores: quos cùm consuluisset *Cufiensis* quemnam ad Chalifatum promovendum censerent, consenserunt omnes in *Abrahimum AlMoktaderi* filium, cui pactâ fide ipsum *AlMottakium Billa* appellârunt. Ille ergo ad *Yahcemum* vestem & vexillum *Wasetum* misit, & S*olymanem* Vizierum confirmavit; cui tamen nihil muneris istius præter nomen cessit, administratio enim rerum tota penes *Cufiensem Yahcemi* Scribam fuit. Hoc anno, viz. trecentesimo vicesimo nono interfectus est *Yahcem*, quem interfecerunt Cordi, dum ad fluvium *Jaur* venaretur. Illo interfecto, *Abu Abdalla AlBaridi Bagdadum* ingressus in [loco] *AlShakii* [dicto] sedem posuit; ubi ipsum adierunt Vizierus, Judices, Scribæ, virique primarii, misitque ad eum *AlMottaki* incolumitatem ipsi gratulatum, nec non ad noctes plures commeatum. Deinde mittens *AlBaridi* ad *AlMottakium* quingentos mille aureos

aureos petiit quos exercitui distribueret: quod cum ille facere recusaret, iterum mittens ei minatus est, commemorans quid *AlMo'tazzo*, *AlMostaino*, & *AlMohtadio* contigisset. Misit ergo illi integram quingenties mille aureorum summam. Nunquam autem convenit *AlBaridi AlMottakium*, quamdiu *Bagdadi* substitit. At ubi in manus *AlBaridii* pervenisset pecunia, nec quicquam inde commodi percepissent milites, illi tumultuati bellum ei intulerunt; à quibus fugiens ipse, cum fratre, filióque & asseclis suis, aquâ delatus *Wasetum* descendit: rerúmque *Bagdadi* potitus est *Curtacin Dailamensis*, qui *AlMottakium* conveniens muneri Imperatoris Imperatorum præfectus est, vesteque indutus. Paulò post *Mohammed Ebn* * *Rayek*, è Syria Bagdadum reversus, Imperator Imperatorum factus est. Anno trecentesimo tricesimo interfecto *Ebn Rayeko*, *Nasero'ddaulam EbnHamdan* in munus Imperatoris Imperatorum suffecit, fratremque ipsius *Abu'l Hasan Alim* veste induit, eumque *Saifo'ddaulam* cognominavit. Paulò post Turcæ contra *Saifo'ddaulam* tumultu excitato ipsum nocte adorti sunt; ille verò à castris suis fugâ se proripuit: cujus rei fama cum ad fratrem ipsius *Nasero'ddaulam* pervenisset, ille *Mauselum* profectus est, munere Imperatorio tredecim menses functus; factúsque est *Tuzun* Imperator Imperatorum. Anno trecentesimo tricesimo primo mortuus est *AlSaïd Nasr Ebn Hamdan Ebn Ismaïl*, Dominus *Chorasani* & regionũ *Transfluvialium*; Vir benignus, liberalis, prudens. Fertur, cum diuturna esset † ægritudo ipsius, utpote quæ eum tredecim menses detinuit, struxisse ipsum in arce sua domum quam oratorium appellavit, quo vestibus mundis indutus nudis pedibus iret, ibique oraret, & petitiones & supplicationes effunderet, à rebus injustis & sceleribus abstinens, donec morte vitam commutaret. *Chorasano* & regionibus *Transfluvialibus* post ipsum imperavit filius ipsius *Nuho* [*Noa*,] & cognominatus est *Al Amir al Hamid*. Eodem [anno] *AlMottaki Tuzunum* Imperatorem *Turcam* veste [in honoris signum] induit, ipsumque Imperatorem Imperatorum constituit. Eodem Imperator Græcorum ad *AlMottakium* mittens, sudarium quo Christus faciem suam absterserat, & in quo faciei ipsius figura impressa fuit, petiit, (fuit enim in Ecclesia Rohæ) pollicitus si ipsum mitteret dimissurum se perquam multos *Moslemiorum* captivos. *AlMottaki* ergo Judices, & Legis-peritos consuluit

Dyn. IX.

* al. Ratek.

* al. Ratek.

* al. Turun.

p. 306.

Christi sudarium.

suluit

Dyn.IX. fuluit, quorum quidam illud tradi noluerunt; alii annuerunt dicentes, Satius esse ut *Moslemii* è vinculis, afflictione & angustia, quibus premebantur, liberarentur. Jussit ergò *AlMottaki* tradi sadarium, misitque cum illis qui Captivos reciperent. Anno trecentesimo trigesimo secundo prodiit *Bagdadi* latro quidam, cui [capiendo] impares erant homines; securum ipsum præstante *Ebn Shirazado*, qui è summis *Tuzuni* ducibus fuit, eumq; veste induente: pactus enim cum eo erat, ut singulis mensibus quindecim mille aureos, ex iis quæ furādo lucrati essent ipse & socii sui, ad ipsum afferret, quos ab eo continuè accipiebat; *quod aviditatis est, cui nihil simile auditum atrocitate par.

*al. cui ejus nequitiæ nihil &c.

Eodem anno, increscente metu *AlMottakii* à *Tuzuno* Imperatore

p.307. Imperatorum, † qui tum *Waseti* erat, misit *AlMottaki* petitum à *Nasero'ddula Ebn Hamdan* ut exercitum militum mitteret, qui ipsum *Mauselam* comitarentur: quos cum ille misisset cum patruele suo, egressus ad ipsos *AlMottaki* cum uxoribus, liberis, & familia sua, *Mauselam* profectus est, ubi apud *Ebn Hamdanum* mansit. Deinde ab ea *Raccam* abiens, ad *Tuzunum* legatos misit pacis conditiones petens. Juramento ergo se obstrinxit *Tuzun* Chalifæ & Viziero, descenditque *AlMottaki Raccâ* ad *Euphratem*; at cum *Hitam* usque pervenisset, ibi substitit, missis qui juramentum à *Tuzuno* denuo exigerent; qui rursum juravit, & *Bagdado* obviam *AlMottakio* prodiit, cui in *AlSendia* obviam factus, [equo] descendit, terramque osculatus, Ecce, inquit, juramentum meum & obsequium tibi præstiti; tum de eo & Viziero, reliquisque mandata dedit, ut in castris suis collocarentur cum *AlMottakii* fœminis & liberis; deinde oculis ei inunctis visum ademit, cæcusque factus est *AlMottaki*. Die autem sequente *Tuzun Bagdadum* abiit, turbam [illam] in potestate sua habens. Fuitque Chalifatus *AlMottakii* annorum trium & sex mensium.

AlMottakio visus ademptus.

AlMostacphi Chalifa.

AlMostacphi, AlMoctaphii filius. *Tuzun*, ubi in *AlMottakium* manum injecisset, *AlMostacphium Billa*, qui idem est *Abu'l Kasem Abdalla AlMoctafii* filius, ad se *AlSendiam* accersiit; ubi ipse, una cum populo, fidem illi pactus est, anno trecentesimo tricesimo tertio. Causa autem quod illum Chalifam renuntiarent, ea fuit quam narravit quidam è *Tuzuni* familiaribus. Ego, inquit, ab amico quo-

p.308. dam invitatus, † ipsum adii, qui mihi retulit, cum uxorem apud

apud quosdam duxisset, dixisse ad ipsum mulierem, *AlMottaki* iste Dyn. IX. odio vos habet, & vos illum odio habetis, vitiaque vestra detexit, nec sincero erga vos affectu est: at hic quidam est è Chalifarum stirpe, (commemorata interim ipsius prudentia & pietate) quem si ad Chalifatum promoveritis, erit vestra creatura, vestra plantatio, vobisque ingentes reteget thesauros, quas nemo præter ipsum compertos habet; atque ita à metu & custodia immunes tandem eritis. Cui ego; Vellem, inquam, ipse mulieris verba audire; quam cum mihi adduxisset, vidi mulierem prudentem, sagacem, quæque mihi eadem ferè retulit: quin & virum ipsum ad me perduxit habitu muliebri, qui mihi se notum fecit, spondítque se ubi essent octingenties mille aurei indicaturum, méque sermonibus qui virum prudentem, & intellectu præditum decerent, allocutus est. Hæc cum ad *Tuzunum* accedens ipsi narrâssem, insiderunt animo ipsius verba mea, fuitque quod fuit. Erat autem mulier ista *AlMostacphii* procuratrix, seque *Alamam* appellavit, omnésq; ejus res penes ipsã erant. Eodem anno *Saifo'ddaula Halebum* profectus ipsam occupavit. Fuerat ille *Rakka* cum *AlMottakio*, quo *Bagdadum* reverso, ipse *Halebum* contendit, eaque potitus est; inde *Hemesam* profectus est, ubi ei occurrit exercitus *Al Achshidi Mohammedis* filii *Togogis Ægypti* & *Syriæ* Domini, cum ipsius liberto *Caphuro*; cumque manus conseruissent, in fugam datis *Achshidi* exercitu & *Cafuro*, *Saifo'ddaula* urbe *Hemesa* potitus est: inde *Damascum* profectus eam obsidione cinxit; at cum eam non aperirent incolæ recessit. Anno trecentesimo tricesimo quarto, † mense *Moharramo* obiit *Tuzun* domi suæ, *Bagdadi*; exercitus autem coacti sibi præfecerunt *Zairacum Ebn Shirazad*, cui sacramento dixerunt & ipsi & *AlMostacfi*; ad quem ingressus *Ebn Shirazad* honoratus rediit, vocatúsque est Imperator Imperatorum. Paulò post *Bagdadum* accedente *Moezzo'ddaulâ Ebn Bowaia* abdiderunt se *AlMostacfi* & *Ebn Shirazad*; quo latente *Mauselam* profecti sunt *Turcæ* qui sub ejus imperio erant, cumque longius recessissent prodiens *AlMostacfi* ad arcem Imperatoriam reversus est, ac præ se gaudium ob *Moezzo'ddaula* adventum tulit: ad quem ingressus *Moezzo'ddaula Ebn Bowaia*, ipsi fidem pactus est, ipséque ei juramentum præstitit. Apparuit etiam *Ebn Shirazad*, & ad *Moezzo'ddaulam* accedens ab eo tributis & vectigali exigendis præfectus

p. 309.

Dyn.IX. est: fuitque Imperium *Ebn Shirazadi* trium mensium & viginti dierum, *AlMostacfius* autem *Moezzo'ddaulam* veste honoraria induit, eique eodem die cognomen *Moezzo'ddaula* indidit; fratremque ipsius *Alim*, cognomen *Amado'ddaula*; & *AlHasano* fratri, *Rucno'ddaula*: jussitque nummis tam argenteis quam aureis, eorum nomina & cognomina imprimi. Eodem anno *Moezzo'ddaula* nuntiatum est *Alamam AlMostacfii* procuratricem, ejus dignitate sua submovendi propositum habere; ipse ergo cum hominibus ad Chalifam accessit vicesimo secundo *Jomada* posterioris: deinde accedentes *Dailamitæ* duo *AlMostacfii* manum prehenderunt, quam ille, eos ipsam osculari velle ratus, illis porrexit, illi vero ipsum solio detraxerunt, ipsiúsq;
p. 310. tiaram collo circumdantes pedibus euntem abduxerunt † ad ædes *Moezzo'ddaulæ*, ubi in vincula conjectus est; Procuratrici autem ejus *Alamæ* captæ lingua abscissa. Fuit Chalifatus *AlMostacfii* spatium annus & quatuor menses; res suas semper gerere coactus est ad arbitrium *Tuzuni* & *Ebn Shirazadi*. Cum inauguratus esset *AlMoti*, ipsi traditus ab eo oculis privatus & excæcatus est. Mansitque in carcere usque ad mortem detentus.

AlMostacfi excæcatus.

Sectio.

Helal medicus. *al. *Abronis*

Hoc tempore è Medicis illustribus fuit *Helal* filius *Abrahimi* filii * *Zahruni*, *Sabius Harranensis* medicus, *Bagdadi* inquilinus. Acutus erat, prudens, medendi optimus artifex, variis scientiarum generibus imbutus, apud *Bagdadi* nobiles in honore fuit, & cum iis artis suæ gratia consortium habuit; inserviit Imperatori Imperatorum *Tuzuno*. De eo [hæc] retulit filius ipsius *Abrahim*; Vidi, inquit, patrem meum, die quodam quo *Tuzuno* operam collocarat, (quo & veste honoraria ipsum induerat, & mulo pulchro sella grandi vehi jusserat, nec non quinquies mille nummis argenteis donaverat,) nihilominus animo turbatum, & cogitationibus variis distractum: cui ergo ego, Quid est quod te, Domine mi, tristem videam, cum oporteret te hujusmodi die, lætitia perfundi: Respondit, Fili mi, Vir iste (*Tuzunum* innuens) stultus est, resque loco non suo ponit, nec lætari possum ob beneficia quæ in me ab eo collata sunt, præ ignorantia [ipsius.] Nostin' quam ob causam hac me veste induit? Dixi, Minime.

Minime. Respondit, bibendum ei præbui medicamentum catharticum, Dyn. IX.
quod cum violenter eum moveret, & viscera ipsi excoriaret, sæpius sanguinem spissum excrevit; adeo ut ipsi postea præberem quod illud removeret, † eique quod timebatur, [prævertendo] satis p. 311.
esset. Ille interim præ stultitia sua credens emissione sanguinis istius sanitatem sibi procuratam, ea quæ vides in me contulit beneficia. Non possum autem non timere, ne aliquando malum, cum nulla subest causa, suspicetur, maléque ab eo multer.

AlMotì AlMoktaderi filius. Est idem *Abu'lKasem AlPhadl Ebn AlMoktader.* Inauguratus est die *Jovis* vicesimo secundo *Jomadæ* posterioris, anno trecentesimo tricesimo quarto. Retro autem magis ac magis iverunt res Chalifatus, nec superfuit Chalifæ Vizierus; Scriba tantum illi fuit, qui reditus & vectigalia ipsius procuraret: Summatim, nihil penes *AlMotíum* erat, nisi quod illi designavit *Moezzo'ddula*, quod ad quædam illi necessaria paranda sufficeret: Hoc anno mense *Dhu'lHajja* obiit *Damasci Achshid* Regionum *Ægyptiacarum* Dominus, cui in imperio successit filius ipsius *Abu Jaur*; rebus autem administrandis præfuit *Cafur* Eunuchus niger. *Cafuro* autem in *Ægyptum* profecto *Saifo'ddula Damascum* contendens eam occupavit: Deinde reverso *Cafuro* ex Ægypto *Damasceni Saifo'ddulam* expulerunt. Anno tricesimo septimo *Saifo'ddaula Hamdani* filius in *Græcorum* ditiones profectus occurrentibus *Græcis* factaque pugna in fugam conversus est. Ceperuntque *Græci Mar'ashum*, & *Tarsensibus* bellum intulerunt. Anno trecentesimo octavo *Amado'ddaula Bowaiæ* filius cum frequentibus morbis conflictatus est in urbe *Shirazo*: Cum ergo mortem sibi imminere sentiret, nec esset ei † filius, ad fratrem suum *Rucno'ddaulam* mittens, petiit ut sibi p. 312.
filium ipsius *Adado'ddulam Phanochosraum* mitteret, quem successorem destinaret; cumque ad ipsum accessit, domi suæ in solio collocavit, ipseque coram eo stans hominibus mandavit ut illi morem gererent, fuitque dies iste celebris & insignis. Anno trecentesimo tricesimo nono, *Saifo'ddaula Hamdani* filius regiones *Græcorum* hostiliter invadens & in iis longius progressus captivos & spolia cepit: at cum exire vellet, illi viarum angustias præcluserunt; adeo ut qui cum illo erant *Moslemii* quà capti quà cæsi perirent, *Græciq́;* spolia & captivos recuperarent, & *Moslemiorũ* impedimentis & opibus potirentur,

Dyn.IX. tur, ipso *Saifo'ddaula* cum paucis admodum evadente. Anno trecentesimo quadragesimo tertio mortuus est Imperator *Noa Ebn Nasar AlSamanius* mense *Rabia* posteriori, ipsi in regno *Chorasani* succedente filio ipsius *Abdo'lMaleco*. Eodem incursionem faciens *Saifo'ddaula* in ditiones *Græcorum Nicephori* Domestici filium interfecit, quod ille graviter ferens coactis copiis multis *Græcorũ, Russorum*, & *Bulgarorum*, ad imperii confinia tendit; at cum obviam ei prodeunte *Saifo'ddula* concurrissent, acriter pugnatum est, utroque exercitu fortiter sustinente: deinde victoria potitis *Moslemiis*, & in fugam datis *Græcis*, capti sunt Domestici gener, & nepos ex filia: Anno trecentesimo quadragesimo nono, rursum incursionem faciens *Saifo'ddaula* in ditiones *Græcorum*, captivis & spoliis potitus est, vinctósque abduxit, *Charshenam* usque profectus, *Græci* autem viarum angustias præoccuparunt: cum ergò redire vellet, di-
p.313 xerunt qui cum eo erant è † *Tarsensibus*, suademus ne eadem quâ ingressus es viâ revertaris, sed ut nobiscum redeas per vias nobis notas. Ille verò consilium eorum respuit: erat siquidem sententiæ suæ tenax, eique illi inniti placuit, nemine in consilium adhibito, ne diceretur, aliorum consilio rem prospere egit. Ipso ergo eadem quâ ingressus fuerat viâ revertente, superiores facti *Græci* quæ abduxerat spolia recuperarunt, gladio sociis ipsius inflicto, illísque partim cæsis, partim in vincula datis, ipse cum trecentis viris post difficultatē & molestiam evasit. Anno trecentesimo quinquagesimo, cũ decidente equo sub *Abdo'lMaleco Noa* filio *Chorasani* domino, ipse lapsu mortuus esset, successit illi frater ipsius *Mansur Noa* filius. Anno trecentesimo quinquagesimo primo, mense *Moharramo Græci* cum Domestico castris contra *AinZarbam* positis, eam deditione ceperunt: quam ingressus, primâ [statim] nocte præconis voce per urbem edixit, ut omnes incolæ se ad templum reciperent; si quis domi suæ moraretur interfectum iri. Prodierunt ergo quotquot prodire poterant. Facto autem mane viros suos, qui sexaginta millia erant, misit, qui quamplurimos, tam viros quam fœminas & pueros, extra templum repertos, trucidarunt: edixítque illis qui in templo erant, ut è regione quòcunque vellent eo statim die excederent, si quis ad vesperam maneret cæde luiturum. Exierunt ergo se invicem trudentes adeo ut non pauci compressione morerentur,

tur, & quâ via duceret pergentes, quò irent nescientes, in viis perie- Dyn. IX.
runt: † *Græci* autem quotcunque in urbe die inclinante reperirent, in- p. 314.
terfecerunt. Adveniente autem jam jejunio *Græci Cæsaream* recesserunt, cum animo post festum redeundi. Eodem ceperunt *Græci* urbem *Halebum*, & ab eadem sine causa recesserunt. Eodem Imperatorem sibi constituerunt *Græci Nicephorum* Domesticum, & quendam nomine *Shumuskin* [*Zimiscen*] ei Domesticum. Anno trecentesimo quinquagesimo sexto obiit *Moezzo'ddaula* filius *Bowaiæ*, *Bagdadi*, & principatum obtinuit filius ipsius *Bachtiyar*, qui *Azzo'ddaula* cognominatus est. Erat autem *Azzo'ddaula* alterâ manuum truncatus, quæ ei in prælio quodam abscissa est. Eodem *Abu Taglab* manus patri suo *Nasero'ddulæ Hamdani* filio injiciens, in arceū incarceravit; utpote quod ætate jam provectus moribus esset difficilioribus, filiósque suos arctè haberet, boníſque ipsorum propositis adversaretur, adeo ut ipsos illius tæderet. Anno trecentesimo quinquagesimo septimo, occuparunt *Græci* urbem *Antiochiam*. Anno trecentesimo sexagesimo primo ex *Afrikia* egressus *Al Moezz ledini'lla* regionum occidentalium Dominus, in *Ægypti* provincias tendit, & prope Cyrenē castra posuit; quo cum ad ipsum pervenissent ipsius pedites, Præfecti, & familia, quicquid sibi in palatio opum & supellectilis fuit collegit, adeo ut è nummis aureis fusis instar la- p. 315.
pidum molarium conflarentur, quorum † bini camelo gestandi imponerentur: deinde profectus est donec *Alexandriam* perveniret, quò cum ad ipsum accessissent *Ægypti* incolæ & magnates, ipsos obvios habens honorificè & benignè tractavit, pergensque *Al Kaheram* ingressus *Ramadani* quinto, anno trecentesimo tricesimo quinto, regionibus *Ægyptiacis* sine pugna aut dimicatione potitus est. Anno trecentesimo sexagesimo secundo *Domesticus* urbem *Amedam* profectus est, in qua erat *Hazarmard Abu'l Hijâï* filii *Hamdani* servus; qui ad *Abu Taglabum* scribens ipsum imploravit, atque opem ab ipso petiit; cumq; ille fratrem suum *Hebat'allam Ebn Nasero'ddulæ* ad ipsum misisset, junctis copiis *Domesticū* bello aggressuri ipsi obviam ierunt, finiente mense *Ramadano*: ac *Domesticus* quidem multitudine superior fuit, verum cum ipsi loco angusto occurrerent, in quo equi transire non possent, ac *Græci* apparatu bellico destituerentur, *Moslemi* ipsum captivum ceperunt, qui carcere inclusus mansit donec morbo cor-

Dyn. IX. riperetur anno tricesimo sexagesimo tertio; ac summâ quidē curam ei medendo adhibuit *Abu Taglab* accersitis Medicis, quorum operâ nihil proficiente mortuus est. Anno sexagesimo tertio medio mensis *Dhu'lKaada* seipsum Chalifatu abdicavit *AlMoti*, tradito eo filio suo *Tayeo-lilla*: fuitque spatium Chalifatus ejus annorum viginti novem & quinque mensium.

AlMoti Chalifatu se abdicat.

Sectio.

Mohammed AlPharabi Philosophus.

Anno trecentesimo tricesimò nono obiit *Mohammed Ebn Mohammed Ebn Tarchan Abu Nasr* AlPharabi in urbe *Damasco. Pharab* autem urbs est quædam *Turcarum* in regione *Mawara'lNahra* [transfluviali.] † *Abu Nasr* autem *Eracum* ingressus sedem *Bagdadi* fixit, ubi Philosophiæ operam dedit apud *Johannem Ebn Jaballad* AlMostausi tempore *AlMoktaderi*; magnosque sub eo progressus faciens supra socios suos eminuit, eósque in veritatis indagatione superavit, ac artis Logicæ profunda eruit, ejusque arcana detexit; ac captu facilia reddidit, & quicquid ex ea ipsi opus fuit digessit in libros sensibus perspicuis & conceptibus subtilibus [refertos,] quibus de iis admonuit, quæ ab *Alkindi* aliisque omissa fuerant de arte Analytica & discendi methodis: attigerúntque libri ejus Logici, Physici, Metaphysici, & Politici finem sufficientem & scopum egregium. Porro coætaneus fuit Abunasr AlPharabi AbuBasharo *Matthæo Ebn Tuneso*, nisi quod eo annis inferior, scientiâ superior fuerit. *Halebum* autem profectus AbuNasr Alpharabi ad *Saifo'ddulam* Abu'lHasan Alim *Ebn* Abi'l *Hija Ebn Hamdan* ad tempus sub ejus protectionem se continuit habitu *Sufii. Saifo'ddula* verò perspectum habens quem in scientia gradum obtineret, quantúmque intellectu polleret, ipsum dignitate & honore affecit: inde cum eo *Damascum* profectus, ibi diem obiit. Porro diebus *AlMotii-lilla* & præfecturam gerente AlAktao [i.e. manu truncato] * *Moezzo'ddula* Ahmede *Ebn Bowaia* [floruit] *Thabet Ebn Senan Ebn Thabet Ebn Korra*, arte Medicâ clarus, fundamenta ejus perspecta habens, dubiorum quæ in libris occurrerent solvendorum peritus; *Nosocomii Bagdadensis* eo tempore curam gessit. Composuit *Thabet* iste librum † in historia ubique terrarum celebratum, quo haud alius copiosior in historia conscriptus est; res gestas continet ab anno circiter ducentesimo nonagesimo ad tempus

p. 316. p. 317.

Matthæus Ebn Tunes.

* forsi. legen. Ebn Moezzo'ddula.

Thabet Ebn Senan Medicus & Historicus.

tempus quo obiit aliquo mensium anni trecentesimi sexagesimi tertii, cui appendicem addidit ipsius ex sorore nepos *Helal*: qui nisi extarent, ignorarentur multa quæ ad historiam temporum istorum spectant. Eodem tempore claruit * *Afrihi Ebn Adda Ebn Hamid Ebn Zacharia Tacritensis* dialecticus, *Bagdadi* advena, inter Logicos tempore suo princeps. Literis operam dedit sub *Abu Nasro Al-Pharabio*. Christianus fuit, sectâ *Jacobita*. In libris transcribendis assiduus fuit; multos manu sua descripsit scriptura æquali & luculenta: intra diei ac noctis spatium ultra centum folia absolvebat. Sunt illi opera, interpretationes, & versiones plurimæ. Mortuus est decimo tertio mensis *Ab*, anno *Alexandri* millesimo ducentesimo octogesimo quinto, & sepultus in Ecclesia *AlKatia*, *Bagdadi*, annos natus octoginta unum, Solares.

Dyn. IX. *Afrihi* Dialecticus. * al. *Yahya.*

AlTayeus filius *AlMotii*, cui nomen *Abu'lFadl Abdo'lcarim*. Causa quòd ad Chalifatum eveheretur fuit, quod pater ipsius *Almotì*, paralysi laboraret, hæsitaret linguâ, & difficulter se moveret: quod celante ipso, cum *Sebegtecino* innotuisset, suasit ille, ut se Chalifatu exuens eum *Tayeo-lilla* filio suo traderet, quod & fecit anno trecentesimo sexagesimo tertio. Eodem anno † *Mecca* & *Medina* in conventu solenni oratum est in concionibus pro *Moezzo ledin-Alla*, *Alida*, *Ægypti* Domino. Eodem adveniens *Adado'ddaula Erako* potitus est, & *Bachtiaro* manus injecit, deinde iterum ipsum dimisit; reversusque est *Bachtiar Meccam*, ut antea fuerat, Imperator Imperatorum. Anno trecentesimo sexagesimo quinto obiit *AlMoezz Alida* in *Ægypto*, qui primus Chalifarum *Alidarum Ægypto* potitus est, successore sibi relicto filio suo *AlAzizo*. Anno trecentesimo sexagesimo sexto, mense *Moharramo*, obiit *Rucno'ddaula Abu Ali AlHasan Ebn Bowaia*, successore in ditionibus suis relicto filio suo *Adado'ddaula*. Eodem obiit *Ebn Nub*, [filius *Noa*] *Chorasani* Dominus, *Bochara*, post quem imperio potitus est filius ipsius *Nuh* [*Noa*.] Anno sexagesimo septimo *Adado'ddaula Bagdadum* profectus ad *Bachtiarum* mittens ipsum ad obsequium sibi præstandum invitavit, & ut, *Erako* relicto, quocunque liberet, se reciperet, excepta *Mausela*. Exiit ergo *Bachtiar Bagdado* in *Syriam* proficisci statuens, *Adado'ddaula* autem *Bagdadum* ingressus est, atque ipsius in concionibus facta mentio contra ac fieri solebat, atque ad

AlTayeus Chalifa. p. 318. *AlAziz* Chalifa *Ægypti.*

Dyn IX. portam ipsius ter pulsatum [tympano,] quod nec apud eos qui ante eum fuerant in more fuit. Ad *Bachtiarum* verò, *Bagdado* egressum *AlHaditham* usque, cum accessisset *Abu Taglab* cum viginti militum millibus, simul *Erakum* versus abierunt: quo audito, *Adado'ddaula Bagdado* adversus eos profectus, cum in *Tacriti* finibus obviam facti essent illis in fugam conversis *Bachtiarum* captum trucidavit, ac *Mauselam* versus profectus † ditionem filiorum *Hamdani*
p.319. occupavit: At *Abu Taglab Ebn Nasero'ddaula Ebn Hamdan* in *Syriam* abiens, cum *Damascum* pervenisset ibi occisus est. Anno trecentesimo sexagesimo nono mittens *Adado'ddaula* ad fratres suos *Phacro'ddaulam* & *Mowaiado'ddaulam*, ipsos ad obsequiũ & assensum invitavit; cui *Mowaiodo'ddaula* cupide annuit; *Phacro'ddaula* verò responsum quasi à pari, & consorte dedit, ob quod iratus ipsi *Adado'ddaula* versus *Hamdanum*, in quo erat *Phacro'ddaula*, profectus est: ille autem cæde cognati sui *Bachtiari* memor, ab ipso timens, inde egressus est fugam captans, & in *Giorgianam* abiit; ubi apud
*al Shamciri. *Shamso'lMaáli Kabusum* **Washamciri* filium diversatus est, ad ipsius patrocinium confugiens, qui ipsi & tutelam, & hospitium præbuit, & majora præstitit quam ipse animo conceperat. Hoc in itinere accidit *Adado'ddaula* Epilepsia, qua & [antea] correptus fuerat *Mauselæ*, quod celavit; unde obliviosus valde evasit, ut non nisi difficulter admodũ res alicujus reminisceretur: quod etiam clam habuit. Atq; hic mundi mos est, ut nemini sincerus fluat. Eodem anno cœpit *Adado'ddaula Bagdadũ* instaurare, utpote quæ continuis dissidiis diruta fuerat: structisq; templis & foris magnã pecuniæ vim erogavit in Antistites, Doctos, [Alcorani] Lectores, affines & infirmos, qui in templis diversantur. Fluvios etiam, qui obliterati fuerant, denuò effossos & æquatos redintegravit. Eodẽ renovata est amicitia inter *Tayeum-lilla*, & *Adado'daulam*. *Tayeus-lilla* enim ipsius filiam uxorẽ duxit: qua in re hunc sibi scopũ proposuit *Adado'ddula*, ut è filia sua nasceretur filius quem
p.320. hæredem illi destinaret, † essetq; Chalifatus puero qui ipsis genere conjunctus esset. Erat autem dos centies mille aurei. Eodem grave ortum est dissidium inter vulgus *Shirazi Moslemios* & Magos, in quo direptæ sunt Magorum domus, ipsique verberibus excepti, cæsis non paucis. Mittens ergò *Adado'ddaula*, qui omnes qui ei negotio se immiscuerant conquirerent, ipsos verberatos & severè castigatos increpuit. Anno trecentesimo septuagesimo primo apertum est *Nosoco-*

mium Adadiense ad partem *Bagdadi* occidentalem, omniáque qui- Dyn. IX.
bus opus fuit medicamenta eò comportata. Eodem misit *Adado'd-daula* Judicem, *Abu Becrum Ebnol' Bakellan* appellatum, legatum ad *Græcorum* Imperatorem; quo cum pervenisset, monitus est ut terram coram ipso deoscularetur, quod illo recusante curavit Imperator fieri portam exiguam per quam Judex non nisi incurvatus ingrederetur. Ille verò visa porta, quid subesset rei intelligens, obverso tergo ingressus est, dein postquam per eam transiisset erectus se Imperatori obvertit. Anno trecentesimo septuagesimo secundo *Adado'ddaula*, ingravescente Epilepsia, qua corripi solebat, ea suffocatus interiit *Bagdadi* octavo mensis *Shawali*, cum *Erako* præfuisset quinque annos & dimidium. Ac considente filio ipsius *Samsâmo'ddula Abu Calijar AlPharao* accessit *AlTayeus-lilla* ipsum consolatum. Natus autem erat *Adado'ddaula* annos quadraginta septem. Filium suum *Sharfo'ddaulam Abu'lPhawares*, jam antea in *Caramaniam* eam occupatum miserat. Fuit autem *Adado'ddaula* [vir] intellectu pollens, egregius, boni regiminis, † successibus felix, summæ gravitatis, alta p. 321.
animo volvens, consilio sagax, virtutes earumque cultores amans; ubi dandi locus esset, munificus; ubi dare non deceret, manum cohibens; rerum fines respiciens. Mortuo *Adado'ddaula* in Imperio illi successit filius ipsius *Samsamo'ddaula Abu Calijar*, qui fratribus suis *Abu'lHasano Ahmedi* & *AbuTahero Firuzshaho*, in honoris signum vestibus donatis, *Persiam* designavit: at frater ipsorum alter *Sharfo'ddaula*, qui in *Caramania* fuerat, adventum eorum *Shirazum* præcurrens, ipsam occupavit. Anno trecentesimo septuagesimo tertio obiit *Mowaiado'ddaula* in *Georgiana*, morbo anginæ; reversúsque est frater ipsius *Phacro'ddaula* ad regnum suum, qui cum *Samsâmo'ddaula* concordiam coluit, adeò ut unâ quasi manu omnia agerent. Eodem *Badus Cordus Hamidiensis Mauselâ* ingressus ipsam occupavit; cúmq; crevisset ipsius potentia, animo concepit se *Bagdado* potiturum, & *Dailamenses* inde pulsurum. Metuens ergo ipsum *Samsamo'ddaula*, ac de illo sollicitus, adeò ut nullæ alii rei animum intenderet, collectis copiis versùs *Badum* profectus est; qui egressus ipsis occurrit, mense *Safaro*, anno septuagesimo quarto: is autem pugnæ exitus fuit, ut in fugam dato cum sociis suis *Bado*, *Dailamenses Mausela* potirentur. Anno septuagesimo septimo *Sharfo'ddaula Abu'lPhawares Adado'd-*

Dyn.IX. *daulæ* filius, ex *Ahwazo Wasetum* profectus eam occupavit; metuens ergo frater ipsius ad ipsum cum suorum præcipuis celoce vectus se contulit: quem ille obviam factum bono animo esse jussit, at egressum prehendit, pergénsque † *Bagdadum* mense *Ramadano*
p.322. pervenit, fratrem suum *Samsamoddaulam* in potestate suâ habens, postquam *Erako* annos quatuor imperasset. Anno trecentesimo septuagesimo nono morbo correptus est, quo ingravescente, cùm dicerent illi, Imperio periculum est incolumi *Samsamoddaula*, quem si morte non affeceris, oculos saltem illi eruas, ipsum oculis privatum, unà cum fratre suo *AbuTahero* in arce quâdam in *Perside* incarceratum detinuit. Eodem anno, initio *Jomadæ* posterioris obiit Rex *Sharfo'ddaula Abu'l Phawares* *Shirazil* filius *Adado'ddaula* aquâ intercute confectus. Imperavit in *Erako* annos duos & octo menses: vixit annos viginti octo: rerum summa post eum penes fratrem ipsius *Bahao'ddaulam Abu Nasrum* fuit; filium verò suum *Abu Alim* in *Persidem* gazis atque armis instructum, & cum magna *Turcarum* multitudine miserat. Porro arcis, in qua erant *Samsamo'ddaula* & frater ipsius *Abu Taher* custodes, audito mortuum esse *Sharfo'ddaulam*, ipsos dimiserunt, unaque *Phuladum*, qui in *Shirazum* profecti sunt. Ad *Samsamo'ddaulam* autem, qui cæcus erat, congregatis *Dailamensium* multis, ipse *Persiam* occupans ei imperitavit. Ad *Abu Alim* verò *Sharfo'ddaulæ* filium mittens patruus ipsius *Bahaoddaula* animum ipsi mulsit ac promissis delinivit; at ad se accedenti manus injecit, & paulo post eum interfecit. Eodem anno *Abu Tdhaher Abrahim* & *Abu*
p.323. *Abdalla AlHosain* filii *Nasero'ddaulæ* filii *Hamdan* † *Mauselam* occuparunt. Anno trecentesimo octogesimo *Badus* collectis *Cordis* versus *Mauselam* profectus est: contra quem egressi *Abu Tdhaher* & *AlHosain* *Nasero'ddaulæ* filii cum eo prælium commiserunt. *Badum* vero, cum ab equo in equum transilire cupiens decidisset, sociique ejus ipsum reponere volentes non valerent, eoque relicto reversi essent, quidam agnitum interfecit. Corpus ejus juxta palatium regium patibulo affixum est: at concitatus populus, Haud licere, dicentes, ita fieri viro qui religionis suæ hostibus bellum intulerat, ipsum detractum linteísque involutum sepelierunt; ac supra ipsum orarunt, magni in ipsum affectus indicia edentes. Interfecto *Bado Cordo*, *Abu Ali Ebn Merwan*, ipsius ex sorore nepos, cum parte exercitus ad arcem

Cusæ,

* al. *Shirazic.* vel *Shirazh.* g.

Cufæ, quæ juxta *Tigrim* sita est, profectus ipsam occupavit: positisque ibi castris arces sigillatim aggressus est, donec quicquid avunculo suo fuerat occuparet; at brevi post temporis spatio interfectus est *Amedi*, à quodam nomine *Ebn Damna*, qui ipsum in vestibulo præstolatus cultro loco lethali percussit. *Miyaphareķinam* post ipsũ occupavit frater ipsius *Momahedo'ddaula Ebn Merwan*. *Amedo* verò præfuit *Abdol' Barri*, vir regionis primarius, quem *Ebn Damna*, qui *Abu Alim* interfecerat, filia ejus in uxorem ductâ, ad convivium vocatum occidit; atque *Amedo* potitus, & instaurata regione ac conciliato sibi *Momahedoddaula*, & induciis cum *Græcorum* Imperatore, & *Ægypti* Domino, aliisque regibus factis, celebris evasit. Anno trecentesimo octogesimo primo *Bahâoddaula* manus *AlTayeo Ebn AlMoti* injecit, cumque † in ædes ipsius delatus ibique incarceratus esset, testes adhibuit illum se imperio abdicasse: ablatoque quicquid in Chalifæ palatio opum esset, dives evasit. Fuit spatium Chalifatus *AlTayei* annorum septemdecim & octo mensium, nihil ab eo, dum imperavit, authoritate sua peractum est, quo dignosci posset aliquid, unde de ipsius moribus conjectura sumeretur. Anno trecentesimo sexagesimo nono obiit *Thabet* filius *Abrahimi*, filii * *Zahruni*, *Harranensis*, *Sabius*, *Bagdadi*, medicus peritus, prosperi successus: de eo *Abul' Pharaj Ebn Abul'Hasan Ebn Senan* hæc narrat. Cum ego una cum *Abrahimo Harranensi* die quodam in ædibus *Abu Mohammedis Mohlabiensis* Vizieri essem, accedens *Abu Abdalla Ebno'lHejaj*, Poëta, *Harranensi* brachium ad arteriarum pulsum explorandum præbuit; cui ille, Crasso, inquit, usus es victu, putoque te modum excessisse, adeo ut lac acidum cum carne vitulina comederis; respondente illo, Ita sane fuit, atque una cum reliquis mirante, manum etiam extendit *Abu'l Abbas* Astrologus, cujus cũ pulsum contrectâsset, Et tu, inquit, Domine mi modum excessisti in frigidis sumendis, ac puto te undecim malogranata comedisse. Dixit *Abu'l Abbas* Astrologus, Hæc certè Prophetia est non ars medica: ac vehementius mirati sunt, & sermones ea de re commiscuerunt. Ego etiam magis quam illi hoc ut insolitum mirabar, cumque egressi essemus dixi illi, Domine mi *Abu'l Hasan*, Ars medica nobis cõmuniter nota, * ne quid me celes. Indica verò mihi, unde tibi indicium illud, lac acidũ fuisse cum carne vitulina, non vaccæ † aut tauri, atque unde argumentum malogranata numero

Dyn IX.

† p. 324.

AlTayeus Chalifatu abdicatus.

* al. *Harunis*

Thabet Ebn Abrahim Medicus.

* *al.* cujus nihil mihi ignotum.

† p. 325.

Dyn. IX. numero undecim fuisse: respondit, Hoc erat quod suggessit mihi animus, elocutáque est lingua mea. Tum ego, Sane verum dixisti, ostende ergo mihi thema natalitium tuum: cumque domum cum ipso venissem, inspecta ejus genesi, vidi partem celati in eodem Horoscopi gradu cū *Jove* fuisse, & parte bonæ fortunæ; dixi ei, Charissime Amice, Hoc loquitur, non tu, ac quoties in medicina rectè hujusmodi aliquid conjectaris aut pronuntias hinc ejus causa & origo.

Sectio.

Ferunt, *Adado'ddaulam Phana Chosrawum Shahenshah Bowaiæ* filium, cum de Scientia & Præceptoribus suis gloriari vellet, dicere solitum, Præceptor meus in doctrina stellarum fixarum & locorum eorum fuit *Abdo'r Rahman AlSuphi*, in resolutione tabularum Astronomicarum [vel Theorica planetarum] *AlShariph Ebno'l Aalam*, in Grammatica *Abu Ali Persa*. Fuit autem *Abdor'rahman Ebn Omar, Ebn Sahel AbulHosain AlSuphi AlRazi*, vir excellens, ingenio & acumine præstans; sunt è libris ipsius liber figurarum cœlestium picturis ornatus, liber Rhythmicus, & liber de projectione radiorum. Obiit anno tricesimo septuagesimo sexto, cum natus esset annos octoginta quinque. *Ebno'l Aalam* verò, cui nomen *Ali Ebno'lHosain Alida* fuit, nobilis, Astronomiæ & Theoriæ planetarum peritus, suo tempore celebris & insignis. In honore apud *Adado'ddaulam* fuit; eo mortuo cum sub *Samsamo'ddaula* minori in gratia esset, retroque irent res ejus, † ab illis se subducens vitam egit solitariam, ac peregrinationem suscepit mensibus anni trecentesimi septuagesimi quarti, & inter redeundum è vivis excessit loco dicto *AlOsaila*. Hoc tempore insignis erat numerus medicorum illustrium: è quibus *AlTamimi AlMakdesi* medicus, qui in *Ægypto* fuit anno trecentesimo septuagesimo. Solidam sibi admodum in arte medica scientiam comparavit; Summæ diligentiæ ac curæ fuit in compositione medicamentorum, alteque ac profunde in hujus generis mysteria inquisivit, in colloquiis suis humanus, nemini nisi veritatis gratia contradicens. Ex illis etiam *Ali Ebno'l Abbas* Magus, vir eximius, perfectè doctus, ortu *Persa*: studiis operam dedit apud Doctorem *Persam* nomine *Abu Maher*, ipseque studuit & diligentiam adhibuit. In gratiam Regis *Adado'ddaulæ* filii

Abdor'Rahman AlSufi Astronomus.

Ebno'l Aalam.

p. 326.

AlTamimi Medicus.

Ali Ebno'l Abbas & *Abu Maher* ejus Præceptor.

filii *Bowaiæ* librum suum *AlMaleci*, i.e. Regium, appellatum, composuit: liber est insignis & syntagma egregium, cui eo tempore animum applicuerunt homines; ipsumque sedulo triverunt, donec prodiret Canon *Avicennæ*, quem amplexi librum *AlMaleci* aliquantulum neglectui habuerunt. Est autem *AlMaleci*, quod praxin spectat, potior; *Canon*, quod scientiam, solidior. Ex eorum numero etiam *Nadhifo'lnafs Græcus*, Medicus, libris è lingua *Græca* in *Arabicam* transferendis peritus; quod ad praxin medicam haud adeo felix, nec in curandis ægris prosperos habens successus. Hinc mali ominis loco eum habuerunt, eiq; maledixerunt homines, cum ad ægrotantem accederet; adeo ut ipse narraverit, cum *Adado'ddula* ipsum ad ducem quendam, ut eum à morbo † qui illi acciderat sanaret, ubi egressus fuerat, ducem, quodam cui confidere posset accersito, ad *Adado'ddaulæ* Janitorem misisse sciscitatum ab eo quomodo Rex erga ipsum affectus esset, rogatumq; ut si animo alienatum cerneret, copiam ipsi recedendi longiúsque se subducendi impetraret, perturbatus siquidē erat ob illud quod factum est, & percontato Janitore causam, Nihil, inquit, amplius novi, quàm quod accedens ad me *Nadhif* medicus, dixerit, Dominus Rex me ut te viserem misit. Profectus ergò Janitor hæc coram *Adado'ddaula* repetiit, qui ridens jussit eum, certiorem ipsum facere de benigno Regis erga eum affectu; missàque ad eum veste splendida, pacatus est ipsi animus. Ex iis etiam *Abidalla Ebnol' Hasan Abu'l Kasem* appellatus *Golam Zohal*, [i.e. *Saturni* puer] Astrologus, *Bagdadi* incola, inter Calculatorum & Astrologorum qui probationibus & demonstrationibus nituntur præstantissimus, magnæque in iis quibus hoc in genere animum applicuit peritiæ. Fertur die quodam cum apud *Abu Solimanem* Dialecticum convenissent è principibus eorum qui scientiarum antiquiorum periti erant multi, & de rebus variis disquirere cœpissent, de Astrologia disputatum, dictúmque esse eam è scientiis, quæ nihil prosunt, atque incerta esse ejus effecta. Cumque prolixi ea de re sermones habiti essent, dicente quodam, Facite dictorum compendium, & paucis ad quæsitum respondete, num vera sint Astrologorum scita? respondit *Golam Zohal*, in utramque partem hac de re valebit responsum. Dicentibus, Quare? explica sententiam tuam: Veritas, inquit, & falsitas ejus dependent ab impressionibus cœlestibus.

Dyn. IX.

Nadhifo'lnafs Medicus *Græcus*.

p. 327.

Abidalla Ebno'l Hasan Astrologus.

p. 328

† Est

Dyn. IX. p. 328. † Est enim cum ita comparatum sit cœli Schema, ut nihil omnino verinde sit, etsi in minutissimas ejus partes penetretur, & in omnia profundè inquiratur; ac abeunte Schemate isto, venit tempus in quo nihil omnino falsum deprehendatur, etiamsi levibus nitantur indiciis: deinde alias mutatur hoc schema, adeo ut multa vera deprehendantur, in multis erretur; cumque ita res comparata sit, nihil certo affirmari potest de veritate & certitudine [hujus scientiæ.] Respondit *Abu Solman* Dialecticus, Hoc optimum est, quod in hoc genere dici

Mescawaih Abu Ali. potest. Fuit & ex illis *Mescawaih Abu Ali AlChazen*, i. e. *Thesaurarius*, è *Persarum* præstantium & illustrium præcipuis, qui feliciter literarum humaniorum, & scientiarum antiquarum studia conjunxit. Regi *Adado'ddaulæ Bowaidæ* ærarii præfectus cui fidē adhibuit, quēq; carum habuit. Multi sunt illi [in variis] scientiarum [generibus] libri, nec non disputationes, & discursus. Inquit *Abu Ali Ebn Sina* in libro quodam suo, cujusdam quæstionis mentionem faciens, Hac de quæstione *Abu Alim Mescawaih* interrogavi, qui cum eam sibi sæpius repeti juberet, (difficulter enim rerū intelligentiam comprehendebat) ipsū reliqui: nec eam omnino intellexit. Diu vixit, adeo ut ferè ad annū

Abu Fadl Jaafar Astrologus. quadringentesimum vicesimum [*Hejræ*] pertingeret. Fertur cum *Adado'ddaula Bagdadum* venisset narratumque ei esset de *Abu Fadlo Jaafaro AlMoctafi-Billa* filio, esse ipsum è Chalifarum stirpe, virum autem egregium magnæ dignitatis, variis scientiarum ab antiquis acceptarum generibus excultum, quiq; eas accuratissimè perspectas haberet, magno ipsius desiderio eum flagrâsse, atq; ipsum accer-

p. 329. situm clam misisse: qui † illum non sine metu convenit cothurnis & sindone indutus; ubi autem in ædes ipsius pervenit, loco vacuo deposita sindone consedit. *Adado'ddaula* autem, ubi solus factus esset, illum accersivit, atque ubi ipsum vidisset, diu coram eo stetit, & honore affecit, solusque cum eo mansit, rogans speciatim de scientia Astrologiæ judiciariæ, & rerum futurarum prædictionibus; quo in genere narravit illi quæ ad admirationem ipsum redigerent, ac propediem eventu comprobanda essent. Obiit *Jaafar* iste anno trecentesimo septuagesimo septimo. Porro ex numero Doctorum quibus fa-

Ahmed Ebn Mohammed AlSaghani. miliarius usus est *Sharfo'ddaula Adado'ddaulæ* filius, fuit *Ahmed Ebn Mohammed AlSaganius Abu Hamed*, qui Geometriæ & Astronomiæ scientia excelluit. *Bagdadi* instrumenta observationibus faci-

endis

endis summa cum accuratione confecit. Cumque *Sharfo'ddaula* extructo observatorio, quod in angulo horti arcis regiæ est, jusserat observari planetas septem, ei rei operam navavit cum **Waijano Cuhensi*, factisque observationibus duo scripsit compendia, in quibus observationum rationem descripsit, quarum ipse oculatus testis fuit; manuque sua, ubi de vero ingressu Solis in duo signa loquitur, scripsit, *Ahmed Ebn Mohammed* Dialecticus *Saganius*. Obiit *Ahmed* iste anno trecentesimo septuagesimo nono, *Bagdadi*: * *Waijan* vero *Ebn Washan Abu Sahel Cuhensis* Geometriæ & Astronomiæ egregiè peritus erat, atque in iis ultimam attigit metam. Solis in duo signa *Cancri* & *Libræ* ingressum observavit anno † *Alexandri* millesimo ducentesimo, nonagesimo nono. Ex doctis qui binis his observationibus interfuerunt, fuit *Ibrahim Ebn Helal Ebn Ibrahim Ebn* * *Zahrun*, *Sabius*, author Epistolarum. Majores ipsius *Harrano* oriundi erant, ipse *Bagdadi* educatus, ibique literis institutus. Utroque genere, tam carmina quam prosam scribendi, excelluit: magna etiam ei in Mathematicis peritia, peculiariter in Geometria & Astronomia, in quibus libri sunt ab ipso conscripti Epistolæ ejus in unum volumen compactæ sunt. Regibus *Erakensibus Bowaiadis* inserviens varias temporis vicissitudines expertus est, alias ad honores evectus, alias depressus; alias in dignitate collocatus, alias de gradu dejectus; alias carcere inclusus, alias libertate gaudens. Obiit anno trecentesimo octogesimo quarto. Inquit *Abu Hiyan Tauhidius*, Intra annum trecentesimum septuagesimum tertium, rogavit me Vizierus *Samsamo'ddaulæ* [quid sentirem] de *Zeido Ebn Raphaa*; Audio, inquit, continuè de *Zeido Ebn Raphaa*, quod intellectum meum superat, & sectæ eum esse quam non habeo perspectam: nunciatum autem est mihi te ipsum frequentare, unaque cum eo considere, ac multum cum eo esse; qui autem diu cum aliquo conversatus fuerit, potest abditos animi ejus sensus dignoscere. Respondi, O Viziere, Acumen illi eximium est, & ingenium igneum. At, inquit, hoc cum ita sit, quamnam amplectitur sectam? Respondi, Nullius se profitetur; Verùm diu *Basoræ* substitit, ubi quosdam reperit in variis scientiarum generibus doctos, quibus se adjunxit, atque operam collocavit. Cœtus iste societatem inter se conflantes, ac sincera conjuncti amicitia, in sanctitatis, puritatis, ac sinceritatis studio coaluerunt,

Dyn. IX.

* al. *Waihio.*

* al. *Waihius.*

Waijan Cuhensis, Mathematicus

p. 330.

Ibrahim Ebn Helal.

* al. *Harun.*

Zeid Ebn Raphaa.

Dyn.IX luerunt, atque inter se sectam constituerunt, † qua viam ad consequendam Dei benevolentiam propinquam se reddidisse autumant, dicentes religionem [Islamiticam] pollutam esse, & mixtam erroribus, nec ablui ac mundari posse nisi Philosophiæ ope; asserentes ubi conjunctæ fuerint Philosophia *Gracanica*, & religio *Arabica*, tum demum consecuturā perfectionem. Composuerunt autem quinquaginta Epistolas de quinquaginta scientiæ generibus, & quinquagesimam primam, quæ specierum in prioribus sectionibus tractatarū compendium & epitomen continet. Has Epistolas *Echwano'ßapha*, seu, fratrum sincerorum appellarunt, nominibus suis celatis, easque apud Bibliopolas dispersas in hominum manus dederunt; refertas verbis ad fidem spectantibus, & similitudinibus è lege petitis, & dictionibus implexis modisque fucatis; suntque ex omni genere petitæ, ita ut nec satient nec sufficiant: suntque in iis fictiones & allusiones, variaq; hinc inde consarcinata & conglutinata. Crocitarunt, non cantârunt; Cecinerunt, at non modulati sunt: texuerunt, at tenui filo; Pexuerunt, & crispárunt. In summa, discursus sunt qui affectum quidem moveant, sed ad metam neutiquam pertingant, nec probationes & argumenta manifesta adhibeant. Cumque authores nomina sua celaverint, in diversas itum est sententias de earum compilatore, singulis conjecturas & opiniones suas secutis; dicentibúsque aliis, Sermones eas esse cujusdam ex Antistitibus *Aliadis*; aliis, Compositas eas olim à Scholastico quodam *Mo'tazelio*.

P. 331. Epistolæ Echwano'ßapha.

P. 332. AlKader Chalifa.

† *AlKader Ebn Isaac Ebno'l Moktader*, cum in *AlTayeum* manus injecissent, recensente *Bahao'ddaula* illos qui Chalifatui idonei essent, consenserunt in *AlKaderum-billa Abu'l Abbas Ahmed Ebn Isaac Ebno'l Moktader*; qui in *Batiha* fuit, cumque ad eum pervenirent nuntii, occupatus narrando somnio, ea nocte sibi viso, quod Chalifatum ei portendit. Inauguratus est die undecimo mensis *Ramadani*, anno trecentesimo octogesimo primo. Eo anno *Saado'ddaula* filius *Saifo'ddaula Ebn Hamdan*, *Halebi* Dominus, dolore colico mortuus est; successore constituto filio suo *Abu'l Phadayel*, de quo *Luluo* reliquisque asseclis suis mandata dederat. Anno trecentesimo octogesimo secundo *Græcorum* Imperator in *Armenia* castris positis, *Chalatum*, *Malazcerdam*, & *Arjisham* obsedit. Cumque metu ejus deficerent hominum animi, inducias cum eo fecit *Abu*

Ali

Ali AlHasan Ebn Merwan ad annos viginti; reversusque est Imperator. Anno trecentesimo octogesimo sexto obiit in urbe *Belbis AlAziz Aliada Ægypti* Dominus, annos quadraginta duos & octo mẽses natus: successitq; illi filius ipsius *Abu-Ali AlMansur*, qui *AlHacẽbeamrilla* cognominatus est. Condonandis culpis admodũ delectatus fuit *Al Aziz.* Lenitatis ipsius exemplũ est, quod cum in *Ægypto* Poëta quidã Satyris scribendis deditus *Jacobum* * *Calmasi* filiũ Vizierũ, & *Abunasrũ* Archigrãmateũ carmine mordaci proscidisset, hæc scribens, Dyn. IX. * al. *Calasi.*

†*Dic* Abunasro *Scribæ palatii, qui hujus imperii dissolutionẽ molitur,* p. 333.
Solve nodos regni Viziero, ab eo gratiã optimam, & laudẽ consequeris.
Da & cohibe, nec quemquã metuas: Dominus palatii non est in palatio;
Nec scit quid secum fiat, nec si sciret, scire vellet.

Et conquestus esset de eo Vizierus ad *AlAzizum*, carmenque illi recitâsset, respondit, In hoc dicterio particeps tecum sum, tu autem in venia illi concedenda mecum participes. Annò trecentesimo octogesimo septimo obiit *Al Amir Noah Ebn Mansur, Bocharæ* Dominus, cui in imperio successit filius ipsius *Mansur.* Eodem mortuus est *Sabegtegin*, cui in regno successit *Ismaël*, ad quem mittens, cum *Gaznæ* esset, frater ipsius *Tamino'ddaula Mahmud Nisaburo*, ipsi significavit ideo patrem ipsius eum successorem constituisse quod ipse longius abesset, convenire verò ut natu major præponeretur: cui cum nihil responderet, ad ipsum profectus prælio aggressum cepit; deinde verò ad dignitatem evexit, & regni socium fecit. Eodem mortuus est *Phacro'ddaula Ebn Rocno'ddaula Ebn Bowaia*, cui in regno successit filius ipsius *Maj'do'ddaula Abu Taleb Rustam* annos quatuor natus: omnia ad matrem ipsius in regno administrando deferebantur, atque ab ejus nutu pendebant. Eodem obiit *Mamun Ebn Mohammed Chowarezmi* Dominus; cui successit in imperio filius ipsius *Ali*. Anno quadringentesimo primo *Karwash Ebno'lMokallad*, filiorum *Okail* Princeps, in concionibus commemoravit *AlHacemum Aliadam Ægypti* Dominum per universas ditiones suas, viz: *Mauselam* † & *Enbarum*, & *Madayenum* p 334. & *Cupham*, reliquásque. Anno quadringentesimo tertio interfectus est *Shemsolmaáli Kabus Ebn Washamcir*: causa illi cædis, quod etsi virtutibus & rebus præclarè gestis excelleret, disciplina tamen rigidiore uteretur, in puniendis delictis severus, raro culpas condonans,

Dyn. IX. & ob peccata leviora morte plectens, adeo ut suos ipsius tæderet. Ædes ergo in quibus fuit adeuntes, ad secessum tenuioribus vestibus ingressum, amiculo quo tectus erat spoliarunt, rigente tum hyeme; exclamantique, Date vel equi stratum, abnuerunt, quo factum est ut frigoris vehementia periret. Ditionibus ipsius præfectus est filius ipsius *Manujahar, Maleco'l Maáli* cognominatus. *Kabus* autem literis humanioribus egregiè instructus fuit, multæque scientiæ. Sunt illi Epistolæ & Carmina præclara. Astronomiam etiam, aliásque scientias callebat. Eodem etiam obiit *Bahao'ddaula Ebn Adado'ddaula, Ebn Bowaia*, qui tum temporis in *Erako* imperabat. Imperium post ipsum obtinuit filius ipsius *Sultano'ddaula Abushajaïus*. Anno quadringentesimo septimo, interfectus est *Chowarezmi Rex Abu'l Abbas Mamun*, & *Chowarezmi* regnum obtinuit *Tamino ddaula*. Anno quadringentesimo octavo egressi *Turcæ* è *Sina* cum magna hominum multitudine, adeo ut plura illis essent quam trecenties mille tentoria, regionibus quibusdam occupatis spolia & captivos ceperunt; jamque octo dierum itinere à *Balasaguno* aberant: at audito * quantæ *Togano Chano* copiæ essent, reversi sunt in patriam suam. Ille verò eos tribus circiter mensibus insecutus est, donec ipsos assequeretur, † securos jam factos ob itineris longitudinem, adorsusque ultra ducenta hominum millia occidit, jumentorumque & vasum, ex auro, & argento opereque Sinensi, copiam, nemini antea visam, cepit. Anno quadringentesimo undecimo potens evasit *Abu Ali Moshrefo'ddaula* filius *Bahao'ddaula*: deinde *Erako* potitus eo amovit fratrem suum *Sultano'ddaulam*. Eodem desideratus est *AlHacem Ebno'l Aziz, Ebnol Moezz Aliada*, Ægypti Dominus, nec quid eo factum fuerit notum fuit. Fertur ipsum egressum ut noctu, pro more & consuetudine sua, [urbem] circumiret, mane juxta sepulchrum *AlKophái* factum, versus orientalem *Holwani* partem profectum esse, cum duobus pedissequis, quos remisit; illique reversi narrarunt se ipsum apud fontem reliquisse: manserunt itaque homines toto die negotiis suis intenti, reditum ipsius expectantes; at tardante illo, profecti è domesticis ipsius *Asphanum* usque, & montē ingressi, asinū, quo vectus fuerat, viderūt, pedibus anterioribus gladio præcisis, sellâ autem & fræno instructum: vestigia ergo indagati delati sunt ad piscinam, ubi vestes ipsius repererunt, quæ septem tuni-

* al. *Togan Chanum* copias colligere.

† p. 335.

cæ laneæ erant, ficut fuerant connexas, nec ab invicem divulfas, Dyn. IX.
atque in ipfis cultrorum notas; reverfique funt de cæde ipfius nulli dubitantes. Annos natus erat triginta feptem, imperavit viginti quinque. Munificus erat, fed cruentus; moribus miris. Juffit maledictis inceffi focios [*Mohammedis,*] eâque de re in omnes ditiones fuas fcripfit; deinde † aliquanto pòft, ut illis maledicere defifterent. p. 336.
Ecclefiam Refurrectionis *Hierofolymis* diruit, deinde reftauravit. Tributarios adegit, ut vel religionem *Mohammedanam* amplecterentur, vel in patriam fuam fe reciperent, vel veftibus, formæ ab aliis diverfæ, induerentur: quo factum eft, ut multi eorum religioni illi nomen darent. Poftea, occurrente ex ipfis quodam, dicentéque, Cupio ad religionem meam reverti, ipfi permifit. Mulieres domibus fuis progredi vetuit, & fiquæ prodirent, morte mulctavit; cúmque conquererétur illæ, quibus nemo effet qui negotia ipfarum curarent, juffit homines omnia quæ in foro vendi folebant vicatim circumferre, eáque mulieribus divendere; vendentes autem, ut quid, cochlearis inftar manubrio longo, fecum haberent, quo mulieri pone oftium ftanti porrigerent, quod emere cuperet: quod fi ipfi placeret, pretio cochleari impofito, illud auferret, ita ut ipfam non confpicerent; unde magna ad homines rediit moleftia.

Defiderato autem *AlHacemo*, Chalifa creatus eft filius ipfius *Abu'lHafan Ali*, adhuc puer, & *AlDhaher-leezaz-dinilla* cognominatus eft. Res autem adminiftravit *Setto'lMolci*, *Hacemi* foror, arbitrio fuo, quam reveritis hominibus, bene fe omnia habuerunt: ea, cùm poft *AlHacemum* quatuor annos vixiffet, mortua eft. Anno quadringentefimo decimo quarto *Aláo'ddaula AbuJaafar Ebn Cacawaih Hamdano* occupato ei imperavit. Eodem obiit *Ali Ebn Helal*, appellatus *Ebno'l Bowab*, Scriba eximius, calligraphiæ laude infignis. Anno decimo quinto obiit Rex *Soltano'ddaula* † *Shirazi*, p. 337.
fuccedente ipfi in regno filio *Abu Calijaro*. Anno quadringentefimo decimo fexto obiit Rex *Sharfo'ddaula Abu Ali Ebn Bahao'ddaula*, atque *Bagdadi* habitæ funt conciones nomine fratris ipfius *AbuDhaheri Jalalo'ddaulæ*. Eodem occupavit *Nafiro'ddaula Ebn Merwan DiarBecri* Dominus urbem *Roham*, quæ penes quendam è *Bani Nomair* [*Nomairidis*] erat, cui nomen *Atir*, virum nequam & ftultum. Scribentibus ergo *Rohenfibus* fe urbem ei tradituros, quen-

AlDhaher Chalifa Ægypti.

Dyn. IX. dam nomine *Zengum*, ipsius nomine *Amedi* præfectum, misit, qui eâ acceptâ *Atirum* occidit. Anno quadringentesimo vicesimo bello aggressus est *Tamino'ddaula Turcas Gazzenses Arselan Ebn Saljuki* socios, qui in *Chorasano* spolia & rapinas exercuerunt. Misit ergo ille exercitum, qui illos ceperunt, atque *Chorasano* expulerunt: at profecti ex ipsis quot bis mille tentoria caperent, *Asphahanum* pervenerunt. *Togru'lBeg* verò & *David*, & frater ipsorum *Biga*, filii *Michaelis Ebn Seljuk*, *Ebn Takak*, in *Ma VVara'lNahro* (i e. regione transfluviali) erant. Quidam autem è *Gazzensibus, qui in *Chorasano* fuerant, in *Aderbigianum* pervenientes *Maragum* adiere, eámque ingressi, templum incenderunt, magnámque plebis ejus,& *Cordorum Hadbbaniensium* stragem ediderunt: deinde alii eorum *Raiam* petierunt, alii *Hamdanum*, quam & occupârunt. Eodem occupârunt etiam *Gazzenses Mauselam*, cujus incolæ in eos impetum fecerunt.

*al. Artenses.

*al. Arrensibus.

p. 338. Anno † quadringentesimo vicesimo primo, obiit *Tamino'ddaula Mahmud Ebn Sebegtegini*, succedente ipsi filio *Mohammede*: quem deinde imperio amovit frater ipsius *Masud*, & loco ejus regnavit. Anno quadringentesimo vicesimo secundo, mense *Du'lHajja*, obiit *AlEmam AlKader-Billa*; cujus ætas octoginta sex annorum & decem mensium fuit, Chalifatus quadraginta unius. Chalifatui ante ipsius imperium inhiârunt *Dailamenses* & *Turcæ*; at cùm ille præficeretur, ipsius reverentiam hominum cordibus indidit Deus, adeò ut omnimodum illi obsequium præstarent. Mitis fuit, munificus, religiosus; ædibus suis egressus plebis habitu, sepulchra piorum visebat, e.g. sepulchrum *AlMaarufi*, aliorúmque.

Sectio.

Mohammed Al Buzjani: Mathematicus.

Anno trecentesimo quadragesimo octavo in *Erakum* transiit *Mohammed Ebn Mohammed Ebn Tahya*, *Ebno'l Wapha AlBuzjani* è regione *Nisaburi*; apud quem literis operam dederunt homines, fructúmque perceperunt. Multos composuit libros in scientiis Arithmeticis. AlMagestum [sive systema Astronomicum] scripsit. *Diaphanti* librum de Algebra interpretatus est. Anno trecentesimo nonagesimo octavo obiit *Abu Ali Isa Ebn Zaraa* Christianus *Jacobita*, Dialecticus, *Bagdadi*; unus erat hic è Dialecticorum & Philosophorum

phorum principibus, & Interpretibus præstantibus. Sunt illi libri celebres, & versiones è lingua *Syriaca* in *Arabicam*. E Medicis etiam præcipuis in provinciis *Ægyptiacis* fuit *Mansur Ebn Mokasher Abul-Phatah* † *Ægyptius*, Christianus. Magno in honore fuit apud Principes, præcipuè diebus *Al Azizi*: cujus tempore adversa aliquando valetudine usus est, ut ad ipsum pervenire nequiret; cumque aliquantum à morbo convalesceret, Literas ad ipsum scripsit *Al Aziz*, quibus sic ipsum affatus est. In nomine Dei Misericordis Miseratoris, Medicum nostrum salvum faciat Deus, salute Dei optima, & gratiam suam ipsi perficiat. Pervenit ad nos nuntium gratum de incolumitate & sanitate, quam concessit Deus Medico; quæ apud nos æquivalet sanitati, quam nobis ipsis concessit. Ille autem lapsum tibi remittat, & optimam quam tibi concedere solebat sanitatem corporis, & animi alacritatem, & vitæ commoditatem restituat, pro summa sua potentia. Post *Al Azizum* verò famulatus est etiam filio ipsius *Al Hacemo*. Accidit autem in pede *Al Hacemi* tumor diuturnus, à quo sanari non poterat: & quamvis *Ebn Mokasher*, aliique è medicis domesticis mutuam operam ei curando navarent, nihil illud profecit, nisi ut tumor pejus se haberet. Adductus est ergo ad ipsum Chirurgus quidam *Judæus*, qui arte Chirurgica victum sibi summa in obscuritate paravit; ille perspecto tumore medicamentum quoddam siccum apposuit, quo illum dissolvit, ipsumque intra triduum sanavit: quam ob rem *Al Hacemus* ipsum mille aureis & veste donavit, & *Al Hakirum Al Naphceum* [i. pauperem utilem] cognominatum, in medicorum peculiarium numerum adscivit. *Al Hacem* autem, cum *Ægypto* præfectus esset, & scientiæ studio teneretur, audito de *Abu Ali* † *Ebno'l Haithem* Geometra *Basorensi*, varios ipsum libros in Geometria composuisse, esseque ipsum hoc in genere solidè ac multifariè eruditum, abditos ejus sensus perspectos habens, desiderio eum videndi affectus est: deinde cum narratum ei esset, illum dixisse, Si in *Ægypto* esset, aliquid se circa *Nilum* facturum, unde in omni ejus statu, sive cum cresceret, sive decresceret, commodum percipi posset, majori ejus studio flagravit, missáque ad eum clam magna pecuniæ vi, ut ad se accederet pellexit. Ille ergo in *Ægyptum* contendit; quò cum pervenisset, obviam ipsi prodiit *Al Hacem*, cúmque in pago quodam juxta

[Margin: Dyn. IX. *Mansur Ebn Mokasher*, Medicus Christianus. p. 339. — p. 340. *Abu' Ali Basorensis* Geometra.]

Dyn.IX. juxta portam *Alkaira* ab *AlMoezzo* extructæ, qui *AlChandak* [i.e. fossa] appellatur, cōvenisset, ibi eū sisti, atq; honorificè tractari jussit: cúmque mansisset ibi, donec se refecisset, petiit ab eo ut illud perficeret quod de *Nilo* promiserat. Profecta ergò est una cum eo operariorum turba, quorum opera uteretur in opere aliquo Geometrico quod in mentem illi venerat: at cum per totam regionis longitudinem pertransiens, vestigia animadvertisset populorum dudum è medio sublatorum, qui olim eam incoluerant, summâ ea cum arte facta fuisse, & secundum optimas Geometriæ regulas, quæque in illis continerentur figuras cœlestes & schemata Geometrica, formæq; admodum miræ picturas, certo percepit illud quod apud se statuerat ejusmodi esse quod fieri non posset, neque qui præcesserunt ignorâsse quicquam eorum quæ ipse sciret, & si fieri potuisset facturos fuisse; unde labascere illi [cœpit] animus, & intentio ejus se remittere. Cúmque pervenisset ad locum appellatum *AlJanadel* supra

p. 341. urbem *Aswan*, qui locus altus est è quo descendit *Nili* aqua; † eúmq; perspexisset, perpendisset, & ab utroque latere probasset, vidissetque rem minimè cum instituto suo convenire, certo novit se frustra esse in eo quod promisit, pudoreq; confusus & attonitus rediens, apologiâ usus est, quam acceptam habuit *AlHacem*, ei assensum præbens. Deinde præfecit eum *AlHacem* curiæ cuidam, quod munus in se præ metu, non affectu, suscepit: percepítque se in eo suscipiendo peccâsse ob magnam *AlHacemi* inconstantiam, & quod morte homines multaret, nulla omninò de causa, vel saltem levissima, quam ipse sibi animo fingeret. Animo ergo secum volutavit *Abul Hasan Ebno'l Haithem* quomodo se eo liberaret, ac cum non aliam inveniret rationem, quam ut se insanum & delirum simularet, huic se applicuit: quod cum divulgatum esset, facultatibus ejus manus injecerunt *AlHacem* ipsiúsque ministri, atque illius jussu designatus est qui ipsi inserviret, ac res ipsius curaret. Neque ita se habere destitit, donec moreretur *AlHacem*; paulo post illud sanam mentem ostendit, & ad pristinum statum rediit: mansit autem Dei cultui deditus, & ab aliis subductus, operam dans libris componendis & describendis, & docendo: Literis autem sibi constantibus, & correctissimè scribebat. Fertur illum intra anni spatium tres libros describere solitum inter alia negotia sua, viz: *Euclidem*, *Tractatus medios*, & *AlMagestum*, quos & figuris

figuris suis ornabat; cúmque transcribere inciperet, adire ipsum solitum qui pro iis centum & quinquaginta aureos *Ægyptiacos* numeraret: fuitque hoc quasi pretium definitum, ut non opus esset licitatione aut verborum iteratione; atque hinc sibi ad annum istum victum parabat, neque ita se habere destitit, donec è vivis excederet † in urbe *AlKaira* post annum quadringentesimum tricesimum. Libri ab ipso compositi multi sunt & celebres. Dyn. IX. P. 342.

AlKayem Ebn'ol Kader. Mortuo *AlKadero-Billa*, denuo fides præstita est filio ipsius *AlKayemo beamrilla*, anno quadringentesimo vicesimo secundo. Fidem enim ei ut successori præstari jusserat pater ipsius anno vicesimo primo. Eodem anno, viz. vicesimo secundo, occuparunt *Græci* urbem *Roham*, quæ in manu erat *Nasro'ddaulæ Ebn Merwan*. Eodem, exercitus *Soltani Ma'sudi Ebn Mohammed Ebn Sebegtegin*, *Chorasani* Domini, in *Carmaniam* profecti ipsam occuparunt. Anno quadringentesimo vicesimo quinto bellum acre erat inter *Nuro'ddaulam Dobaisum*, & fratrem ipsius *Abukawamū Thabetum*: deinde pacem inter se inierunt præstitis mutuo juramentis. *Basasirius* verò, qui *Thabeto* auxilium tulerat, audito de pace inter ipsos facto, *Bagdadum* reversus est. Erant autem illi è Principibus *Arabum* è *Bani Asad* & *Chaphajah*. Eodem obiit *Românus Græcorum* Imperator, cui successit vir callidus quidam, qui è familia Regia non erat; sed quem *Constantini* filia affectu prosecuta ipsi nupserat. Anno quadringentesimo vicesimo septimo obiit *AlDhaher Leezaz dinilla* Chalifa *Aliada* in *Ægypto*, cui subditæ erant *Ægyptus* & *Syria*, quique in *Africa* in concionibus commemorabatur; succedente filio ipsius *Abu Tamimo*, qui *AlMostanser Billa* cognominatus est. Anno quadringentesimo vicesimo nono *Rucno'ddin Abu Taleb Tugro'lBeg Mohammed Ebn Michael* † *Ebn Seljuk* urbem *Nisaburam* ingressus eam occupavit. Anno quadringentesimo tricesimo Rex *Ma'sud Gaznâ Belcham* perveniens *Seljukienses* è *Chorasano* expulit. Eodem *Sabt Ebn Wathab Nomairensis*, *Harrani* Dominus, in suggestis *AlEmam AlKayemum be-amrilla* memoravit, nec amplius *AlMostanseri Billa Aliadæ Ægyptii* mentionem fecit. Anno quadringentesimo tricesimo secundo * *Abusentecin* Eunuchus *Belchensis* cum servis quibusdam Aulicis pactum iniit, qui Regem *Ma'sudum* adorti in ipsum manus conjecerunt, & fratrem ipsius

AlKayem Chalifa. *Romanus Græcorum Imp. obit.* *AlMostanser Chalifa Ægypti.* p. 343. * al. *Anusbtecin.*

Dyn.IX. *Mohammedem* in locum ipsius substitutum Imperatorem salutarunt. Hic fratre suo Rege *Ma'sudo* accersito, Tibi, inquit, ob illud quod mihi fecisti, paria rependam: (ipsum enim oculis privatum occæcaverat) perpende autem ubi manere velis, ut eo cum liberis & uxoribus tuis te mittam. Cumque castellum **Ceram* elegisset, eo ipsũ misit. Deinde *Ahmed Mohammedis* filius ad patrem suum ingressus, ab eo sigillum suum petiit, quo gazas quasdam obsignaret; quod cum ipsi tradidisset, servos suos cum eo ad castellum misit, qui eo custodibus tradito dixerunt esse sibi nuntium ad *Ma'sudum* perferendum, atq; ab ipsis ad eum perducti ipsũ interfecerunt. Cujus rei fama cum ad *Maududum Ma'sudi* filium pervenisset, qui tum in *Chorasano* erat, ille summa cum festinatione cum exercitibus suis *Gaznam* rediit: cumque jam acies instruxissent ipse & patruus ipsius *Mohammed*, *Mohammedem* in fugam datum una cum filio *Ahmede* &* *Abusentecino* Eunucho *Belchensi* prehendit, morteque mulctavit, cæsis etiam omnibus † patrui sui liberis, & quotquot patri suo manus injiciendi authores fuissent. Anno quadringentesimo tricesimo tertio occupavit *Soltan Tugro'l Beg Jorjanum* & *Tabrestanum*. Eodem obiit *Michael Græcorum* Imperator, cui in Imperio successit ex fratre nepos, *Michaël* etiam. Anno tricesimo quinto obiit Rex *Jalalo'ddaula Ebn Bahâo'ddaula Ebn Adado'ddaula, Ebn Bowaia*, *Bagdadi*; regnavitque *Abu Calijar Ebn Sultano'ddaula*, *Ebn Bahao'ddaula*. Anno tricesimo nono facta est pax inter Regem * *Calijarum* & *Soltanum Tugro'l Begum*. Anno quadringentesimo quadragesimo obiit Rex *Abu Calijar Bagdadi*, successitque filius ipsius. *Almelec AlRahim* [i. Rex misericors.] Anno quadragesimo primo *Basasirius Anbâram* occupavit, eámque ingressi sunt socii ipsius. Eodem mortuus est *Maudud Ebn Ma'sud Ebn Mahmud Ebn Sebegtegin Gazna* Dominus, & in regno successit patruus ipsius *Abdo'lRashid*. Anno quadragesimo secundo, occupavit *Soltan Togro'lBeg Asphahanum*. Anno quadragesimo sexto idem *Adarbijanum* in potestatem redegit. Anno quadragesimo septimo, idem *Bagdadum* pervenit, ibique pro eo in suggestis oratum est. Anno quadringentesimo quinquagesimo insecutus est *Togro'lBeg Basasirii*, & *Dobaisi*, qui suos secum duxerant, vestigia; irruentesque in eos *Turca Basasirium* occiderunt, & in camelos quibus vehebantur mulieres involantes

*al. *Cabram*

*al. *Anushtecino*.

p.344.

Soltan Tugro'lBeg, primus *Turcarum* Rex.

Michael Græc: Imp.

*forf: *Abu Calijarum*.

involantes omnes abduxerunt. *Basasirius* autem servus erat *Turca*, † è servis *Bahao'ddaula Ebn Adado'ddaula* denominationē sortitus à *Basasiro* urbe sua. Anno quinquagesimo primo *Dobaisus Ebn Mozid*, pace facta, ut obsequium *Togro'lBego* exhiberet accedens benigne exceptus est. Anno quinquagesimo quinto *Soltan Togro'lBeg*, *Bagdado* in regionem *AlJabal* [i. montanam] profectus, *Raiam* pervenit, ubi morbo correptus vitam finivit, annos tum natus ferè septuaginta. Cum prolis expers nullum genuisset filium, successit ei in regno *Olub Arslan* filius *Davidis JagriBegi*, fratris *Soltani Togro'l-Begi.* Anno quinquagesimo octavo peperit puella juxta portam *Al-Azaj* [*Bagdadi*] puerum capite, collo & facie duplicibus, quatuor manibus, corpore uno. Anno sexagesimo primo conflagravit Templum *Damascenum*, perieruntque ejus ornamenta, & quicquid in eo erat operis egregii demolitum est: causa incendii fuit quod orto inter Occidentales, qui a partibus *Ægyptiorum* erant, & Orientales bello, cum ignem in loca templo vicina injecissent, conflagrantibus illis, Templum etiam ignis invasit. Anno quadringentesimo sexagesimo tertio profectus est *Romanus Græcorum* Imperator cognomento *Diogenes* (quod nomen Philosophi cujusdam fuit) cum centum hominum millibus; multisque equis, & magnâ pompâ instructus *Malazcerdum* è ditionibus *Chalati* pervenit. *Olub Arslan* autem, qui tunc in urbe † *Chunajo* è regione *Adarbijáni* fuit, in occursum ipsi venit cum quindecim equitum millibus, cum non posset copias quod longius abessent colligere; summâque festinatione iter acceleravit. Cúmq; jam prope ab invicē abessent exercitus, ad *Romanū* Imperatorē pacē petitū misit; cui ille, Haud, inquit, inducias tecum facturus sum nisi *AlRaia* [urbe] mihi in manus tradita: quo commotus Rex, die *Veneris* post meridiem preces cum fletu fudit [ad Deum,] hominibus etiam fletu ejus ad flendum provocatis; quibus dixit, Cui in animo est redire, redeat, non est enim hic Rex qui jubeat & prohibeat. Abjectisque arcu & sagittis gladium & sceptrum ferreum arripuit, manuque sua equi sui caudam adstrinxit, idem etiam facientibus militibus ipsius. Vestésque albas indutus séque bonis odoribus condiens, Si occidar, inquit, erit hoc mihi involucrum: cum autem ipso & *Græcis* mutuò congressis acriter dimicatum esset, in fugam versi sunt *Græci*, multis eorum cæsis, captúsque Imperator. Ce-

Dyn. IX. P 345. *al. *Basa* urbe. *Soltan Olub Arslan.* P. 346.

 pit

Dyn. IX. pit eum ſervus quidam, cui nomen *Shadi*, qui cum ad ipſum unà cum Legato acceſſiſſet notum habuit; viſoque, deſcendens [equo,] reverentiam exhibuit, & ad Regem eum adduxit, qui manu ſua tres illi infligens plagas, Annon, inquit, ad te de induciis paciſcendis miſi, tu autem abnuiſti? Cui ille, Omitte me increpare, & fac quid velis. Inquit Rex, Quid mihi facere voluiſti, ſi me cepiſſes? Reſpondente illo, Probroſum aliquid; Et quid, inquit, putas me tibi facturum? Reſpondit, Vel morte mulctaturum, vel me per ditiones tuas omnibus videndum ducturum, vel (quod longe abeſt ut ſperem) parſurum, accepto redemptionis pretio, & me tibi deputatum con-
p.347. ſtituturum. † Atqui, inquit, non aliud ſtatui: ipſumque millies mille aureorũ pretio liberavit, ea lege ut omnes qui penes ipſum eſſēt è *Moſlemiis* captivos dimitteret. Cumque de hoc inter eos conveniſſet, eum ſecum in ſolio ſuo ſedere fecit: deinde tentorium ei poſuit, & ad ipſum mille aureos miſit, quibus ſibi viaticum compararet. Multos etiam è Patriciis dimiſit, ipſúmque & eos veſtibus in honoris ſignum induit; miſſóq; cum eo exercitu, qui eum in loca ubi tutus eſſet, perducerent, ipſe eum Paraſangæ ſpatio deduxit. At cum ad *Græcos* de caſu iſto fama perveniſſet, *Michael* Imperium invadens regiones occupavit: *Romanus* verò, cum hoc, ubi ad caſtellum *Dakiæ* perveniſſet, ipſi nuntiatum eſſet, veſte laneâ induta vitam religioſam profeſſus eſt; & ad *Michaelem* mittens, ipſi quid cum *Soltano* pactus eſſet ſignificavit, collectiſque quæ penes ſe erant pecuniis, viz. ducentis mille aureis, eas ad *Soltanum* mittens, juravit ſe nihil amplius præſtare potuiſſe. Initio anni quadringenteſimi ſexageſimi quinti, *Olub Arſlan Mohammed Ebn David Jagrì Beg* in regionem *Mawara'l Nahram* [i. transfluvialem] tendens, fluvium *Jihunem* ponte conjunxit, per quem trajecit, pluribus quam viginti diebus; cum conſtaret exercitus ipſius amplius quam ducentis equitum millibus. Adduxerunt autem ad ipſum milites ipſius arcis cujuſdam cuſtodem, cui nomen *Joſeph Chowarezmienſis*, quem cum prope ſolium ipſius ſtitiſſent, juſſit terræ infigi quatuor palos, quibus alligarentur partes ejus extremæ [ſc. manus & pedes.] Ille vero, Heus exolete, inquit, num mei ſimilis hujuſmodi morte afficietur?
p.348. Iratus *Soltan*, arreptis arcu & ſagittis, ſervos † ipſum dimittere juſſit, dimiſſúmque ſagitta petiit; quæ cum ab eo aberraſſet, proſiliens

Joſeph

Joseph ipsum petiit. *Soltan* verò è solio surgens inter descendendum titubavit, adeo ut in faciem procideret; cui genu incumbens *Joseph* cultro, qui sibi fuerat, ilia ipsi percussit: surgens autem *Soltan* in aliud se tentorium recepit; & *Josephum* quidam è cubiculariis malleo capite percussum interfecit. *Soltan Olub Arslan* igitur, cum vulneratus esset, imperium filio suo *Malecshaho* legavit; Vizieri munere fungente *Nodhamol'Molco*. Anno quadringentesimo sexagesimo, die *Jovis*, decimo tertio *Shaabani*, obiit *AlKayem-be-Amrilla*. Hic cum se certo moriturum videret accersitis populi principibus, Judice primario, & Viziero *Ebn Jahir*, testes ipsos adhibuit se nepotem suum *Abu'lKasem Abdallam Ebn Mohammed Ebno'lKayem* successorem designare. Fuit ætas *AlKayemi* annorum septuaginta sex & trium mensium, Chalifatus quadraginta quatuor & novem mensium. Dyn.IX.

Sectio.

AlBiruni Philosophus & Mathematicus insignis.

His annis scientiarum veterum gloria claruit *Abu'lRihan Mohammed Ebn Ahmed AlBiruni* in variis Philosophiæ *Græcorum* & *Indorum* generibus profundè eruditus, præcipuè in Mathematicis, de quibus libros insignes composuit. *Indiæ* regiones ingressus, ibique multis annis commoratus, à sapientibus eorum disciplinas ipsorum edoctus est, ipsósque *Græcorum* Philosophandi rationem edocuit. Libri ab ipso compositi multi sunt, certæ solidæque admodum doctrinæ: † summatim non fuit inter ipsius similes, vel eo tempore, vel ad hunc usque diem quispiam ipso in scientia Astronomica perspicacior, nec qui ejus quà minima quà maxima magis perspecta habuit. Claruit etiam scientiis Philosophicis *Abu Ali AlHosain Abdalla Ebn Sina* Doctorum princeps, qui hæc de se retulit. Pater, inquit, meus *Belchensis* fuit, unde se in *Bocharam* transtulit diebus *Nuhi* [*Noæ*] *Ebn Mansur*, & villa *Harmatain* [dictâ] procuranda occupatus est: matrémque meam è villa, cui nomen *Aphshana*, duxit, atque ibi ex ea nati sumus ego & frater meus. Inde cum *Bocharam* migrassemus, missus sum ad præceptorem qui *AlKoranum* & literas humaniores doceret; nec ante decimum ætatis annum complevi, quam *AlKoranum* magnamque humanioris literaturæ partem perdidiceram, adeo ut [omnibus] admirationi essē. Deinde misit me pater ad Olitorē quendam,

p. 349.

Ebn Sina [Avicenna.]

Dyn. IX. dam, qui *Indorum* computandi rationem callebat, ut ab eo discerem.
* al. *Nablensis*, ut & inf. Tum *Bocharam* pervenit *Abu Abdalla* * *Natelensis*, qui Philosophiam profitebatur, quem domi nostræ hospitio excepit Pater meus, sperans fore ut ab eo discerem. Logicæ ergo terminos apud eum legi, at de subtilitatibus ejus nihil ei notum fuit: deinde ipse libros perlegere solus cœpi, commentaria consulens; similiter in libro *Euclidis*, cujus ab initio quinque aut sex propositiones apud ipsum legi, deinde totius libri solutioni incubui. Tum cum ad *AlMagestum* me transferrem, deseruit me *Natelensis*. Deinde artis Medicæ studio flagrans pervolvi libros † de ea compositos, & ægrotos invisi: atque * innumeræ mihi curandi rationes ab experientia desumptæ innotuerunt. Eram tunc temporis annorum sedecim. Dein per sesquiannum libris legendis sedulo incubui; ac quoties in aliqua quæstione perplexus essem, aut medium Syllogismi terminum non invenirem, ad Templum me recepi, & ad omnium Creatorem preces supplex effudi, donec aperiretur mihi in eo quod abstrusum ac difficile fuerat: noctuque domum meam reversus, lucerna coram me posita, legendo & scribendo operam dedi; & quandocunque invasit me somnus, aut debilitatem aliquam sensi, acceptum vini poculum bibi donec ad me redirent vires; deinde ad legendum reversus sum. Quod si me occuparet vel levissimus somnus, de ipsis illis quæstionibus somniabam adeo, ut multarum ex ipsis rationes mihi per insomnia notæ factæ fuerint: nec ita facere destiti donec solidam Dialecticæ & Physices cognitionem acquisivissem: Deinde ad Theologiam progressus, librum Metaphysicorum perlegi, cujus tamen sensum non intellexi, nec perspecta erat mihi Authoris intentio; adeo ut cum quadragies ipsum pervolvissem, ac jam memoriter tenerem, nec tamen ipsum intelligerem, planè desperans dixi, Fieri non potest ut intelligatur liber iste. Ecce verò die quodam tempore pomeridiano, dum Bibliopolas viserem, in manu institoris cujusdam liber fuit, quem venalem proclamans mihi obtulit. Ego verò, indignabundus ipsum rejeci, aiens nulli rei utilē esse istam scientiam. † Ille verò, Emas à me eum, inquit, vili enim pretio venit; tribus eum drachmis tibi vendam, & possessori pretio ejus opus est. Emi igitur. Erat autem liber *Abu Nasri AlPharabii* de scopo Metaphysicorum; quem domum reversus cum propere percurrissem statim libri sensus percepi, utpote

p. 350.

* al: in libris non descriptæ.

p. 351.

utpote quem jam memoriâ tenerem: ob quod gavisus aliquid in pauperes erogavi: Deoque Opt. Max. gratias egi. Cumque jam decimum octavum ætatis annum attigissem, omnes scientias istas absolveram: erátque tunc temporis [rerum] scientia mihi magis in promptu, at nunc magis matura; alias eadem omnino est scientia, nec quicquam ei postea de novo accessit. Tum mortuo patre, mutatus est mihi rerum status, & *Soltani* ditionibus quibusdam præfectus sum; incubuitque mihi necessitas *Bochara* migrandi, atque inde me *Jorjanum* transferendi: statueramque ad Principem *Kabusum* accedere; at interea accidit ut caperetur *Kabus*, & carceri inclusus moreretur. Deinde *Dahestanum* profectus, morbo gravi ibi laboravi. Reversus in *Jorjanum* de rerum mearum statu carmen composui, in quo versus ille cujusdam, habetur; Dyn.IX

Cum grandior evasissem, non fuit ulla regio mei capax:
Cumq; carè venirem, non erat qui me emere vellet.

Inquit *Abu Obaida AlJuzjani*, hucusque pertingunt ea quæ de se narravit Doctor. Hic autem aliqua memorabo eorum quæ de rebus ipsius vidi, dum ejus consortio uterer usque ad † finem vitæ ipsius. Inquit, Interea dum *Jorjani* commoraretur, librum primum Canonis composuit, & compendium *AlMagesti*, aliaque. Deinde *Raiam* profectus Dominæ ipsius ejusque filio *Majdo'ddaula* operam collocavit: inde *Kazwinum* migravit, atque ex ea *Hamdanum*, ubi ** Codbanawaia* se ministrum præbuit, ac rerum illius curam sustinuit; deinde rogatus ut Vizieri munus susciperet, eo functus est. Postea factum est ut tumultuarentur contra eum milites, qui cum sibi ab eo metuerent in ædes ipsius irruentes in carcerem abduxerunt, omnibus quæ habuit ablatis; & Principem *Shemso'ddaulam* ad necem illi inferendam sollicitarunt: ille verò abnuens, ad illum regno pellendum propendit, illis placere studens. At cum Doctor per quadraginta dies in amici cujusdam ædibus delituisset, Princeps ipsum perquisitum denuo Vizierum constituit. Mortuo verò *Shemso'ddaula*, filioque ipsius inaugurato, cum ab eo peterent ut idem Vizieri munus obiret, recusavit Doctor; seque *Abu Galebi* Pharmacopolæ domi abdens, ibi totam Physicam & Metaphysicam, quæ in libris *AlShepha* habetur absolvit, exceptis libris duobus de animalibus & plantis. Cumque ad *Alao'ddaulam* clam scripsisset, petens ut sibi ad ipsum accedere

P. 352.

* al. *Carbanawia.*

Dyn. IX. accedere liceret, ob hoc ſuſpectui habitus eſt; atque hoc ipſius factum averſati ſedulo ipſum perquiſiverunt, cumque indicio inimici cujuſdam proditum cepiſſent, in caſtellum quod *Berdawan* appellatur perduxerunt, ubi Poëma compoſuit, in quo hæc habentur,

* Camel. *Introitus meus * extra dubium eſt ut vides,*

باليقين *Tota difficultas eſt quomodo exeam.*

p. 353. Ibi cum quatuor menſibus manſiſſet, eductum *Hamdanum* aſportarunt, † inde verò habitu *Suphii* evaſit, comitantibus me & fratre ipſius, & duobus famulis, donec *Aſphahanum* pervenimus; ubi in conſeſſu *Alao'ddaulæ* honorem & æſtimationem tali viro dignum conſecutus eſt. Ibi libros multos compoſuit. Inquit idem, Doctor iſte omnibus [corporis] facultatibus pollebat, at ea quæ Venerem ſpectat è potentiis concupiſcibilibus maximè prævalebat: cui multũ indulſit, adeo ut temperamento ipſius noxam inferret. Mortis ipſi cauſa fuit dolor Colicus, qui cum ipſi accidiſſet, curam accelerare cupiens, octies eodem die clyſteribus uſus eſt, unde exulceratis inteſtinorum quibuſdam orta eſt excoriatio, acciditque ei Epilepſia, quæ colicam ſequi ſolet, eoque debilitatis redactus eſt, ut ſurgere nequiret: ſibi interim medicamenta adhibere non deſtitit, donec ambulando eſſet; neque tamen ſatis ſibi cavit; & cum variis curationis gratia medicamentis uteretur, haud prorſus à morbo convaluit, eo alias recrudeſcente, alias remittente. Deinde *Alao'ddaula Hamdanum* tendente, cum ſe ipſi in itinere comitem adjungeret eodem morbo denuo vexatus eſt, donec *Hamdanum* perveniret, agnitoque deficere ſibi vires, ut morbo pellendo non ſufficerent, remedia adhibere neglexit, dicens, Qui mei regimini præerat non eſt ultra regendo, nec jam proderunt medicamenta; cumque in hoc ſtatu per

* i.e. obiit. aliquot dies manſiſſet * in Domini ſui viciniam migravit, atque *Hamdani* ſepultus eſt, annos natus quinquaginta octo: obiit autem anno quadringenteſimo viceſimo octavo. De eo dixit quidam:

Non profuit AlRaïſo *de ſapientia ipſius Medicina,*
Neque ipſius in ſyderum [*ſcientia*] *peritia:*
Non ſanavit ipſum [*liber ipſius*] AlShephà [*i. ſanitas,*]
Nec liberavit ipſum [*liber*] AlNajáto [*i. e. liberatio.*]

Aiunt primum Sapientum, qui eo notatus eſt quod ſe Regum famulitio

mulitio addiceret, fuisse *Aristotelem*, cùm Philosophi priores, e. g. *Pythagoras, Socrates*, & *Plato*, ab eo abstinerent, neque ad Regum portas accederent; cujus rei indicium est, quòd cùm quidam è *Graecorum* Regibus locum, ubi sedebat *Socrates*, pertransiret, ipséque appropinquanti non assurgeret, nec se loco moveret, vel ipsum respiceret, & accedens juvenis quidam pede eum percuteret, dicentiq;, Cur me percutis? responderet, Annon Regem vides, qui fit ut non ei assurgas? ac *Socrates*, Quomodo servo servi mei assurgam? Rex autem, animadversâ lite, ipsum accersens, adductó diceret, Quid est quod dixisti? respondentique, Hoc dixi, me non assurrecturum servo servi mei; diceret, Egóne servus servi tui sum? regereret, Maximè O Rex, te enim in servitutẽ redegit mundus, túq; ipsius servus es; Ego verò eum contemnens in servitutem redegi, mihique servum habeo, cùm tu ipsi servus sis: Regéque, cùm quod dixerat ei arrideret, jubente aliquod in ipsum beneficium conferri, recusaret. Dicitur etiam primum Philosophorum, qui vino ac †veneri liberiùs indulsit, fuisse Doctorem primariũ *Abu Alim Ebn Sinam*; deinde avidè eum imitatos fuisse qui sequuti sunt, cùm hæc à lege Philosophorum aliena sint. Fertur Doctoris *Abu Alis* præceptorem in arte Medica fuisse *Abu Sahlum Al Masihi* [i. e. Christianum,] qui & Medicus insignis fuit, & Dialecticus, veterum scientiarum callens, in regione *Chorasani* inclytus, cui Systema est, titulo *Miyah-Cetab*, [i. e. centum libri,] liber celebris. Obiit annos quadraginta natus.

Dyn. IX. P. 355. Abu Sahl *Medicus Christianus, Avicennæ præceptor.*

Sectio.

Anno quadringentesimo tricesimo quinto, obiit *Abul Pharaj Abdalla Ebno'l Tiyeb Erakensis*, Philosophus insignis, qui veterum libros & sermones pervolverat, & explicandis libris antiquis operam dedit, tam in Dialecticâ quàm cæteris Philosophiæ generibus ab *Aristotele* compositis, & in Medicina *Galeni* libris: in explicationibus suis prolixiori usus est sermone, dum docere, & [quæ explicaret] intellectu facilia reddere studeret. Inquit *Al Kadi Al Acram* [i. e. honore dignissimus,] *Jamalo'ddin Al Kophti*, Vidi quosdam eorum qui hanc artem profiterentur, *Abu'l Pharajio Ebno'l Tiyeb* vitio vertisse prolixitatem. Censor iste qui eum reprehendit *Judaus* fuit, intellectus angustioris,

Abu'l Pharaj *Med. & Philos.*

Dyn. IX. gustioris, *Avicennæ* explicatione contentus. Ego verò, & quicunque libris componendis operam dederunt, haud aliud dicimus quàm *Abul-Pharajium Ebno'lTiyeb*, quæ ex his scientiis obliterata fuerant luci restituisse, quæ occulta erant perspicua reddidisse. Discipuli ei multi fuerunt, qui dominium [in literis] obtinuerunt, aliósque docuerunt. E quorum numero *AlMochtar Ebno'lHasan Ebn Abdun*, appellatus † *Ebn Botlan*. Inquit *Ebn Botlan*, Doctor noster *AbulPharajius* p. 356. *Ebno'lTiyeb* viginti annos explicandis Metaphysicis insumsit, ac præ [nimio] in iis studio morbum contraxit, quo animam exhalavit: unde indicium sumas de summo illius studio & diligentiâ, quodque scientiæ sui ipsius gratia operam dederit. Fuit *Ebn Botlan* iste Medicus

Ebn Botlan. *Christianus Bagdadensis*, facie deformi, miniméque decorâ, prout Deo visum est. Scientiis autem à veteribus excultis excelluit, artisq; Medicæ peritiam adeptus est. *Bagdado Mauselam* & *Diyarbecrum* profectus est; deinde *Halebum* adiens, ibi ad tempus substitit: at cùm locum minimè probaret, inde in *Ægyptum* abiit; ubi cùm breve temporis spatium insumsisset, cum *Ebn Redwano Ægyptio*, ejus temporis

Ebn Redwan. Philosopho, congressus est, acciditque inter ipsos contentio è victoriæ inter disputandum studio orta. Ira ergo in *Ebn Redwanum* commotus ex *Ægypto* discedens *Antiochiam* pervenit, ibique sedem fixit. Cúmque jam migrationis frequentis pertæsus, & indoctorum consortium ægrè ferens, satius duceret se à turba subducere, in Monasterium quoddam *Antiochiense* se recipiens, Monachismum suscepit, séque cultui divino mancipavit, donec vitam finiret anno quadringentesimo quadragesimo quarto. Ex insignioribus *Ebn Botlani* operibus sunt Liber de regimine sanitatis in tabulas distinctus; & de iis quæ sibi vendicant Medici Diatribe elegans; & Epistola de Emptione Servi. Cùm autem inter *Ebn Botlanum* & *Ebn Redwanum* accideras quod accidit, scripsit ad ipsum *Ebn Botlan* Epistolam, † in

p. 357. qua ipsum convitiis proscidit, ipsiúsque vitia recensuit, & ignorantiam in scientiis veterum, quarum peritiam sibi vendicavit, ostendit; distincto opere in septem sectiones, quarum prima est, Quantum præstet qui ab aliis vivâ voce didicit, ei qui solum libros legit. Secunda, Illius, qui quæstionum [statum] è libris hauserit scientiâ imperfectâ, dubia scientiæ ipsius paria esse, & solutu difficilia. Tertia Facilius esse veritatem stabilire in intellectu, in quo non obfirmatæ

fuerint

fuerint absurdæ [opiniones,] quam apud eum in cujus intellectu radices egerint. Quarta, Solere viros præstantes, cùm veterum libros legunt, non de illorum fama detrahere [*ex conjectura,] cùm viderint circa quæsita eos aliàs aliud dicere, ac sibi contrarios videri; sed in indagatione & disquisitione persistere. Quinta, De variis quæstionibus, quæ à demonstrationibus certis è veris principiis processerint, ad quæ responsum petit methodo demonstrativâ. Sexta, De consideratione ejus quod inter convitiandũ dixerat [adversarius,] inter cætera, Ego mille quæstiones ipsi proposui, ille mihi unicam. Septima, Excussio eorum quæ dixerat de puncto naturali, & designatio loci, in quo est ansa dubitandi de hac [ejus] appellatione. Epistolam autẽ conclusit his verbis, Certo sciat voluptatẽ, quæ è verborum masticatione percipitur, haud parem esse præfocationi respondendi; ac fore nobis locum, in quo reddenda sit [factorũ] ratio, & conventum [ad] præmium, & pœnam [accipiendum,] in quo conquesturi sint Ægroti apud Creatorem suum & cum Medicis expostulaturi de erroribus qui ipsis perniciei causa fuerint: neque ipsos Doctori condonaturos, sicut ego ipsi condonavi, quod me convitiis affecerit, neque silentio præterituros, quæ fecit, sicut ego prætereo, †quod de fama mea detraxerit. Certissimè autem sciat illos ipsi occursuros, neq; pacatum iri nisi eo quod manifestè verum est. Deus nos & ipsum dirigat ad obsequium ipsi præstandum, & ut ad ipsum accedamus, ei grata sectando. Ipse verò portio mea & optimus protector. Refert *Ebn Botlan* in Sectione quarta Epistolæ suæ historiam lepidam de *Ebn Redwano*, quæ hìc narratu digna est. Conveni, inquit, [aliquando] discipulum quendam Doctoris istius, (viz. Doctoris *Ebn Redwani*) specie decorum, & in quo, si conjecturæ fides adhibenda, ingenii præstantis signa apparerent, apud Principem *Abu Alim Ebn Jalalo'ddaula Ebn Adado'ddaula Phanachosraw* cum febre quotidianâ, quæ ante quatriduum cœperat, affectus esset, quæ nec cum frigore accederet, & cum sudore recederet: præbuerat autem ipsi Medicus iste medicamentum catharticum, ac statuerat postea ipsi sanguinem venæ sectione detrahere, pro more *Ægyptiorum*, qui venæ sectionem demum adhibent post exhibitum Medicamentum, & ægrotanti placentulas comedendas præbere unà cum Julapio solent in febris accessionibus. Cúmque Medicum, ut de febris ratione certior fierem, percontarer, respondit ille, dialecto *Ægyptiaca*, Bene, Domine mi,

Dyn. IX.

p. 358.

Dyn. IX. mi, Febris est quotidiana, composita ex sanguine & flavâ bile, quæ post quatriduum recurrit; cumque medicamentum ei exhibuerimus, dissolutus est sanguis, manétque flava bilis, adhibituri autem ei sumus phlebotomiam, ut à flava bili tuti simus, volente Deo. Recessi ergo nescius utrum magis mirarer, an quod febris quotidiana post quatriduum recurreret, cum signis continuæ; an quod ex humoribus
p. 359. compositis constaret; an Medicamentum, quod sanguinem †crassum dissolveret, relictâ bile flavâ tenui. Hoc autem ab eo narratum non alii assimilare possum, quàm ei quod *Antiochiæ* audivi de Medico quodam *Græco*, cui cum ægroto quodam, qui febre tertianâ simplici laboraret, ob sanitatem ei restituendam de certâ pecuniæ summâ convenerat. Ille ergo ei administrare cœpit, quod materiam incrassaret, unde quæ tertiana simplex fuerat, semitertiana evasit: quod cùm ægrè ferentes pellere ipsum vellent, ille, Certè, inquit, dimidium mercedis commerui, cùm dimidium morbi recesserit; ratus scil. ex sono nominis dimidium febris abiisse. Nec desiit rogare quidnam antea fuerat? ac respondentibus illis, Tertiana; quid jam esset? dicentibúsque, Semitertiana; de injuriâ sibi factâ conquerebatur, dicens, Quare ergo mihi dimidium ejus, quod accipere deberem, denegatis? Fertur *Ebn Redwanum* istum primò Astrologum fuisse, qui ad compita sederet, atque [arte istâ] victum sibi compararet, deinde in Arte Medicâ & Dialecticâ aliquid legisse: fuitque è Philosophastris non verè doctis, neque specie, neque habitu decorus; nihilominus multi in *Ægypto* studiosorum ei se discipulos addixerunt, atque ab eo didicerunt, celebrisque evasit, & libros composuit [hinc inde] corrasos, collectos, & congestos. Multa ei accepta retulerunt discipuli ipsius tam in causis Medicinalibus, quàm prolatis Dialecticis, quæ risum moveant, si bonâ fide egerunt qui retulerunt. Non desiit autem *Ebn Redwan* docendo operam dare, donec obiit intra annum quadringentesimum sexagesimum. Porro è Medicis insignibus hisce temporibus fuit Medicus quidam *Christianus*, *Cotaiphat* appellatus, qui *Basasirio* operam collocavit; ob praxin celebris, ita ut †scientia ejus non prædicetur: honorem consecutus est ob felicem in curandis ægrotis successum.

Cotaiphat Medicus Christianus.

p. 360.

Al Moktadi Chalifa. *Al Moktadi Ebn Mohammed Ebno'l Kayem.* Mortuo *Al Kayemo beamrilla*, in Chalifatu inauguratus est *Abdalla* filius *Mohammedis*

hammedis filii *AlKayemi*, & cognominatus *AlMoktadi beamrilla*, Dyn. IX.
anno quadringentesimo sexagesimo septimo. Non erat autem *AlKayemo* inter posteros ipsius præter eum mas: siquidem *AlDachira Abu'lAbbas Mohammed AlKayemi* filius, vivente adhuc patre suo, mortuus est, nec alius ipsi præter eum fuit. *AlMoktadi* autem, tunc in utero matris suæ, sex post mortem patris sui *Mohammedis* mensibus natus est. Anno sexagesimo octavo *Aksis Chowarezmiensis*, unus ex *Soltani Malecshahi* exercitus imperatoribus, *Damascum* profectus, eam obsidione cinxit, unde tanta annonæ caritas fuit, ut mensura, quam *AlGeraram* vocant, plusquam viginti aureis venderetur; urbem ergo ipsi securitate pactâ dediderunt, atque in ea nominis *AlMoktadi* Chalifæ *Abbasidæ* in concionibus facta est mentio: quod factum est, postquam *Aliadarum Ægyptiorum* nomina commemorata fuerant. Porro *Aksis* maximam *Syriæ* partem in potestatem redegit. Anno septuagesimo quarto obiit *Nuro'ddaula Dobais Asadiensis*, annos octoginta natus, quinquaginta septem principatu functus, ob virtutem & beneficentiam celebratus. Quicquid penes ipsum fuerat, post ipsum administravit filius ipsius *Mansur*, cognomẽ *Bahao'ddaulæ* fortitus, qui & optimè se gessit. Hic cùm ad *Soltanum Malecshahum* accessisset, confirmatum est ei imperium, veste etiam in honoris signum à Chalifa donatus est. Deinde obiit anno septuagesimo nono. *AlHellæ* verò, & *AlNilo*, & omnibus quæ ipsi fuerant, præfectus est filius ipsius † *Saifo'ddaula Sadaka*. Anno octogesimo quinto P. 361.
interfectus est *Nodhamo'lMolc* Vizierus prope *Nahawandum*, à puero quodam *Dailamensi* ex *AlBatenistarum* secta; qui specie aliquid petentis vel opem implorantis accedens, cultro, quem secum habuit, percussit, unde mortuus est. Functus autem fuerat *Nodhamo'lMolc Vizieri* munere apud *Soltanos* triginta annos, ultra tempus quo ei præfuit apud *Olub Arslanum*, dum *Chorasani* principatum teneret tempore patrui sui *Togro'lBegi*, antequam ad regnum promotus esset: annos natus fuit septuaginta septem. Causa cædis ipsius fuit, quòd cum *Othmano* filio *Jamalo'ddini* filii *Nodhamo'lMolci*, avus ipsius *Marwæ* præfecturam commisisset, eóque misisset *Soltan* ministrum quendam nomine *Kudanum*, ex servorum præcipuis, ei cum *Othmano* de re aliquâ lis intercederet, eo incitavit ipsum juventus, & in avum suum confidentia, ut in illum manus injiciens, pessimè

Cædes Nodhamo'lMolci Vizieri.

tractatum.

Dyn.IX. tractatum dimitteret. Ille ergo cùm ad *Soltanum* accedens opem imploraret, & [de injuria] quereretur, *Soltan*, misso ad *Nodhamo'lMolcum* nuncio, Si mecum, inquit, in regno consors fueris, perge, penes te arbitrium est; sin minister meus fueris, terminos subditis & ministris [præscriptos] tenere decet. Filii verò tui terminos, eorum quæ ad subditos spectant, transgressi, hæc atque hæc facere ausi sunt. Pervenientes ergo qui missi fuerunt ad *Nodhamo'lMolcum*, literas ipsi tradiderunt, quibus ille, Dicite, inquit, *Soltano*, si adhuc nescieris me tibi consortem in regno fuisse, at jam scias: neque enim imperium
p. 362. hoc aliter quàm curâ †& consilio meo adeptus es. Annon meministi cùm interficeretur Pater tuus me rerum tuarum curam suscepisse, & tam è tuis quàm aliis in te rebelles subegisse? Tu tunc temporis mihi nitebaris; at cùm jam tibi confirmatæ fuerint res, tibique obsecuti fuerint, & qui longius, & qui proprius absunt, crimina in me conquiris, & calumniis contra me aurem præbes. Dicite illi, Tiaræ istius stabilimentum ab atramentario isto pendere; atque eorum consensum omnium commodorum causam esse, at cùm occlusum fuerit hoc, perire & illam. Multúsq; fuit in hujusmodi sermonibus: deinde, A me, inquit, *Soltano*, quicquid vultis, respondete. Invasit enim me præ increpatione, quæ ab ipso mihi contigit, quod animos mihi fregit. Illi ergo abeuntes in hoc consenserunt, ut *Soltanum* celarent, quod factum fuerat; eique dixerunt quæ innuerent illum se Regi submittere, & rogare, ut se excusatum haberet: postea verò quidam eorum rem prout se habuit, Regi narravit; & consilium de eo interficiendo initum est. Mortuus autem est etiam *Soltan* triginta quinque post ipsum diebus, solutúmque est Imperium, ac gladio certatum. Fuerúntque verba *Nodhamo'lMolci* instar prædictionis Propheticæ. Fertur, quod ad eorum, quæ *Nodhamo'lMolcum* spectant, originem, fuisse ipsum filium pagi cujusdam præfecti in regione *Tusi*, linguámque *Arabicam* didicisse, & Principis *Bajeri* Domini *Balchæ* Scribam fuisse. Principem autem cujusque anni initio malè ipsum multare, & quicquid ipsi fuerat auferre solitum, dicentem, Pinguefactus es, O *Hasan*. Fugisséq; ipsum ad *JogriBegum Davidem*, eúmque adiisse: qui cùm primùm ipsum videret, manu prehen-
p. 363. sum filio suo *OlubArslano* tradidit, † Hic, inquiens, est *Hasan Tusensis*; illúmque ipsum acceptum sibi patris loco habuisse, nec ipsi immo-

immorigerum se præstitisse. *Nodhamo'lMolc* autem, cùm ad ipsum accederent Antistites & Magnates, postquam ipsis assurrexisset, rursum sedem suam capessere solitus erat; at Doctori cuidam pauperi, qui ipsi fuit, accedenti assurgens, ipsum loco suo collocare, ipsique assidere: cúmque de eo interrogaretur, Illi, inquit, cùm accedunt, laudibus me evehunt, ob ea quæ mihi non insunt, mihique ex eorum sermonibus philautia & fastus increscit; hic verò crimina mea mihi in mentem revocat, quæque injustè ago, unde humiliatur mihi animus, & à multis quibus obnoxius sum, revertor. Fuit autem consessus ipsius doctis virtutisque & probitatis studiosis refertus. Multis eum Epicediis deflerunt Poëtæ; ex optimis quæ dicta sunt, sunt illa *Shablo'ddaula,* Dyn. IX.

Fuit Vizier Nodhamo'lMolc *unio singularis, quem*
Conflavit [Deus] *misericors ex nobilitate.*
Apparuit, & non agnovère tempora pretium ejus,
Quare illum illis invidens, in concham iterum reposuit.

Deinde post cædem *Nodhamo'lMolci* abiit *Soltan Malecshah Bagdadum*, quam ingressus est decimoquarto mensis *Ramadani*; contigit verò ut venatum profectus die tertio *Shawali* rediret ægrotans: morbi causa, quod ex esu carnis venatu captorum febrim contraxerat; ob quam cum venâ ei sectâ haud satis sanguinis detractum esset, ingravescens illi morbus febris ardens evasit, obiitque die *Veneris Shawali* mediâ. Uxor autem ejus *TarkanChatun* mortem ipsius clam habens, eúmque celans *Bagdado* egressa est, † *Soltanum* secum ferens, nummósque ducibus distribuens, ipsos filio suo *Mahmudo* sacramento adegit, *Tajo'lMolco* Viziero rem hanc ei procurante. Ad Chalifam *AlMoktadium* etiam misit, [rogatum] ut [filii] nomen in suggestis memoraretur; quo annuente, *Mahmudi* in concionibus mentio facta est, qui tunc temporis quatuor annos natus fuit. Abiit autem *Tarkan Chatun Bagdado Asphahanū*, ubi erat * *Tarciaruk* filiorum *Soltani* natu maximus; unde egressus ille unáque duces, qui ipsi aderant, è *Nodhami* asseclis, *Raiam* versus profecti sunt. *Chatun* verò copias *Tarkiarukum* oppugnatum misit: quorum quibusdam ad *Tarciarukum* deficientibus, cùm auctæ essent illi vires, *Asphahanum* reversus eam obsidione cinxit. Fuitque cum exercitu *Chatuni Tajo'lMolc*, qui cùm captus atque ad *Tarciarukum* adductus esset, irruentes

Obitus Soltani Malecshahi.

† p. 364.

Soltan Mahmud.

* al. Parciaruk, sic in seqq.

Dyn.IX. entes in eum *Nodhamienses* interfecerunt. Vir multis virtutibus & omnigenis excellentiis præditus erat; at omnia ejus benè gesta obscuravit, quod *Nodhamo'lMolci* cædem promovisset. Anno octogesimo septimo *Tarciaruko Bagdadum* profecto, illius ut *Soltani* in suggestis facta est mentio, cognominatusque est *Rocno'ddinus*. Anno quadringentesimo octogesimo septimo, die decimo quinto *Moharrami* mortuus est Antistes *AlMoktadi beamrilla* morte subitaneâ. Traditum ei fuerat diploma de *Soltano Tarciaruko* muneri illi præficiendo, ut ipsum subscriberet; quod cum attentione perlectum subscripsit: deinde apposito illi cibo, cùm edisset ac manus lavâsset, Procuratrici ipsius *Shemso'lNaharæ*, quæ ipsi aderat, Quinam, inquit, sunt isti qui † ad me non impetratâ veniâ accesserunt? Ait illa, Circumspiciens neminem conspexi; vidi autem illi mutatum fuisse statum, ac defecisse vires, adeò ut in terram mortuus procideret: dixi ergo ancillæ, quæ mecum erat, Si exclamaveris, te interfectura sum, Vizierum autem adiens, quid contigisset ipsi indicavi; Successori ergo per testamentum designato fidelitatis juramentum præstandum curârunt, & *AlMoktadium* ad funus compositum sepulturæ mandârunt. Annos natus fuit triginta octo, & menses octo. Chalifatum tenuerat annos novendecim & octo menses. Matrem habuit Concubinam *Armenam*, nomine *Arjawanam*, quæ & ipsum, & filium ipsius *AlMostadhemum*, & nepotem *AlMostarshedum* Chalifas vidit.

[Margin: Soltan Tarciaruk, vel Barciaruk. — AlMoktadi subitò moritur. — p. 365.]

Sectio.

Anno quadringentesimo septuagesimo tertio obiit *Yahya Ebn Isa Ebn Jazla* Medicus *Bagdadensis*. *Christianus* fuit; Medicinæ studuit apud ejus temporis *Christianos Carchi* [seu fori *Bagdadensis*] incolas; cúmque Dialecticæ discendæ studio teneretur, neque esset inter *Christianos* prædictos tunc temporis, qui artem hanc calleret, mentioque illi facta esset *AbuAlis Ebno'l VValidi Mo'tazaliorum* tunc Doctoris, ac diceretur illum & scientiæ Scholasticæ & terminorum Logicalium peritum esse, ad eum se recepit Logicæ perdiscendæ gratiâ. Non destitit autem *Edno'lVValid* religionem *Islamiticam* illi commendare, donec ipsi annuens eam amplecteretur: cui quod nomen dedisset lætatus *AbuAbdalla AlDamagani*, eo tempore

[Margin: Yahya Ebn Isa Medicus Christianus. — Islamismũ amplectitur.]

tempore Judex primarius, illum sibi propiùs admovit, & ad eum evexit gradum, ut ipsius in syngraphis apud se scribendis opera uteretur. Ille verò, ultra operam in ea re positam, † vici ejus incolis aliisque sibi notis medicabatur, sine mercede aut pretio, verùm gratuitò & ex [merâ] beneficentiâ; quin & ipsis medicamenta gratis subministrabat. Cùm in morbum quo mortuus est incidisset, libros suos legavit Oratorio Antistitis *AbuHanifa*. E libris celebrioribus ab ipso compositis sunt Liber *AlMenhaj*, & Liber *Takwimo'labdan*, [de recta ordinatione corporum,] Tabulis distinctus. Dyn.IX. p. 366.

AlMostadher Ebno'lMoktadi. Mortuo *AlMoktadio beamrilla* adductus filius ipsius *Abu'lAbbas Ahmed* inauguratus est, & cognominatus *AlMostadher billa*; idque anno quadringentesimo octogesimo septimo. Eodem anno *Soltan Barciaruk* patruum suum *Tacashum* interfectum aquâ submersit, unà etiam occiso ipsius filio. Anno octavo occisus est *Tatash* filius *OlubArslani*, & confirmatum imperium & Soltanatus *Barciaruko*. Eodem, mense *Du'l-Hajja*, obiit *AlMostanser billa*, fil. *AlDhaheri Leezaz dinilla*, *Aliada*, *Ægypti* & *Syriæ* Dominus; Chalifatus ejus annorum erat sexaginta, ætas sexaginta septem. Successit ipsi filius ipsius *Abu'lKasem Ahmed*, qui *AlMostaalibilla* cognominatus est. Anno octogesimo nono statuerunt Astrologi futurum diluvium *Noachiano* ferè par. Chalifa ergo *Ebn Isunum* Astrologum accersitum eâ de re interrogavit; qui respondit, Tempore diluvii *Noachiani* concurrerunt septem planetæ in signo Piscium, jam verò sex [tantùm] eorum in eodem concurrunt; excepto sc. Saturno, qui si cum iis esset, futurum fuisset hoc illi diluvio simile: verùm † dico, urbem aut terræ tractum aliquem, in quâ convenerit magna hominum multitudo è diversis regionibus submersum iri. Metuerunt ergo *Bagdado*, propter multitudinem in ea undiq; concurrentium: prospectumq; est aggeribus & locis, è quibus aquarum eruptio metuebatur. Accidit autem, ut peregrinantes [*Meccham*,] cùm in valle *AlManakeb* castra posuissent, superveniens torrens magnus plerosque submergeret; evadentibus qui ad montes se reciperent; periréntque facultates, jumenta, & commeatus. Chalifa ergo Astrologum veste in honoris signum induit. Anno quadringentesimo nonagesimo interfectus

AlMostadher Chalifa. AlMostaali Chalifa Ægypti. Ebn Isun Astrologus. p. 367.

Dyn. IX. est *Chorasani* Rex *Arslan Argun* filius *Arslani*, Regis *Malecshahi* frater, à famulo quodam suo; qui rogantibus, Quare hoc fecisti? respondit, Ut homines ab ipsius injustitia liberarem. Deinde *Chorasano* potitus *Barciaruk*, eam fratri suo Regi *Senjaro* tradidit. Anno nonagesimo primo* *Bardawil Francorum* Rex, magnis collectis copiis regionem *Syriæ* invadens, *Antiochiam* occupavit. Ante hoc tempus occupaverant *Franci* urbem *Tolaitelam* aliásque in regione *Andalusiæ*, deinde etiam insulâ *Siciliâ* potiti sunt; & in *Africæ* oras progressi, ejus etiam partem ceperunt. *Kawamo'ddaula* * *Codbuka* autem, audito quid fecissent *Franci*, ipsósque *Antiochiam* occupâsse, conflatis copiis in *Syriam* profectus, ad *Antiochiam* positis castris eam obsidione cinxit; in qua fuerunt è *Francorum* Regibus *Bardwil* [*Baldwinus*,] & * *Sanhal*, & *Gondophri* [*Godfridus*,] & Comes † *Roha* [*Edessæ*] Princeps, & *Baimundus* [*Boamundus*] *Antiochiæ* Princeps: qui annonæ penuriâ oppressi ad *Codbukam* miserunt, securitatem ab eo petentes, utque è regione discedere liceret; ille verò hoc concedere noluit, dicens, Non evasuri estis nisi per gladium. Fuit autem apud *Francos* Monachus quidam, cui morem gerebant, vir admodum versutus: hic illis, *Petro* Apostolo, inquit, baculus fuit inferiùs ferramento munitus, in Sacerdotum Ecclesia sepultus, quem si repereritis, victoriam consecuturi estis, secus certò perituri. Jussitque ipsos jejunio & pœnitentiæ vacare; quod cùm triduo fecissent, die quarto ipsos omnes unà cum vulgo in locum introduxit, ubi cùm ubique fodiendo illum [quæsivissent,] tandem invenerunt, prout ab ipso descriptus fuerat: tum ille, Lætum, inquit, nuntium victoriæ accipite. Animis ergo sumptis, die Jovis è portis seorsim, viz. quini, & seni, aut circiter, egressi sunt. Dixerúntque *Moslemii Codbukæ*, Ad portas consistere nos oporteret, & omnes qui egrediuntur occidere: ille verò, Ne, inquit, hoc facite, sed finite eos, donec exeundi finem fecerint, deinde eos occisuri sumus. Illi autem cùm omnes egressi essent, ne uno in urbe relicto, exercitum magnum conflarunt; cesseruntque *Moslemii* in fugam dati. Ultimus fugientium fuit *Sokman Ebn Ortok*. Multa ergo eorum millia occiderunt *Franci*, & quicquid in exercitu fuerat commeatus, opum, jumentorum, & armorum ceperunt; rebusque redintegratis, & recuperatis viribus *Moarro'l Nomaniam* usque progressi, eam occupârunt. † Anno quadringentesimo

* forsan *Balduinus*.

* nostris *Corbanas*.

p. 368.

* Can. صنجيل i.e. *S. Ægidii* Comes.

pugnam, autem magnam, splendam.

p. 369.

simo nonagesimo secundo videntes *Ægyptii Turcarum* impotentiam, *Hierosolymam* aggressi eam obsiderunt, cùm in ea essent *Sokman* & *IlGazi Ortoki Turcomanni* filii, unà cum patruo ipsorum *Suneso*: & ultra quadraginta machinas bellicas in eam dirigentes, deditam ceperunt, ex ea egressis *Sokmano* ejúsque asseclis. Ei autem præfecerunt *Ægyptii* quendam *Ephtecaro'ddaulam* cognominatum: deinde eò profecti *Franci* duabus contra ipsam arcibus extructis, urbem à parte septentrionali ceperunt; & in populum gladio sævitum est. *Franci* enim in regione manentes per aliquot septimanas *Moslemios* interfecerunt; occisis in Oratorio *AlAksa*, [i. e. ulteriori,] plus quàm septuaginta mille: ac prædam inde reportârunt, quæ describi non potest. Anno nonagesimo tertio, facto inter *Soltanum Barciarukum* & fratrem ipsius *Sultanū Mohammedem* bello, in fugam datus est *Barciaruk*, & per varias transiens regiones *Asphahanum* venit; quam tamen non ingressus in *Churistanum* tetendit. Anno nonagesimo quarto initum est inter ipsos prælium secundum, cum *Barciaruko* essent quinquaginta militum millia, fratri verò ipsius *Mohammedi* quindecim millia. Obviam igitur facti cum pugnâ concertâssent, in fugam versus est *Sultan Mohammed*; qui *Chorasanum* petens fratrem suum Regem *Senjarum* adiit, (hi enim fratres uterini erant,) ac *Jorjani* substitit: quò cùm ad ipsum pervenisset Rex *Senjarus* cum copiis suis, unà *Dameganum* profecti sunt; ubi exercitu regionem devastante, tanta ubique in istis locis rerum penuria fuit, † ut deficientibus morticiniis & canibus homines alii alios devorarent.

Anno nonagesimo quinto obiit *AlMostaali billa*, Chalifa *Aliada Ægyptius*, postquam Chalifatu functus fuerat septem annos: cui successit filius ipsius *Abu Ali AlMansur* annos quinque natus; & *AlAmer beehcamilla* cognominatus est. Solus præ annorum defectu equitare non potuit: res autem Imperii optimè administravit *AlAphdal* filius *Amiro'ljoyushi* [ducis exercituum.] Anno nonagesimo septimo facta est inter duos Soltanos *Barciarukum* & fratrem ipsius *Mohammedem Malecshahi* filios concordia, confirmato pacto, ne *Barciaruk* fratri suo *Mohammedi* cum tympanis obviam iret, neque in suggestis unà cum eo nominaretur in ditionibus quæ penes ipsum erant, viz. *DiarBecro*, *Mesopotamiâ*, *Mausela*, & *Syriâ*. Anno nonagesimo octavo obiit *Sultan Barciaruk Ebn Malecshah*.

Dny. IX.

Hierosolyma à Francis capta.

p. 370.

AlAmer Chalifa Ægypti.

Moritur Sultan Tarciaruk.

Dyn.IX. *Asphahani* ægrotavit, pthysi & hæmorrhoidibus laborans. Cùm de vita desperaret, filium suum *Malecshahum*, annos tunc quatuor natum & octo menses, veste induit: convocatóque Ducum cœtu certiores illos fecit, se filium suum successorem in Soltanatu designâsse, & *Amirū Ajazum* procuratorē ipsius constituere. Cui omnes promptum polliciti sunt obsequium, & nominis *Malecshahi* in *Bagdadi* templis in concionibus facta est mentio. Anno quadringentesimo nonagesimo nono *Soltan Mohammed Aderbijano Mauselam* profectus, ut eam *Jagarmisho* ejus Domino auferret, ipsam obsidione
p.371. cinxit; † regionis incolis strenuè interim pugnantibus, egredientes enim pedites magnam in exercitu stragem fecêre. Continuatumq; est bellum à mense *Safaro* usque ad *Jomadam* priorem: deinde ad *Jagarmishum* delato de obitu *Barciaruki* nuntio, ad *Mohammedem* mittens obsequium ipsi obtulit. Accedens autem ad ipsum *Mohammedis* Vizier, Consultissimum est, inquit, ut ad *Soltanum* statim accedas, neque enim tibi denegaturus est quicquid ab eo petieris, eúmque manu prehendit: surgens ergo *Jagarmish* unà cum ipso ivit. Videntes autem *Mauselenses* ipsum ad *Soltanum* profectum esse, flere atque exclamare cœperunt, pulvere capitibus suis injecto. At ubi ad *Soltanum Mohammedem* ingressus esset, ille properè accedens benignè eum excepit, amplexusque, considere non sivit, dicens, Redi ad populum tuum; corda enim eorum ad te sunt, & reditum tuum expectant. Terram ergo deosculatus reversus est, diéque crastino convivium magnificum extra *Mauselam* celebravit: & ad *Soltanum* atque ipsius Vizierum magni pretii munera & honoraria misit. Anno quingentesimo *AlJaweli Sakawao Mauselam* bellum ei illatum accedente, cum mille equitibus, contra eum cum bis mille prodiit *Jagarmish* ejus Dominus. At ubi acies ad prælium instruxissent, *AlJawelio* è mediâ acie contra mediam *Jagarmishi* aciem irruente, in fugam versis qui in ea erant, solus relictus est *Jagarmish*, (utpote qui fugere non valeret præ paralysi quâ laboravit, ita ut equum con-
p.372. scendere non posset, † sed lecticâ veheretur) captusque ad *AlJawelium* adductus est, qui diligenter eum custodiri jussit. Hujus rei ad *Mauselenses* delato nuntio, illi *Zengium Jagarmishi* filium in imperium suffecerunt. Deinde *AlJaweli Mauselam* obsidione cingens, jussit quotidie afferri *Jagarmishum* mulo impositum, inclamantibus sociis

sociis ipsius *Mauselenses* ut urbe dedita Dominum suum ex eo, in Dyn. IX.
quo erat, [infortunio] liberarent: ad hoc cum illos invitaret, nec ipsi auscultarent, eum in hypogæo incarceravit, unde die quodam mortuus extractus est. Scripserunt ergo ipsius subditi ad Regem *Kelij Arslan*, *Solymanis Ebn Kutlamishi Saljukiensis* filium, urbium *Koniæ* [Iconii] & *Aksaræ* Dominum, illum ut ad ipsos accederet invitantes; seque ei urbem tradituros. Quo cum copiis suis accedente, *Jaweli* de ipsius adventu certior factus *Mausela* discessit; eoque accedens *Kelj Arslan* ipsam occupavit: cumque in [loco] *Al Mogreka* [dicto] castra posuisset, prodeuntes ad ipsum *Zengium Jagarmishi* filium ipsiúsque comites vestibus in honoris signum induit: solióque insidens nominis *Soltani Mohammedis* in concionibus mentionem fieri vetuit, suúmque substituit. In exercitum etiam beneficia exercuit, & consuetudines injuriâ introductas sustulit. Inde adversus *Jawelium*, qui Robæ fuit, profectus est. Cumque juxta fluvium *Chaborem* concurrissent, *Jawelii* socii *Kelj Arslani* socios in fugam dederunt. *Kelj Arslan* autem seipsum in *Chaborem* conjectum contra *Jawelii* socios sagittas jaculando tutatus est: at equo ipsum in aquam profundam deferrente submersus est, & post dies aliquot apparens *Shemsaniæ* sepultus. *Jaweliusque* † *Mauselam* profectus eam occupavit. Anno quingentesimo secundo *Maududus* & *Soltani Mohammedis* exercitus capta *Mausela* eam *Jawelii* sociis abstulerunt. Anno quingentesimo tertio* *Tangri Francus*, *Antiochiæ* Dominus, ad *Syriæ* confinia profectus *Tarsum* & *Adenam* occupavit, & *Hosno'l-Acradum* [*Cordorum Castellum*] obsedit, quod ei dediderunt incolæ. Occuparunt etiam *Franci* urbem *Berytum*, quæ penes legatos *Chalifæ Aliadæ* fuit. Anno sexto mense *Moharramo Al Amir* [princeps] *Maududus Mauselæ* Dominus, *Roham* profectus juxta eam castra posuit; depastúsque est exercitus ejus segetes ipsius: inde *Sarujum* se transferens idem fecit; nec *Francos* cavit, imò neglectui habuit, nec prius animadvertit quã *Joslinus Tel Basheri* Dominus ipsos de improviso superveniens adortus est, cum essent exercitus jumenta in pascuis dispersa, quorum plurima cepit, militumque non paucos occidit, dein *Tel Basherum* rediit. Eodem mortuus est *Basilius Armenus*, Portarum regionis *Filii Leonis* Dominus, qui *Cug-Basil*, i. e. *Basilius Latro* audiit, quod furto (quasi) arces non paucas in

p. 373.

* *Tancredus Tarsum &c. occupat.*

Dyn.IX. in confiniis occupasset, quas in hodiernum usque diem possident *Armeni.* Anno quingentesimo septimo convenientes *Moslemii*, inter quos erat *Al Amir Maudud* filius *Altun* **Tacashi Mausela* Dominus, *Francorum* ditiones ingressi sunt; cumque juxta *Tiberiadem* concurrissent, acriter pugnatum est, fortiter persistente utroque exercitu: tandem fugientibus *Francis*, permisit † *Al Amir Maudud* exercitibus ut reversi se refocillarent, vere denuo conventuri. Ipse *Damascum* accedens, ut ibi apud *Togtacinum* ejus Dominum usque ad ver diversaretur, cum templum orandi gratia ingressus esset, aggressus ipsum quidam è secta *Bateniorum*, quasi ipsi comprecans ac ab eo eleemosynam petens, cultro ipsum percussit, ac quatuor ei vulnera inflixit, quibus eodem die mortuus est: interfectus est etiam *Batenius*, caputque ipsi præcisum; cumque à nemine dignosceretur, crematus est. Anno undecimo mense *Du'lHajja* morbo correptus est *Soltan Mohammed* filius *MalecShahi*, filii *Olub Arslani*: cumque sibi desperaret, filium suum *Mahmudum* accersitum osculatus est, flente utroque, jussitque egredi, atque solio regio insidere; cum tunc temporis decimum quartum ætatis annum egressus esset. Ille patri suo, Dies, inquit, iste infaustus est, *viz.* Ex indicio astrorum: respondit [Pater,] Verum dicis, at Patri tuo [infaustus,] tibi vero faustus imperio [tibi delato.] Egressus igitur solio insedit diademate & armillis ornatus. Fuit *Soltan Mohammed* gravitate insignis, justus, bonæ conversationis, fortis. Anno quingentesimo duodecimo, die decimo sexto *Rabii* posterioris, obiit *Antistes AlMostadher-billa*, annos natus quadraginta unum, & sex menses; *Chalifatu* functus annos viginti quatuor. Ejus tempore tres decessere *Soltani*, quorum ipso præsente inter concionandum facta est mentio, *viz.* *Tajo'ddaula Tatash Ebn Olub Arslan*, & *Sultan Tarciaruk*, & *Soltan Mohammed*, *Malecshahi filii.*

*al. *Tacini*, vel, *Tatcini.*

p. 374.

Sultan Mahmud.

Posset rohn [illegible] verti, de quo despiciendum.

p. 375.

† Sectio.

Inquit *AbuSelt O'mmaia AlMogrebi*, [i. e. Occidentalis] In *Ægyptum* currente anno quingentesimo decimo profectus, inveni ibi *Medicum* quendam *Antiochenum* nomine *Georgium*, qui Philosophus cognominatus est ea ratione, qua corvus appellatur *Abu'l-*

Bida [i.e Pater albæ,]& à serpente morsus, *Salim*, [i, e, Sanus.] Dyn. IX.
Multus fuit in negotio facessendo *Abu'lChairo Salama Ebn Rahmun Judæo, Medico Ægyptio*, eumque contemptui exponendo. Fingere solebat sententias *Medicas* & *Philosophicas*, quas efferret verbis obscurioribus, ab isto hominum genere usurpari solitis, sed absurdis admodum quibus nullus subesset sensus, inanibus, nulli rei utilibus; deinde eas mittere ad aliquos qui de sensu earum ipsum rogarent, easque sibi explicari peterent: tum de illis loqui, easque, ut putabat, explicare sine attentione vel animadversione, propere, festinanter, nulla adhibita cura sed oscitanter, adeo ut multa in iis ridicule ab eo prolata reperirentur. Recitata, inquit, mihi sunt quasi ab isto *Georgio* carmina quædam in *Abu'lChairum* quæ inter optima sunt quibus unquam *Medicum* inauspicatum perstrictum audivi,

Abul'Chair *adeo stultus est, ut in lance ipsius levis sit quisquis excellit*;
Adeo infaustus, ut ægrotus, qui ipso medico utitur, in mare perditionis sit, cui nullum est littus.
Tria simul ingrediuntur; Ipsius aspectus, & feretrum, & qui mortuos lavat.

Abul'Chair iste, inquit, *Judæus Ægyptius* fuit, qui se librorum quorumlibet *Logicorum, Philosophorum, Physicorum* & *Metaphysicorum* prælectorem professus est, quos opinatus est se explicare, interpretari & exponere: cum non esset † in iis quæ protulit & asseruit unde commodi aliquod percipere possis, verùm multa effutiens verba erravit, & in responsis, quæ temere fudit, lapsus est: cumq; tantum sibi vendicaret, ne ad minimum eorum, quibus se dedit, pertigit, juxta illud Poëtæ dictum, Abu'l'Chair. p. 376.

Denudavit veste sublata crura, quasi profundum ingressurus,
At obruerunt eum fluctus in littore.

Inquit, Vidi etiam in *Ægypto Rezkallam*, qui *AlNachas* audiit, ac plerorumque in *Ægypto Astrologorum* præceptor fuit. Doctor erat natura comis, jucundus. Inter bellas quæ de se narravit historias, est quod dixit, Rogante me muliere *Ægyptia* ut quæstionem quæ eam spectaret ipsi expedirem, cum Solis eo tempore altitudinem observassem, & verum horoscopi gradum, nec non duodecim domos & astrorum centra, descripsissem, eaque omnia coram

ipsa.

Dyn. IX ipsa in abaco delineassem, & de domibus sigillatim pro more disserere cœpissem, illâque tacente indignabundus me reprimerem, illa mihi nummum projecit: tum ego denuo sermonem repetens dixi, Video tibi in domo divitiarum defectum, sedulo ergo caveas; tum illa, Jam inquit scopum attigisti, verumque dixisti, fuit ut dicis; ac dicente me, Nunquid quicquam perdidisti? respondens, Maxime, periit mihi nummus quē tibi dedi, me relicto abiit. *AbuSelt* autem dum *Astrologorum Ægyptiorum* mentionem facit, Haud alio, inquit, fundamento nituntur eorum descriptiones *Astrologicæ*,
p. 377. quàm † tabula quam delineant, & centris quæ ordinant; quod ad profundiorem autem inquisitionem, in causarum, occasionum, & principiorum primorum notitiam, non est ex ipsis qui ad hunc gradū ascendat, eoq; nitatur, vel in hanc aeris [regionem] se attollat, vel ab hoc lumine lumen sumat, excepto *AlKadio, Abu'lHasano Ali Ebn Nasro*, qui *AlAdib* i.e. literatus audit. Ille enim ex hominum præstantissimis est, quique ornamentis seculi accensentur; estque ei in reliquis *Philosophiæ* partibus summa peritia, & gradus primus.

'Abu'lHasan Astrologus.

'AlMostarshed Chalifa.

AlMostarshed Ebnol'Mostadher. Mortuo *AlMostadhero billa*, Chalifa salutatus est filius ipsius *AlMostarshed billa Abu Mansur* idque anno quingentesimo duodecimo, cum à patre hæres designatus esset, ac pro eo in suggestis viginti tres annos oratum. Eodem obiit *Baldwinus Hierosolymorum* Rex; qui in regiones *Ægyptiacas* profectus cum Francorum turba fuerat, eas occupare studens. Cum autem è regione *Balbaisi* factus esset, in *Nilo* natanti recruduit quod ipsi fuerat vulnus: mortem igitur sibi instare persentiscens *Hierosolyma* reversus ibi mortuus est, regionem suarum curâ mandata *AlKomeso* [Comiti] *Roha* [*Edessæ*] Domino; illi nempe, qui à *Jagarmisho* captus, à *Sakawao Jawelio* dimissus fuerat. Anno quingentesimo decimo tertio acre bellum fuit inter *Soltanum Sanjarum* & ipsius ex fratre nepotem *Soltanum Mahmudum*. Anno decimo quarto progressis *Gorjanis* (qui iidem *Cozari*) in
p. 378. regiones *Islamiticas*, unaque *Kaphjakiis* aliisque † nationibus, convenientes *AlAmir Ilgazi, Dobais Ebn Sadaka*, & Rex *Togru'lBeg*, penes quem erant *Arran* & *Nachjawan*, illis obviam ierunt, donec prope *Tephlisum* venirent. Erant autem *Moslemiis* copiæ magnæ, adeo ut numero triginta hominum millia essent, Cumque jam con-

currentes

currentes uterque exercitus se ad pugnam instruxerat, prodierunt *Kaphjakii* ducenti; quos rati *Moslemii* se in fidē ipsorum dedere velle, minimè caverunt. Illi autem eorum ordines ingressi, jactis sagittis aciem *Moslemiorum* turbarunt; quod qui à tergo erant fugam interpretati, se in fugam dederunt, alii alios, præ turbæ magnitudine, collidentes: cæsáque est magna eorum multitudo, decem parasangarum spatio insequentibus ipsos *Gorjianis*, cædentibusque & capientibus; occiderunt ergò plerique eorum; capti sunt quater mille. Rex *Togru'lBeg*, **IlGazi*, & *Dobais* evaserunt. *Gorjiani* autem reversi urbem *Tephlisum* obsederunt, magnopere eos qui in urbe erant pugna infestantes, adeò ut grave & magnum admodum esset negotium ipsius incolis: cúmque durâsset obsidio usque ad annum decimum quintum, vi urbem ceperunt. Anno decimo quinto, *Soliman* [*Salomon*] *Ebn Ilgazi Ebn Ortok*, in patrem suum rebellavit, *Halebi*: annum tunc excesserat vicesimum. Pater hoc audito, statim magna cum festinatione ad ipsum contendens, nihil animadvertente *Solimane*, illum adortus est: qui cum ad ipsum egressus excusari se peteret, manum ab eo abstinuit; illos autem, qui ipsi authores fuerant ut id faceret, prehendit; ex quibus fuit Princeps quidam, quem projectum tollens *Ortok* educaverat, & *Nasirum* nominaverat; illi ergò oculos eruit & linguam præcidit. Ex illis etiam † *Hamawensis* quidam, quem *IlGazi Halebensibus* præfecerat, collato in eum principatu. Illi factum suum rependens manus & pedes præcidit, visúque eum privavit; unde mortuus est. Adductusque est ad ipsum filius suus ebrius, quem cum occidere vellet, prohibente ipsum affectu paterno, vivere sivit: ille ergò *Damascum* fugit. *Ilgazi* autem *Halebo Solymanem*, fratris sui *Abdo'lJabbari Ebn Ortoki* filium, præfecit, ipsúmque *Badro'ddaulam* appellavit. Deinde *Maredinum* reversus est. Eodem anno *Soltanus* urbem *Miyapharekinum* Principi *Ilgazio Ortoki* filio assignavit; urbem *Mauselam*, *Mesopotamiam*, & *Senjarum Emiro Oksenkaro AlBorsakio*. Anno decimo sexto, mense *Ramadano*, obiit *AlEmir Ilgazi Ortoki* filius, *Miyapharekini*; occupavitque filius ipsius *Hasamo'ddin Tamartash Maredini* arcem; filius ipsius *Soliman*, *Myapharekinum*: *Halebi* fuit ipsi è fratre nepos *Badro'ddaula Soliman* filius *Abdo'lJabbari* filii *Ortoki*, ibique mansit donec ipsi à patruele suo eriperetur. Anno decimo septimo videns

Dyn. IX.

Moslemii à *Chozaris* victi.

* al. *AlBagazi*, ut & deinceps.

P. 379.

Dyn. IX. *Balac* filius *Bahrami*, filii *Ortoki*, patruelem suum *Solimanem* imparem esse regioni suæ à *Francis* tutandæ, ad ipsum *Halebum* profectus est, cúmque incolas arctè obsedisset urbem deditam accepit. Anno decimo octavo *Balac Bahrami* filius *Manbejam* profectus ipsam occupavit, arcemque obsedit: dum autem cum iis qui ipsam tenebant, pugnaret, sagitta in ipsum incidente interfectus est; quo turbatus,

p. 380. dispersus est exercitus. Porro, *Halebum* † ejusque arcem occupavit,

Franci Tyro potiuntur. *Oksenkar Borsakensis*; *Tyrum Franci*. Anno quingentesimo vicesimo, mense *Du'lKaada*, interfectus est *Kosaimo'ddaula Oksenkar Borsakensis*, *Mauselæ* Dominus, in urbis *Mauselæ* templo, die *Veneris*, à *Bateniis*; *Mauselamq;* occupavit filius ipsius *Ezzo'ddin Mas'ud*, nemine contradicente. Inquit Historicus, Mirandum est *Antiochiæ* Dominum ad *Ezzo'ddinum Mas'udum* misisse, eumque de cæde patris certiorem fecisse, antequam ad ipsum delatum esset nuntium: antea enim illud ad *Francos* auditu pervenerat, præ summa eorum rerum *Islamiticarum* statum noscendi diligentia. Anno vicesimo primo præfectus est *Atabec* [regni administrator] *Omado'ddin Zengi Oksenkari* filius præturæ *Bagdadi*, eam ipsi committente *Soltano Mahmudo*. Eodem obiit *Ezzo'ddin Mas'ud*, *Oksenkari* filius; *Mauselaq;* & ditionibus ipsius præfectus est frater ipsius *Omado'ddin Zengi*. Anno vicesimo secundo *Omado'ddin Zengi*, *Oksenkari* filius, urbem *Halebum* ejusque arcem occupavit; & post annum urbem *Hamam*. Anno quingentesimo vicesimo quarto, secundo mensis *Du'lkaadæ*, interfectus est *AlAmer-bechcamilla*, *Abu Ali*, *Ebno'l-Mostaali Aliada*, *Ægypti* Dominus. Cum in deambulacrum quoddam suum egressus reverteretur, ipsum adorti *Batenii*, trucidarunt; cumque filium non haberet, successit ipsi Patruelis ipsius *Abu'lMaimun Abdo'l Majid*, filius *Abukasemi* filii *AlMostanseri Aliqdæ*, *Ægypti* Domini, & *AlHaphedh bedinilla* cognominatus est:

p. 381. † non autem præstitum est illi juramentum ut Chalifæ, sed ut qui

AlHafedh Chalifa Ægypti. deputati instar rebus prospiceret, donec manifestum fieret utrum fœtus, quo gravida erat [Chalifæ uxor,] imperio idoneus esset; essetque hic Chalifa, ille ipsius deputatus. Eodem anno apparuerunt *Bagdadi* scorpii alati, aculeo duplici, à quibus metus grandis &

Scorpii alati. noxa gravis hominibus contigit. Anno vicesimo quinto mense *Shawalo* obiit *Soltan Mahmud* filius *Soltani Mohammedis*, *Hamdani*.

Annos

Annos natus erat circiter viginti septem, tredecim imperavit. Vir clemens, benignus, prudens; qui cū aliquid quod ægrè ferret audiret, non tamen pœnas infligeret, etsi potestas ipsi esset infligendi: subditorum opibus haud inhians, sed ab iis se continens; sociosque suos, ne ex illis quicquam injuria auferrent, cohibens. Successit illi filius ipsius *David*: Anno vicesimo sexto *Sultan Senjar* ad *Omado'ddinum Zengium* & *Dobaisum Ebn Sadaka* scripsit, ipsos in *Erakum* proficisci jubens: illi ergò profecti in [loco dicto] *Manaria*, qui ad *Dojailum* spectat, castra posuerunt, Chalifa autem *AlMostarshed*, ad latus occidentale transiens, in *Al Abbasia* castra posuit; cumque concurrissent exercitus in * *Hadra Barmakidarum*, orsus *Zengius* impetum fecit in aciem dextram Chalifæ, in qua erat *Jamalo'ddaula Akbal*, qui ab ipso fugerunt. *Nasrus AlChadem* [Eunuchus] autem ex acie sinistra Chalifæ in dextram *Omado'ddini* & *Dobaisi* irruit, unaque ipse Chalifa, & acriter dimicatum est. Deinde in fugam versi sunt *Dobais* & *Omado'ddin*, multique ex eorum exercitu cæsi, multi capti sunt. Anno vicesimo septimo misit † *AlMostarshed Sheich Bahao'ddinum Abu'l Photuh Esipharayenensem*, concionatorem, ad *Omado'ddinum Zengium* cum nuntio, in quo asperitatis aliquid erat; cui & contumeliæ multum addidit *Abul'Photuh*, fretus potentia Chalifæ & jure Chalifatus: eum ergò prehensum *Zengius* contemptui habuit, maléque tractavit. Quo audito Chalifa *Bagdado* cum triginta militum millibus profectus est: at cum propè à *Mausela* abesset, ex ea egressus est *Atabeg Zengius* cum exercitus parte, reliquis in ea relictis cum deputato suo *Nasiro'ddino*. Chalifa autem, mense *Ramadano* juxta eam positis castris, cum ipsam oppugnaret arcteque haberet, *Gypsariorū*, qui in urbe erant, turbæ convenit de ea tradenda: cujus facinoris rei peracti patibulo affixi sunt, continuatáq; est obsidio circiter tres menses. At cum nihil proficeret contra ipsam, nec perciperet vel debilitatos incolas, vel deesse ipsis commeatum & alimenta, inde discessit *Bagdadum* rediens. Anno vicesimo octavo confirmata est pax inter Chalifam *Almostarshedum*, & *Atabegum Zengium*. Anno quingentesimo vicesimo nono profectus Chalifa *AlMostarshed* bellum intulit *Soltano Masudo*, comitante ipsum Nobilium & Magnatum caterva. Pugna igitur ipsos excepit *Soltan Mas'ud* decimo *Ramadani*: at cum sinistra Chalifæ acies perfide cum eo agens ad *Soltanum* deflecte-

Dyn. IX.

Sultan David.

* forf. villa.

Chalifa victor.

p. 382.

Mauselam obsidet.

Dyn. IX. deflecteret, ac inter dextram ipsius & finistram *Soltani* levis fuisset velitatio, circumdedit ipsum *Soltani* exercitus persistentem, nec loco se
p. 383. Chalifa victus & captus. moventem; fugienteq; exercitu captus est. † *Soltan Mas'ud* igitur illum in tentorio suo collocatum quorundam, qui ipsum custodirēt, curæ commisit, ipsiq; de necessariis omnibus prospexit: cumq; intercessissent inter ipsos legati de pace facienda, ac conditionibus statuendis de pecuniæ summa à Chalifa pendenda, neve exercitum conflaret, vel domo sua egrederetur, atque his annuisset *Soltan*; equo impositus est Chalifa, gestato coram eo [in honoris signum] *Ephippii* tegumento, nec restabat aliquid quàm ut *Bagdadum* reverteretur. Nuntiato verò accedere à *Soltano Sanjaro* legatum, atque hominibus unà cum *Soltano Mas'udo* ipsi obviam euntibus, discesserunt etiam a Chalifa quidam quibus ipsius cura commissa erat; cumq; esset tentorium ipsius ab exercitu separatum, accedentes è *Batenianis* viginti quatuor
occisus. atque ad ipsum ingressi, trucidarunt plus quam viginti vulneribus confossum: contumelioseque tractatum naribus & auribus præcisis, nudum reliquerunt. Interfectus est die *Jovis* decimo septimo *Du'l Kaada* juxta portam *Maragæ*, ibique mansit donec à *Maragensibus* sepeliretur. Annos, cum interficeretur, natus erat quadraginta tres; Chalifatu functus annos septendecim & septem menses.

AlRashed Chalifa. *AlRashed* filius *AlMostarshedi*. Interfecto *AlMostarshedo* inauguratus est filius ipsius *Abu Jaafar AlMansur* & *AlRashed billa* cognominatus. Juramentum illi ut successori præstandum curaverat adhuc ipse in vivis: quod statim post ipsius cædem denuo præstitum est, die Lunæ finiente mense *Du'l Kaada*, anno quingentesimo vice-
p. 384. simo nono. † Eodem interfectus est *Dobais Ebn Sadaka*, *Hellæ* Dominus, juxta tentorii sui portam extra [urbem] *Chunejum*. Jusserat *Soltanus* juvenem quendam *Armenum* ipsum interficere, qui capiti ipsius adstans, dum terram digitis scalperet, nihil animadvertenti collum præcidit. Atque hoc est ex iis quæ sæpe eveniunt. viz: ut prope ab invicem moriantur qui inter se inimicitias exercuerint. Infestus enim erat *Dobais AlMostarshedo*, atque ipsius Chalifatum ægre ferebat, nesciens *Soltanos* ipsi ideo pepercisse, ut tanquam instrumento uterentur ad oppugnandum *AlMostarshedum*. Sublata autem causa, sublatum est una causatum. Anno quinquagesimo tricesimo *Bagdadi* convenientes Reges & Provinciarum Domini obedientiam *Ma-*

sudi

ſ'udi abjecerunt. Profectuſque eſt *David Soltani Mahmudi* filius cum exercitu *Aderbijani Bagdadum*, & poſt eum *Mauſelâ* ſecutus eſt *Atabeg Omado'ddin Zengi*, atque in ſuggeſtis pro Rege *Davide Bagdadi* oratum eſt. Cum igitur ad *Soltanum* perveniſſet fama, ille coactis exercitibus *Bagdadum* profectus urbem obſedit ultra quinquaginta dies, cumque nihil contra ipſos proficeret, *Hamdanum* redire ſtatuerat: at cum ad ipſum perveniſſet *Tarentaius Waſeti* Dominus, cum magna navicularum copia, eò reverſus eſt. Diffidentibus autem inter ſe Principibus, qui *Bagdadum* convenerant, reverſus eſt Rex *David* in regionem ſuam, diſperſique ſunt Principes. Chalifa verò ad *Amado'ddinum Zengium*, qui ad partem occidentalem fuit, trajiciens, unà cum eo *Mauſelam* abiit, cum paucis quibuſdam è comitibus ſuis. *Soltan Maſ'ud* autem *Bagdadum* ingreſſus, ibi ſedem fixit, † congregatiſque Judicibus, teſtibus, & Legisperitis, oſtendit juramentum quod illi præſtiterat *Al-Raſhed*, in quo manu ſua hæc ſcripſerat: Ego ſi exercitum collegero, vel egreſſus fuero, vel quempiam è *Soltani Maſ'udi* ſociis gladio percuſſero, meipſum imperio exuo. Illis ergò ſententiam ferentibus, exutus eſt, ſublatâque ipſius mentio è ſuggeſtis, tam *Bagdadi* quam in reliquis provinciis. Fuit Chalifatus ipſius undecim menſium, & octodecim dierum.

Dyn. IX.

Soltan Maſ'ud Bagdadum obſidet.

p. 385.

Al-Raſhed Chalifatu exutus.

Sectio.

Anno quingenteſimo triceſimo in *Ægypto* floruit *Abu Ali* Geometra, qui ei ſcientiæ operam dedit, atque in ea excelluit, ut & in literis humanioribus. Ipſi carmen eſt in quo Geometriæ ſpecimen habetur: è verſibus ejus ſunt,

Diviſum eſt cor meum in amore cœtus:
Unicuique eorum appenſus eſt affectus meus.
Ac ſi cor meum centrum eſſet, illi circumferentia,
Et affectus mei lineæ ad eum [*ducta.*]

Nec non,

Euclides [*i.e. Geometria*] *ſcientia eſt quâ comprehenditur quicquid in cœlo eſt, & quicquid in terris.*
Eſtque ſcala, quaſi figuræ ejus eſſent

Gradus ad celsitudinem eò tendentibus.
Reliquerunt commoda ejus propter sumptus ejus :
Euge monstranti viam ad sumptus !
Ascendit per eam mens generosa ascensu :
Quam insignes sunt, ascensus iste & ascendens !

AlMoktafi Chalifa. *AlMoktafi* filius *AlMostadheri*. Cum mentionem *AlRashedi billa* è suggestis sustulissent, jussit *Sultan Mas'ud* convocari concilium, in quo recenseretur quid commiserat † *AlRashed* hominum facultates vi auferendo, aliisque quæ officio Antistitis dedecori essent; deinde de jure interrogatum scripserunt, Quid dicunt Docti de eo qui ita comparatus sit, num Antistitis officio idoneus est an non? Sententiam ergò tulerunt, Illum qui ita comparatus esset indignum esse qui Antistes esset. Tum consuluit *Soltan* è primoribus *Bagdadi* multos, quisnam idoneus esset, qui Chalifatui præficeretur. Cumq; Vizier *Mohammedem AlMostadheri* filium, ejusq; religionem prudentiam, lenitatem, & continentiam laudâsset, adductus ille in * *Mothammena* collocatus est, ingressisq; *Soltano* & Viziero mutuis se juramentis obstrinxerunt, Viziero conditiones inter eos pactas confirmante. Deinde egressus *Soltan*, Principes, Judices, & Legis-peritos convocavit, qui ipsum inaugurarunt duodecimo mensis *Du'lHajja*, anno quingentesimo tricesimo, cognominatúsque est *AlMoktaphi beamrilla*. Anno tricesimo primo *AlRashed*, qui imperio exutus est, ab *Atabego Zengio Mauselâ* discedens *Hamdanum* profectus est, ubi erat Rex *David*; inde *Asphahanum*: at sub finem mensis *Ramadani Chorasanenses* quidam, è famulorum ipsius numero, ipsum adorti interfecerunt, dum somnum meridianum captaret, post morbum à quo convaluerat; sepultúsque est extra *Asphahanum*, *Shahrestani*. Annos natus erat quadraginta.

p. 386.
* domo octogona. al. ad dextrâ.
AlRashed occisus.

Anno tricesimo secundo *Atabeg Zengius Hamam* perveniens, ad *Shehabo'ddinum Damasci* Dominum misit, matrem ipsius sibi in uxorem dari petens, cui nomen erat † *Zamorrod Chatun*, filiam *Jawelii*; illam nempe quæ collegium extra *Damascum* juxta fluvium *Baradam* extruxit. Quâ ductâ *Hemesam* ipsiusque arcem accepit. Illud autē quod ipsum ad eam ducendam impulit, erat, quod *Damasci* res ex arbitrio ejus geri videret, putarétque se, ope initi cum eâ matrimonii, regione potiturum: at cum eâ ductâ spe frustratus esset, nec quicquam

p. 387.

quam ejusmodi obtinuisset, ab ipsa discessit. Eodem occupavit *Hasamo'ddin Tamartash Ilgazi* filius, *Maredini* Dominus, arcem *Al-Hetach*; quam cuidam *Merwanidarum* eripuit, qui ultimus fuit eorum cui principatus aliquis superfuit. Anno tricesimo tertio occupavit *Atabeg Zengius Oksenkari* filius *Baalbecum*. Quarto occupavit *Zengius Shahrazurum* ejusque ditiones. Anno quingentesimo tricesimo septimo obiit *Mohammed* filius *Danishmandi Malatiæ* & Finium Dominus, atqui ipsius ditionibus potitus est Rex *Mas'ud Kolij Arslani* filius, *Iconii* Dominus, *Seljukida*. Anno tricesimo nono *Atabeg Omado'ddin Zengius* urbem *Roham Francis* abstulit. Castellum *Biræ* etiam, quod *Francis* fuit postquam *Roham* occupaverant, castrumque est munitissimum, obsessum arctè habuit: at propè ab eo expugnando aberat, cum, accepto de cæde *Nasiro'ddini*; sui in urbe *Mausela* deputati, nuntio, discessit. *Franci* autē qui *Biræ* erant, veriti ne reverteretur, ad *Nojmo'ddinum Maredini* Dominum mittentes ipsam ei tradiderunt, occuparuntque ipsam *Moslemii*. Anno quingentesimo quadragesimò, † *Rabiæ* posterioris quinto, interfectus est *Atabeg Omado'ddin Zengius Oksenkari* filius *Mauselæ* & *Syriæ* Dominus, dum castellum *Jaabar* obsideret; à servis quibusdām, qui ipso noctu per fraudē occiso in castellum illud fugerunt. Qui in eo erant ergò ad exercitum clamantes, illis cædem ipsius indicarunt, gaudium præ se ferentes. Socii autem ipsius ingressi ipsum invenerunt extremum vitæ spiritum trahentem, quem statim efflavit. Annum ætatis sexagesimum excesserat, canis aspersus fuit; summâ gravitate se erga exercitum & subditos gessit: gubernandi peritissimus fuit. Urbis *Mauselæ* antequam ille eam occuparet maxima pars vastata fuit, adeò ut quis ad vicum Tympanistarum stans, templum vetus, & forum, & Basilicam conspicere posset; nulla enim erant inter ea ædificia, neque poterat quispiam in templo veteri ambulare sine [comite] qui ipsum defenderet, cum jam ubique ædificiis cinctum sit. *Mausela* etiam, inter omnes quas creavit Deus regiones, maxima fructuum penuria laboraverat: at ejus & quæ successerunt temporibus, fructibus & herbis odoriferis maximè abundavit. Interfecto *Atabego Zengio* filius ipsius *Nuro'ddin Mahmud*, qui tunc ipsi aderat, detracto è digito ipsius annulo *Halebum* profectus ipsam occupavit. *Saifo'ddin Gazi* autē frater ipsius, cum in urbe *Shahrazuro* esset, quæ portio ipsi assignata

Dyn. IX.

Roha [*Edessa*] *Francis* ablata.

p. 388.

Zengi [nostris *Sanguinus*] occisus.

Dyn. IX. assignata fuerat, ad ipsum mittens *Zino'ddin Ali Cujuk*, patris ejus
p. 389. *Omado'ddini Zengii* in urbe *Mausela* vicarius, *Mauselā* invitavit: † quò venienti confirmatum est regnum in istas regiones, *Nuro'ddin* autem *Halebi* mansit, ipsámque tenuit. Anno quingentesimo quadragesimo quarto *Saifo'ddin Gazi, Atabegi Zengii* filius, *Mausela* Dominus, in ea obiit. Cum ingravesceret illi morbus, *Bagdadum* mittens *Auhado'zzamanum Abu'lBaracat* accersivit; qui cum advenisset, perspecta morbi gravitate, medicamenta adhibuit, quibus nihil profecit: obiit ergò ultimo *Jomadæ* posterioris, cum triennio imperâsset. *Mausela* & *Mesopotamiæ* post ipsum præfuit frater ipsius *Kotbo'addin Maudud*. Frater autem ipsius natu major *Nuro'ddin Mahmud*, qui in *Syria* erat, *Halebumq́;* & *Hamam* tenebat, *Senjaram* profectus eam occupavit, haud contendente cum eo fratre *Kotbo'ddino*. Deinde pace inter ipsos facta *Nuro'ddinus Senjaram Kotbo'ddino* reddidit, ipseque acceptis urbibus *Hemesa* & *Rahaba* in *Syria* se continuit, fratre ipsius regiones *Mesopotamiæ* possidente. Eodem anno *Nuro'ddin Mahmud Ebn Zengi Francorum* regiones invasit ex parte *Antiochiæ*. Cumque ad
Antiochiæ Princeps occisus. Principem convenissent *Franci*, occurrit ipsis *Nuro'ddin*, atque acriter pugnatum est: dein fugientibus *Francis* occisus est Princeps, successitque ipsi in regno filius ipsius *Baimondus* [*Boamundus*,] qui cum infans esset, nupsit mater ipsius Principi alii, ea conditione ut re-
AlDhafer Chalifa *Ægypti*. gionis curam gereret, donec ad ætatem perveniret filius ipsius. Eodem anno mortuus est *AlHaphedh ledinil'la Abdo'lMajid*, cui in Chalifatu *Ægypti* successit filius ipsius *AlDhapher-beamrilla Abu-*
p. 390. *Mansur* † *Ismael*. Anno quadragesimo sexto *Nuro'ddin* collectis copiis suis *Joselini Franci* ditiones invasit, quæ ad partem Borealem *Halebo* erant. Fuit *Joselinus Eques Francorum* invictissimus, in quo conjuncta erat cum fortitudine prudentia. Illo *Nuro'ddino* obviam eunte, concursum ac pugnatum est, *Moslemiisq́;* in fugam da-
Joselinus Nuro'ddinum superat. tis, multi eorum cæsi, multi capti sunt; è quorum numero erat *Nuro'ddini* Armiger, quem captum unà cum armis *Nuro'ddini*, misit *Joselinus* ad Regem *Mas'udum Ebn Kelj Arslan*, *Iconii* & *Aksera* Dominum, inquiens, Hic generi tui armiger est, post eum ad te venturum est majus aliquid. Quod cum factum scivisset *Nuro'ddin*, graviter tulit, & in *Joselinum* dolum molitus est, quietem refugiens, quò se ulcisceretur. Accersitis ergò è *Turcomannorum* principibus,

pibus quibusdam, magna illis præmia obtulit, si *Joselinum* captum sibi traderent: se enim illi bello imparem scivit. *Turcomanni* ergo oculos in eum intentos habuerunt; cúmque aliquando venatum exiisset, quidam ipsorum ipsum prehensum ad *Nuro'ddinum* vinctum abduxere. Abiens ergo *Nuro'ddin* castella quæ penes *Joselinum* fuerant, *Ain Tabum, Azazum, Kuresum, AlRawandanum, Borjo'l resasum*, [i.e. turrim plumbeam,] *Dolucum, Marashum, Nahro'l Jaurum*, aliásque ipsius ditiones occupavit. Anno quadragesimo septimo obiit *Soltan Mas'ud Ebn Mohammed, Ebn Malecshah, Hamdani.* † Successorem designaverat *Malecshahum*, fratris sui *Soltani Mahmudi* filium: cujus ut *Soltani* in suggestis mentionem fieri curavit *Emir Chasbeg*, résque ejus nomine administravit, atque constituit. Deinde manus in ipsum conjiciens, ad fratrem ipsius Regem *Mohammedem*, qui in *Chuzistano* erat, mittens eum accersivit; animo statuens in ipsum etiam, cùm adesset, manus injicere, ac sibi *Soltanatum* vendicare. Accedentem ergo *Mohammedem* in solio collocavit, ipsiúsq; ut *Soltani* mentionem fecit; at *Mohammed* perspectâ *Chasbegi* nequitiâ, biduo post adventum suum, illum ad se ingressum interfecit, atque unà *Zengium* Armigerum, capitáque eorum projecit, quæ donec à canibus ederentur manserunt: confirmatúsque est in Imperio *Mohammed*. Eodem obiit *Hosamo'ddin Tamartash, Maredini* & *Miyapharekini* Dominus, cùm ultra triginta annos imperasset; succedente ipsi filio suo *Nojmo'ddino Alebbio*. Anno quingentesimo quadragesimo octavo potiti sunt *Franci* in *Syriâ* urbe *Askalana*, quæ è ditionibus erat *Aliadarum Ægyptiorum*. Anno quadragesimo nono, mense *Moharramo*, interfectus est *AlDhafer Ebno'l Haphedh Aliada Ægypti* Dominus, in cujus locum suffectus est filius ipsius *AlPhayez benasrilla*, biduo post patris sui cædem, annos quinque natus, quem Vizier *Abbas* humero suo gestatum in solio regio collocavit. Eodem anno mense *Sapharo Nuro'ddin Mahmud Ebn Zengi Ebn Oksenkar*, urbem *Damascum*, Domino ejus *Majiro'ddino* * *Ateko* Ebn *Mohammed*, Ebn * *Buri*, † Ebn *Togtacin Atabec*, ereptam, occupavit. Anno quingentesimo quinquagesimo secundo, mense *Rajebo*, multi fuerunt in *Syriâ* terræmotus vehementes, quibus multæ regiones devastatæ sunt; è quibus *Hemesa, Hama, Shizur, Caphar Tab, Moarra, Apamia, Hosno'l Acrad* [castellum Cordorum,]

Dyn. IX. Joselinus captus.

Soltan Mas'ud obit. p. 391.

Soltan Mohammed.

Tamartash moritur.

Franci Askelanâ potiuntur.

AlPhayez Chalifa Ægypti.

* al. Abeko. * al. Buzi. p. 392.

Terræmotus in Syria.

Dyn.IX. *rum,*] *Arka*, *Laodicea*, *Tripolis*, *Antiochia*. Ad numerum interfectorum [indicandum] sufficit, quod ludimagister quidam in urbe *Hama* narravit, se è schola negotii quod ipsi obvenerat causâ discessisse, terræmotu interim qui urbem subverteret accidente; cúmq; schola casu suo pueros omnes obruisset, neminem venisse qui de puero aliquo suo inquireret. Eodem, mense *Rabia* priore, mortuus est *Soltan Sanjar Ebn Malecshah, Ebn Olub Arslan*, morbo colico, quem insecuta est diarrhœa. Anno quinquagesimo quarto, die octavo *Rabia* posterioris, exundavit admodum *Tigris*, & [fluvio] *Kaurajo* super *Bagdadum* erumpente impleti sunt campi, & urbis fossæ, ceciditque pars mœniorum, submersâ etiam parte *AlKatía*, & *Babo'l Azaji*, & *AlMamunia*; deinde aquâ sub terrâ in locis quibusdam serpente, collapsa sunt [loca ista.] Cúmque cœpissent homines ad partem occidentalem transire, multis aureis redimendus erat ponto, nec obtineri poterat: deinde subsidente aquâ magnæ secutæ sunt ruinæ, nec dignosci poterant vici; cùm nihil aliud essent quàm tumuli, & limites ædium suarum conjecturâ metiebantur homines. Eodem anno mense *Du'lHajja* obiit *Soltan Mohammed Ebn Mahmud Ebn Mohammed* Ebn *Malecshah*; regnavitque patruus ipsius † *Soliman Shah* filius *Mohammedis*. Anno quingentesimo quinquagesimo quinto, die *Rabiæ* prioris secundo obiit Chalifa *AlMoktafi leamrilla*, cum eo munere functus esset viginti quatuor annos, natus sexaginta sex. Primus hic erat qui solus in *Erako* fuit sine *Soltano*, & arbitrio suo exercitum & subditos suos rexit, ex quo primum *Mamluci* [servi] in Chalifas imperium exercuerunt, & à tempore *AlMostanseri*, ad hunc usque diem.

Moritur Soltan Sanjar.

Exundatio Tigris.

p. 393.

Soltan Soliman Shah

AlMoktafi *Chalifa moritur.*

Sectio.

Circa medium seculi sexti è Medicis ubique terrarum celebribus tres simul floruerunt viri egregii, è tribus sectis, quorum singuli & nomine & re erant *Hebatolla*, [i. e. donum Dei,] viz: è *Christianis*, *Judæis*, & *Moslemis*; nempe *Hebatolla Ebn Saed Ebno'l Talmid*, & *Hebatolla* Ebn *Malca*, *Abu'lBaracat*, *Auhado'lzaman*, [i.e. unicus seculi] & *Hebatolla* Ebno'l*Hosain Asphahanensis*. Fuit *Ebno'l Talmid* Medicus *Christianus Bagdadensis*, seculi istius decus, & eorum qui tunc

Hebatollæ *Medici tres.*

Hebatolla Ebno'lTalmid *Christianus.*

tunc vixerunt doctissimus: Chalifis *Abbasidis* operam collocavit, ad magnam in eorum famulitio dignitatem evectus, summóque apud eos in honore, curando & medicando prospero usus successu, artis istius Canonum peritus; diu vixit, fuitque dum vixit eminens & illustris. Senex fuit formæ decoræ, aspectus pulchri, societatis & convictus suavis, spiritus subtilis, personæ elegantis, cogitationis profundæ, alta animo versans, acris ingenii; conjecturâ felix, consilio prudens: usus est in carminibus componendis verbis sublimibus, pulchris, †sanis, & desiderabilibus, quæ naturæ ipsius præstantiam indicant. Ex ipsius carminibus sunt ista: Dyn. IX. p. 394.

Fuit jucundus status juventutis ebrietas,
At expergefactus sum, & viam bonam ingredi cœpi:
Sedensq; mortem expectavi, instar viatoris,
Qui locum quo eundum sit novit, & substitit citra hospitium.

Solebat *Abu'lHasan Ebno'l Talmid* semel singulis septimanis ad *AlMostakium* accedere, qui eum præ senio considere juberet. Obiit mense *Safaro*, anno quingentesimo sexagesimo, cùm annum ferè centesimum attigisset, intellectu illi in statu pristino manente. Filio illum paulò antequam moreretur roganti, Quidnam appetis? Hoc, inquit, ut appetam. *Hebatolla* autem *Ebn Malca Abu'lBaracat* maximâ vitæ suæ parte *Judæus*, ultimò *Mohammedanus*, Medicus fuit egregius, scientiarum veterum peritus, optimè res explicans, conceptibus subtilibus: libro à se composito titulum *AlMotabar* indidit, in quo Mathematicis omissis ad Dialecticam, Physicam, & Metaphysicam spectantia tradidit, atq; hoc in genere res perspicuè tradit, vereque proponit. A *Soltano Seljukida* quodam aliquando ægrotante *Bagdado accersitus*, ipsum adiit, blandéque tractavit, donec invalesceret; dein multis ab eo muneribus cumulatus, viz. nummis, equis, vestibus, rebus egregiis, in *Erakum* rediit, pompâ quantâ fieri potuit maximâ, & opulentiâ: audito verò *Ebn Aphlahum* ipsum mordaci hoc carmine perstrinxisse; Hebatolla Abu'lBaracat Judæus. Liber ejus AlMo'tabar.

Est nobis Medicus Judæus, cujus stultitia;
Quoties loquitur, in ipso apparet ex ore ipsius:
†Superbè se effert, at canis ipsum gradu superat, p. 395.
Quasi nondum ex deserto exivisset.

Hoc, inquam, audito, sensit se, quamvis tantum opum consecutus

 fuerat,

Dyn.IX. fuerat, nequaquam honoratum iri nisi *Islamismo* nomen daret. Hoc igitur dum firmo animi proposito statueret, certò sciens filias quas habuit jam adultas neutiquam cum ipso religionem *Islamiticam* amplexuras, ideoque cùm moreretur haud hæredituras [quæ relinqueret,] à Chalifa suppliciter petiit, ut ipsis benignè largiretur ex opibus quas relicturus esset [aliquid,] etiamsi in religione suâ persisterent: quod cùm ille faciendum diplomate confirmasset, ipséque de eo certior esset, *Islamismum* apertè professus est, séque docendo & medicando applicuit; nec prosperè agere desiit, donec ei clypei tergum obverteret tempus, [i. e. se ei adversam præberet] & * fastigio suo decideret, postquam ætate provectus esset, prehenderentque ipsum morbi, quibus sanandis impar erat ipsius in re Medica peritia, prævalerentque ipsi dolores, quibus sustinendis nec corpus nec cor ipsius sufficerent. Utpote qui cæcus erat, & surdus, leprâq; & elephantiâ laboravit. Servet nos Deus à statuum mutatione, & ne in nimias redigamur angustias, nec in malum res nobis redeant. Cùm mortem instare sentiret, ei qui rerum ipsius curam gereret in mandatis dedit, ut sepulchro ipsius ad hunc modum inscriberet, Tumulus *Auhado'lzaman Abu'lBaracat* variis casibus insignis, authoris libri *AlMo'tabar*. De superbia *Abu'lBaracat Auhado'lzaman*, & humilitate *Amino'ddaula Ebno'lTalmid*; hæc ait *AlBadis Hebatolla*, Astrolabius;

Islamismū amplectitur.

*al. cuspide.

Abu'lHasan *Medicus, ejusq; amulus*
Abu'lBaracat *in terminis sunt contrariis:*
Hic cum humilitate inter Pleiades est,
Ille cum superbia sua in infimo [terra.]

Hebatolla Ebno'l Hosain. p. 396. Quod verò ad *Hebatollam Ebno'lHosain Ebn Ali*, Sapientem, Medicum † *Asphahanensem*, è seculi ornamentis, virisq; ejus temporis præcellentibus fuit. De eo dictum est, cùm ille artem Medicam exerceret, non emptum iri *Hippocratem* siliqua, nec repertum iri *Socratem* via recta incedere, & re verâ *Ebn Batlanum* frustra esse. Mortuus est post annum quingentesimum tricesimum apoplexiâ quæ ipsi contigit, eóq; morbo correptus, in cella quadâ domi suæ sepultus: cujus cùm post menses aliquot aperta esset porta, ut aliò transferretur, repertus est in gradibus sedens mortuus. Suavia sunt illi carmina, è quibus ista quibus balneum in amici cujusdam ædibus descripsit:

In-

Ingressus sum Paradisum ejus, & invisi Gehennam ejus, Dyn. IX.
*Laudavi*q; Redvvanum, [*Angelum qui Paradiso inservit,*] *& clementiam* Maleci, [*Angeli qui Gehennæ præest.*]
Hilaritas in vultu servi sequela est
Præmissarum splendoris faciei Domini.

Temporibus *Moktafianis* venit *Abu'lHelm AlMogrebi, Andolosenus,* Medicus *Mursiensis*, in *Erakum*, ubi prorsus ignotus erat: dum aliquando autem *Bagdadi* plateas circumiret, vidit ad portam domus (quæ dominum suum primariæ dignitatis virum esse indicabat) sedentem quendam, cui adstans juvenis quiddam ex *Euclidis* libro coram eo legebat. Accessit ergo *Abu'lHelm* auscultandi gratiâ, atque effutiente Magistro quæ non intelligeret, eum lapsus sui arguit, & errorem ostendit. Juvenis ergo, animadverso verum esse quod objecerat *Abu'lHelm*, eóque ut donec ipse reverteretur maneret rogato, domum ingressus, deinde prodiens *Abu'lHelmum* misso præceptore accersivit: ille palatium ingressus, juvenis patrem reperit, unum è regni proceribus; qui ipsius adventum gratulatus, deinde rogavit ut cum † filio suo maneret, cui ille annuit. Inclaruitque fama *Abu'lHelmi*, concurrentibus ad eum studiosis, magnoque in pretio habitus est. Jocis & collusioni multùm deditus fuit, admodúmque facetiis & hilaritate delectatus. Postea, displicente illi *Erako*, inde discessit, in *AlMogreb* [partes occidentales] abire animo statuens. Cúmque extra *Damascum* diversaretur, servum suum misit, ut inde quæ eo die comederent, emeret, parũ [nummorũ] illi tradens, quantum sc. duobus sufficeret. Puer autem reversus secum carnes assas, fructus, bellaria, potum [ex uvis passis confectum,] & nivem retulit. *Abu'lHelm* ergo, conspectis quæ attulerat puer, copiam miratus, Nunquid, inquit, aliquem è nobis notis invenisti? Minimè, inquit puer, verùm hæc omnia eo quod mecum fuit [nummorum] emi, atque hoc adhuc ex eo superest. Dixit *Abu'lHelm,* Ab hac regione non licet cuipiam qui intellectu præditus est transire. Eò igitur ingressus, conquisitâ domo ibi sedem fixit, & officinâ Aromatarii apertâ, in ea aromata vendidit, ac artem medicam unà exercuit: atque ita se habuit usque ad vitæ finem.

Abu'lHelm Hispanus.

p. 397.

AlMostanjed Ebno'lMoktafi. Ingravescente morbo *AlMoktafii*, cùm successor ab ipso designatus esset filius ipsius *Joseph*, AlMostanjed Chalifa.

Dyn IX. Concubina quædam ejus filii ipsius *Abu Alis* mater, Chalifatum ad filium suum transferre cupiens, puellis quampluribus adductis cultros dedit, eásque *Josephum* successorem designatum, cùm ad patrem accederet, interficere jussit. Fuit autem *Josepho* Eunuchus quidam parvus, quem continuè mittere solebat de Patris statu sciscitatum. Ille, visis puellis, quæ cultros manibus tenerent, ad *Josephum* rever-
p. 398. sus ipsi illud narravit: qui accersito †Palatii præfecto, ipsum, unà cum Cubiculariorum cœtu secum assumens, domum ingressus est, loricâ indutus, manúque gladium tenens. Ingressum autem adortæ sunt puellæ, quarum cùm unam ac alteram percussas vulnerâsset, atque exclamâsset, introeuntibus Palatii præfecto & cubiculariis fugerunt puellæ. Fratrem ergo suum *Abu Alim* ipsiúsque matrem captos in carcerem conjecit; captisque puellis alias occidit, alias submersit. Mortuo autem *Al Moktafio*, confidenti eum in finem filio ipsius *Josepho*, fides præstita est, & cognomen *Al Mostanjed billa* impositum, proq; eo in concionibus oratum, mense *Rabia* priore, anno quingentesimo quinquagesimo quinto. Anno quinquagesimo sexto obiit *AlPhayez Isa Ebno'l Dhapher Ismael Ægypti* Dominus, cujus Chalifatus sex annorum fuit. Rebus *Ægyptiacis* post ipsum præfuit *Abdalla Ebn Joseph Ebno'l Haphedh*, cognominatus *Al Aded ledinilla*; qui ultimus erat Chalifarum *Aliadarum* in provinciis *Ægyptiacis*. Anno quingentesimo quinquagesimo nono, *Shawer*, *Al Adedi* Domini *Ægypti* Vizierus, à *Dargamo*, qui cum illo de Vizieri munere contenderat, in *Syriam* fugiens ad *Nuro'ddinum* se recepit, auxilium ab eo petens; rogánsque ut cum ipso copias in *Ægyptum* mitteret, quarum ope munus suum recuperaret, futurámque illi tertiam redituum regionis partem. *Nuro'ddin* ergo copias conflari jussit, quibus *Asado'ddinum Shiracuh* præfecit: qui rebus paratis, unà abierunt, *Shawero* illos comitante. Cùm
p. 399. autem pervenissent *Asado'ddin* & exercitus ad urbem † *Balbais*, adversùs ipsos cum *Ægyptiorum* copiis prodiens *Dargami* frater, ipsisque occurrens in fugam versus est. *Dargamus* etiam *Kaira* egressus unà cum fratre cæsus est. *Shawerus* autē veste in honoris signum donatus, & *Vizieri* muneri redditus est. *Asado'ddino* extra *Kairam* manente: quocum perfidè agens *Shawerus* ab eo quod *Nuro'ddino* pollicitus fuerat, recessit, & ad *Francos* mittens, ab ipsis opem petiit; qui

Al Aded Chalifarum Ægypti Aliadarum ultimus.

qui ipsius votis de ope ferendâ cupidè annuentes, instructis copiis profecti sunt. *Francis* autem in *Ægyptum* accedentibus, recedens *Asado'ddin* ad urbem *Balbais* se recepit, quam sibi refugium in quo se muniret, constituit. In illa igitur ipsum tribus mensibus obsederunt exercitus *Ægyptiaci* & *Francorum*, illo quotidie manè & vesperi pugnam ipsis inferente; minimèque de eo quod vellent assecuti sunt. Deinde mittentibus ad ipsum *Francis* de pace faciendâ, utque in *Syriam* reverteretur, annuens ille in *Syriam* profectus est. Anno quingentesimo sexagesimo tertio *Zino'ddin Ali Ebn Sebegtegin*, deputatus *Kotbo'ddini Maududi Ebn Zengi Mauselæ* Domini, officio, quod Domino suo eâ in urbe præstabat, relicto *Arbelā* abiit. Fuerat autem Principatus Dominus, provinciarúmque pars maxima penes ipsum erat: at cum *Mausela* domum suam *Arbelam* abire statuisset, quascúnque teneret provincias *Kotbo'ddino Maududo* tradidit, *Arbelâ* tantùm sibi relictâ. Vir erat fortis, prudens, vitæ laudatissimæ, integer corde, erga exercitum aliosque liberalitatem exercens. Carmine ipsum laudavit *AlHis-Bis*, quod cùm recitare vellet, Ego, inquit, nescio † quid dicat; verùm scio illum aliquid velle; jussitque illi quingentos aureos, equúmque & indumentum splendidum, aliásque vestes donari, quorum summa mille aureos valebat. Nec *Arbela* discessit donec hoc anno moreretur. Anno quingentesimo sexagesimo quarto occupavit *Nuro'ddin* castellum *Jaabar*, & *Asado'ddin Ægypto* potitus, *Shawerum* Vizierum interfecit; cúmq; jam fixus illi pes erat, nec superesse putaret, qui cum illo [de imperio] contenderet, invasit eum mors; obiitq; die Sabbati, vicesimo secundo *Jomada* posterioris, cùm duobus mensibus imperâsset. Quod ad ejus originem. Erant ipse & frater ipsius *Nojmo'ddin Jyub* [*Job*] filii *Shadi*, è regione *Dawin*, origine *Cordi Rawedienses*: in *Erakum* autem profecti operam collocârunt *Mojahedo'ddino Bahruzo Bagdadi* Prætori, qui perspecto *Nojmo'ddinum Jobum* (qui *Shiracuho* natu major erat) intellectu & consilio pollere, eum custodem arcis *Tacriti* fecit, quò comitante fratre *Shiracuho* abiit. Deinde cùm *Shiracuh Tacriti* Scribam quendam *Christianum*, ortâ inter ipsos lite, interfecisset, eosque castello expulerat *Bahruz*, ad *Zengium* profecti sunt; qui ubi *BaalBecum* occupaverat, custodiendum *Jobo* commisit. Cùm autem occiso *Zengio* exercitus *Damascenus*

Dyn. IX.

p. 400.

Asado'ddin Shiracuh [Sarracon] *moritur.*

Baal-

Dyn. IX. *BaalBecum* caperet, factus est ipse Principum *Damasci* præcipuus; at frater ipsius *Shiracuhus Nuro'ddino* se applicuit, qui ei *Hemesam*, & *Rahabam* assignavit, sibique Stratiarcham constituit: cúmque in

p. 401. *Ægyptum* exercitum mittere vellet, † non reperit ibi præter ipsum qui huic magni momenti rei, ac provinciæ arduæ idoneus esset; ille ergo missus, eam occupavit. Mortuo autem *Asado'ddino Shiracuho*, multi è *Nuro'ddini* principibus Vizieri apud *AlAdedum Aliadam Ægypti* Dominum munus ambierunt: *Al Aded* autem ad *Salaho'ddinū Ebn Ayub Ebn Shadi* mittens ipsum accersivit, vesteq; [in honoris signum] indutum Vizieri muneri præfecit post patruum suum, eique *AlMalec AlNaser* cognomen indidit; fuit autem ipsi nomen *Joseph*. Illud, quod eum ad hoc impulit, fuit, quòd ipsi dixerant socii ipsius, Non est in toto [eorum] cœtu viribus minor aut junior *Josepho*; qui si præfectus fuerit non attollet, ut cæteri, supra nos caput. Confirmatus est ergo *Salaho'ddin* in imperio, ita tamen ut *Nuro'ddini* deputatus esset: qui ad eum scribens *AlAmir Al-Esphahselar* [i. e. Stratiarcham] vocaret, signumque suum ad superiorem Epistolæ partem ascriberet, nomen suum scribere non dignatus; neque ad eum seorsim literas daret, verum sic scriberet, *AlEmir AlEsphahselar Salaho'ddin* & reliqui principes in provinciis *Ægyptiacis* sic, vel sic, facient. *Salaho'ddinus* verò hominum corda ad se attraxit, profusis in eos opibus. Illisque in eum propendentibus ipsumque amore prosequentibus infirmata est *Al Adedi* authoritas. Deinde misit *Salaho'ddinus* à *Nuro'ddino* petens, ut ad se fratres suos & familiam mitteret: quos ad eum misit, eâ conditione ut ipsi obedirent. Anno quingentesimo sexagesimo quinto mense *Shawalo* mortuus est *Kotbo'ddin Maudud Ebn Zengi Ebn Oksenkar*

Salaho'ddin [Saladin] Ægypto *præfectus*.

p. 402. † *Mauselæ* dominus: qui ingravescente morbo suo regnum post se delegavit filio suo natu maximo *Omado'ddino*, deinde ab eo illud transtulit ad filium suum *AlMoezzum Saifo'ddinum Gazi*. Hoc autem ideo fecit, quod qui regni rebus præfuit, viz. Eunuchus quidam ipsius, nomine *Phacro'ddin Abdo'lMasih*, *Omado'ddinum* aversatus est, quod patruo suo *Nuro'ddino* obsequens esset; *Nuro'ddinus* autem *Abdo'lMasihum* odio haberet. De eo ergo inter *Abdo'lMasihum* & *Chatun* [Dominam] filiam *Hosamo'ddini Tamartash Ebn Ilgazi*, *Saifo'ddini* matrem, convenit, ut regnum ab *Omado'ddino* ad *Saifo'ddinum*

inum transferrent, *Omado'ddin* autem patruum suum *Nuro'ddinum* Dyn. IX.
diit, auxilium ab eo petitum quo ipsi opem ferret ad regnum sibi
fferendum. Anno quingentesimo sexagesimo sexto, *Rabia* poste-
ioris nono, obiit Antistes *AlMostanjed billa Abu'lModhaffer Jo-* Moritur *Al-*
eph Ebno'lMoktaphi, cum Chalifatu functus esset annos undecim, *Mostanjed.*
quinquaginta sex natus. E Chalifarum qui se optimè erga subdi-
os gesserunt numero fuit, justus. Cum aliquando manus in dela-
orem quendam injecisset, eumque diu in carcere continuisset, atq;
pro eo intercederet quidam è servis ipsius præcipuis, oblatis decies
mille aureis, Ego, inquit, decies mille aureos numerabo si alium
quempiam istiusmodi mihi adduxeris, quo in carcerem conjecto pe-
iculo homines liberem; neque dimittere eum voluit. Mortis ejus
ausa hæc fuit. Cum ad † Vizierum per Medicum suum *Ebn Saphia* p. 403.
cripsisset, jubens ipsum Palatii Præfectum & *Kotbo'ddinum Kaye-*
mazum prehensos patibulo affigere; jamque ingravesceret morbus
psius, Medicus illos conveniens scriptum ipsis ostendit: Illi ergò,
Reversus, inquiunt, dic illi, Literas ad Vizierum detuli, qui quod
jussum est fecit. Deinde prædicti isti cum sociis suis ad *AlMostanjedum*
ngressi, ipsum opem implorantem in balneum asportarunt, cúmque
njecissent, ostium in eum occluserunt, donec moreretur exclamantem.

AlMostadi AlMostanjedi filius. Publicata morte *AlMostanjedi*, *AlMostadi*
lio ipsius, *Abu Mohammedi AlHasano*, adducto fidem pacti sunt Chalifa.
omestici ipsius privatim, eodem die quo mortuus est pater ipsius,
ono *Rabia* posterioris, anno quingentesimo sexagesimo sexto.
Crastino autem die in ejus obsequium publicè ab hominibus jura-
um est in *AlTajo*, [i. Corona, quod nomen porticus est in Chalifa-
um palatio,] cognominatusque est *AlMostadi beamrilla*. Justitiam
uplo quam pater majorem præ se tulit, magnamque pecuniæ vim
stribuit. Porrò *Nuro'ddin Mahmud Ebn Zengi* audito mortuum
se fratrem suum *Kotbo'ddinum Maududum Mausela* Dominum,
gnumque tenere filium ipsius *Saifo'ddinum Gazium*, ipsum autem
Phacro'ddino Abdo'lMasiho regi, ægrè hoc ferens sine peditatu
m minori exercitus parte profectus est, & *Euphrate* juxta castel-
m *Jaabar* trajecto, *Rakkam*, *Chaburum* & *Nisibin* occupavit, &
anjaram obsedit: deinde eâ potitus, *Omado'ddino* fratris filio
adidit: inde ad urbem *Balad* perveniens, juxta eam fluvium † ca- p. 404.

Dyn. IX. ptato vado trajecit ad partem orientalem,& ad castellum *Ninives* castra posuit. Admiratione autem dignum est, quod eodem die quo ipse eò veniret, corrueret é mœnibus *Mausela* pars magna quædam. Misit ergò *Phacro'ddin Abdo'lMasih* ad *Nuro'ddinum* de urbe ei dedenda, ea lege ut ipsam penes *Saifo'ddinum* esse sineret; sibique & bonis & domesticis suis securitatem concedi petens: quæ ei concessit, pactúsque est ut *Phacro'ddino* secum in *Syriam* assumpto, vectigalia quibus ipse contentus esset, assignaret. Urbe igitur ipsi deditâ arcem ingressus est, templumque *Nurense* extrui jussit; ac *Mauselam Saifo'ddino* tradidit, *Omado'ddino* autem *Senjaram*: deinde in *Syriam* rediit assumpto secum *Phacro'ddino*, postquam *Mausela* viginti quatuor dies substitisset. Anno quingentesimo sexagesimo septimo, cum pedem fixerat in Ægypto *Salaho'ddin*, infirmatáq; esset Chalifæ *Al Adedi* in ea authoritas,in palatio ejus[omnia] administrante *Salaho'ddino*, atque ejus deputato *Karakusho* Eunucho è primariis *Asadi* principibus,à cujus nutu omnes pendebant, statuit nominis *Al Adedi* mentionem ex orationibus tollere: cumque ab *Ægyptiis* timeret, in *Ægyptum* pervenit cæcus quidam *Al-Emiro'l Alem* appellatus, qui ipsum cunctantem perspiciens, neque esse qui pro *Abbasidis* orare auderet, Ego, inquit, incipiam pro *Al Mostadio* orare; primoque die *Veneris* mensis *Moharrami*, conscenso ante concionatorem suggesto, pro *Al Mostadio* oravit † nemine id improbante. Desieruntque concionatores ubique omnes per totum *Ægyptum Al Adedi* in suggestis mentionem facere, & pro *Al Mostadio* orarunt, ne duabus, quod aiunt, capris ea de re cornua committentibus. Obiitque *Al Aded* die decimo *Moharrami*; nec ei indicaverunt, desitum esse pro ipso orari. Eodem anno *Chatai* fluvio *Jihune* trajecto *Chowarezmiam* petierunt; cujus Dominus *Chowarezm Shah Arslan Ebn Aksar* cum exercitibus suis *Amawaihum* profectus est, ut illis bellum inferret, eósque impediret: at ibi morbo correptus substitit, copiis cum *Emiro* magnæ apud eos authoritatis missis; qui cum illis occurrisset, in fugam versi sunt *Chowarezmii*, capto ipsorum duce, quem secum *Chatai* in regionem transfluvialem abduxêre. *Chowarezm Shah* autem *Chowarezmiam* rediit ægrotus, ibique vitam finivit, succedente ipsi filio ipsius *Soltan-Shaho Mahmudo*. At filius ipsius natu maximus *Alao'ddin Tacash*, qui tunc temporis

Abbasidæ ii Chalifatus in Ægypto denuo obtinet.

p. 405.

Chatai Chorasmiã invadunt.

Chowarezm Shah moritur.

Filii ipsius Sultan Shah & Ala'ddin.

temporis *Fondi* commorabatur, *Chataorum* Regem adiens opem ab eo contra fratrem suum, petiit: qui cum ipso exercitum numerosum misit, duce *Phuma*, quibus donec propè à *Chowarezmia* abessent profectis, *Soltan Shah* unà cum matre inde discedens *Chorasanum* petiit, occupavitque *Tacash Chowarezmiam*. Anno quingentesimo sexagesimo nono obiit *Nuro'ddin Mahmud Ebn Zengi Ebn Okſenkar*, *Syriæ*, regionum *Mesopotamiæ*, & *Ægypti* Dominus, die *Mercurii* decimo quarto *Shawali*, quo non alter erat inter Reges vitæ ratione magis laudabili, aut quæ pluribus justitiæ experimentis abundaret. Neq; edebat, neque induebat, nec in usus proprios impendebat quicquam, nisi [quod ipsi proveniret] è possessione quadam, quam parte sua de spoliis ab hoste captis emerat. Cum aliquando † apud eum conquesta esset uxor de inopia, tres illi officinas in urbe *Hemesa* dedit, è quibus quotannis ipsi circiter viginti aureorum reditus fuerat: quod cum illa parum putaret, Non est, inquit, mihi præter hoc. Quod ad omnia enim quæ penes me sunt, sum ego *Moslemiorum* ærarius; nec in iis illos defraudabo, nec tui gratia gehennæ ignem ingrediar. Mortuo, in regno successit filius ipsius *AlMalec AlSaleh Ismaël*, annos undecim natus: cui obsequium præstiterunt homines in *Syria*, & *Salaho'ddin* in *Ægypto*, ubi & pro eo in suggestis oratum, & nomine ejus cusa moneta. Anno quingentesimo septuagesimo, cum jam *Mesopotamiæ* regiones possideret *Saifo'ddin Gazi*, metuerentque qui *Halebi* & *Damasci* erant Principes, ne ad ipsos transiret; *AlMalec alSalehum* & cum eo exercitus *Halebum* miserunt ut *Saifo'ddinum*, ne *Syriam* invaderet, impediret. At *Damascum*, *Soltano* & exercitibus jam vacuum, adiens *Salaho'ddin* ipsum occupavit; ac deinde urbem *Hemesam* & *Hamam* & *Baalbecum*, *Halebumq;* profectus ipsam obsedit. *AlMalec alSaleh* igitur, annorum duodecim puer, equo conscenso & *Halebi* incolis convocatis, his ipsos allocutus est, Patris mei erga vos beneficentiam & amorem nostis, & quomodo se erga vos gesserit; Ego Orphanus vester sum. Jam verò injustus iste patris mei erga ipsum beneficia negans, regiones meas mihi eripit, nec Deum timens nec homines: multáque in hunc sensum locutus flevit, flente etiam populo, ac in hoc consentiente † ut ipsum armis defenderent. Egressi ergo *Salaho'ddinum* ad montem *Jaushan* pugna exceperunt; qui cum ad

Dyn. IX.

Nuro'ddini obitus.

p. 406.

Succedit filius *AlMalec AlSaleh.*

Salaho'ddin Syriam invadit.

p. 407.

Dyn. IX. ad urbem accedere non posset, ab ipsa recessit. Eodem anno urbem *Tabrizam* occupavit *AlPahlawan*. Anno septuagesimo primo *Salaho'ddin* castellum *Azaz* occupavit, & *Halebum* adiit, in quo erat *AlMalec AlSaleh*. Populo autem unanimi consensu urbi defendendæ incumbente, intercesserunt inter eos de pacis conditionibus nuntii, quibus ex utraq; parte assensum est: & *Salaho'ddinus* reddito *AlMalec AlSaleho* castello *Azaz*, *Halebo* recessit. Emiserat enim ille ad *Salaho'ddinum* sororem quam habuit, parvulam puellam, quam honorificè tractans ille, Quid, inquit, vis? Illa, Volo, inquit, castellum *Azaz*, ab illis hoc prius edocta. Eo ergò ipsis tradito, recessit. Anno septuagesimo tertio interfectus est Adado'ddin, Chalifæ *AlMostadii* Vizierus; & in illud munus suffectus est *Dhahiro'ddin*, qui *EbnolAttar* audit; vir egregius, bonæ conversationis, munificus, quique magnam authoritatem consecutus est. Anno quingentesimo septuagesimo quinto, die secundo mensis *Du'lkaada*, è vivis excessit

AlMostadi obit. Antistes *AlMostadi beamrilla*, Chalifatu annos circiter novem functus, natus triginta novem; vir justus, bonæ erga subditos conversationis, parcus in delictis puniendis, clementiæ amans: vixit laudabilis, mortuus est felix.

Sectio.

Hoc tempore è Medicis in Oriente celebribus fuit † *Samuel Ebn*

p. 408. *Juda Mogrebinus Andolosenus*, Medicus *Judæus*, qui unà cum patre in

Samuel Ebn Juda Hispanus, Medicus Judæus. Orientem venerat. Pater aliquid in Philosophia didicerat; filius verò ipsius *Samuel* varias Philosophiæ species legit, & scientiis Mathematicis operam navavit, earumque fundamenta, & quicquid in eis utile & rarum est probè calluit: suntque ipsi his de rebus libri; libros etiam in arte Medica composuit. In *Adarbijanum* migrans operam collocavit *Pahlawanidis* & imperii ipsorum principibus. In urbe *Maraga* commoratus ibi filios genuit, qui ejus vestigiis in medicando institerunt: deinde *Islamismum* amplexus librum

Islamismu amplexus Judæos mutatæ legis arguit. composuit ad retegenda *Judaeorum* vitia, & locos unde constaret ipsos legem immutâsse. Obiit *Maraga* propè annum quingentesimum septuagesimum. His etiam temporibus floruit *AlRahabi Damasci* accola, è *Rahaba* incolis, unde originem traxit; optimè me-

AlRahabi Medicus. dicans, in ægrotis tractandis dexter, mente alacris. Mercaturæ ope-

ram

ram dedit, qua magnas consecutus est opes; filiosque habuit qui vitæ instituto laudabili institerunt, ac feliciter eo in genere se exercuerunt. * Divitiis affluebat; Equo, vestitu, ædibus nitidis utebatur; & in rebus suis canones, qui præsenti sanitatis statui conservando conducerent, observabat. Interrogatus, quid inde commodi redundaret? Hoc, inquit, ut quis vitæ naturalis terminum consequatur: cumque regereretur, Eo tu ætatis pervenisti, ut non intercedat inter te & vitæ naturalis terminum nisi parum quid, quid ergò tantâ curâ opus est? respondit, Ut † parum illud super terram transigam, & auram traham, aquamque sorbeam, nec terram mali regiminis vitio subeam: nec aliter se habuit donec ipsum assequeretur mors, ineunte anno sexcentesimo trigesimo secundo. Tres reliquit filios, quorum duo Medici præstantes fuere, quorum in sequentibus fiet mentio. Inquit *AlRahabi* iste, Accersitus sum à *Nurod'dino Mahmudo*, cum morbo quo mortuus est laboraret, unà cum aliis medicis: ad quem cum accederemus, fuit ille in ædicula quadam in arce *Damascena*, angina ei prævalente adeò ut à morte propè abesset, & vix audiri poterat vox ejus. In eam se subduxerat devotionis ergo; cumq; in ea ægrotare cœperat, aliò se transferre noluit. Ingressi autem cum videremus quomodo se haberet, dixi ego, Non oportuisset tamdiu rem differre antequā nos accerseres, donec ingravesceret tibi morbus, Jam verò expedit ut maturè te ex isto loco transferas in locum aliquem spatiosum lucidum, qui in hunc morbum influentiam aliquam habet. Cum autem curationem adhibere incipientes, consilium daremus, ut Phlebotomia uteretur, ille, Sexagenario, inquit, non est detrahendus sanguis; neque illud admittere voluit: aliis ergò medicandi rationibus usi sumus, at non profuit ei medicina.

Dyn. IX.

* al. Delicius.

p. 409.

à *Nurod'dino* ægrotante accitus.

AlNaser AlMostadii filius. Mortuo *AlMostadio* cœpit *Dhahiro'ddin Ebno'lAttar* homines ad fidem filio ipsius *AlNasero ledinilla Abu'lAbbaso Ahmedi* paciscendam adigere. Cumque jurandi finis factus esset, imperii Judex factus est *Majdo'ddin Abu'lFadl Ebno'l Saheb*. Die autem septimo mensis † *Du'lkaada*, anno quingentesimo septuagesimo quinto, prehensus *Ebno'lAttar* in custodia habitus est domi suæ; atque inde in *AlTajum* translatus in vincula conjectus est, ac conquisita quicquid alicubi deposuerat, omnesque ejus facultates: deinde super capite bajuli elatus est mortuus, ac quibusdam è populo

AlNaser Chalifa.

p. 410.

Dyn. IX. populo manum illi intendentibus concitatum in ipsum vulgus è capite bajuli dejecit, retectisque pudendis, fune membro ipsius virili annexo, circa urbem traxerunt, ac chocleari manui ejus imposito dixerunt, Consigna nobis diploma Domine noster; cum aliis ejusmodi factis probrosis: deinde manibus ipsorum ereptus sepulturæ mandatus est. Hoc ab ipsis illi factum, non obstante quod erga ipsos optimè se gessisset, & tam à facultatibus quam fama ipsorum manus abstinuisset. Anno septuagesimo sexto, die tertio mensis *Saphari*, obiit *Saifo'ddin Gazi Ebn Maudud Ebn Zengi Mauselæ* Dominus, *Mauselæ* autem præfecit fratrem suum *Ezzo'ddinũ*; *Jazirat*[i. insulam] *Ebn Omar* ejusque arces dedit filio suo *Moezzo'ddino Sanjar Shaho*; castellum *Shush*, & regionem *AlHamidiam* filio suo natu minori *Nasero'ddino Cubeco*: regni autem *Ezzo'ddini* administrator fuit *Mojahedo'ddin Kayemaz*; compositæque sunt res, nec ulla inter eos dissensio fuit. Eodem anno obiit *Shamso'ddaula Turan Shah Ebn Iyub*, *Salaho'ddini* frater natu maximus, *Alexandriæ*. Anno septuagesimo septimo, mense *Rajebo*, *AlMalec AlSaleh Ismael*: filius *Nuro'ddini Mahmudi*, *Halebi* Dominus, in ipsa obiit, annos circiter novendecim natus; qui cum nullam vitæ spem reliquam haberet, convocatis Principibus illis in mandatis dedit †ut urbem Patrueli suo *Ezzo'ddino Mas'udo Ebn Maududo Ebn Zengio* traderent: quam acceptam tradidit ille fratri suo *Omado'ddino*, pro ea acceptâ urbe *Sanjaro*. Anno septuagesimo octavo *Salaho'ddinus* fratrem suum *Saifo'lIslam Togtecinum* in regionem *Yaman* misit; quam occupavit, & in potestatem redegit. Eodem anno *Salaho'ddinus*, *Euphrate* in regiones *Mesopotamicas* trajecto, *Roham*, *Harranum*, *Rakkam*, *Karkesiam*, *Macesinum*, *Arbanum*, & *Nisibin* occupavit. Inde *Mauselam* petiit, in quam, qui ibi erant, *Ezzo'ddin* ejus Dominus, ipsiusque deputatus *Mojahedo'ddin*, copias multas, tam equites quam pedites, collegerant, armorumque & instrumentorum contra obsidionem ea ostenderunt, quæ oculos præstringerent. Cum ergò propè ad urbem accessisset *Salaho'ddinus*, vidit quod ipsum terreret, ipsiúsque & sociorum suorum pectora [stupore] impleret. Nihilominus juxta eam consedit, belloque aggressus est. Die autem quodam prodiens è vulgo quidam, convitiis eum proscidit; extractoque de pede calceo, in quo multi infixi erant clavi, & in

Vulgi ingratitudo.

Ezzo'ddin Mauselæ Dominus.

p. 411.

Salaho'ddin Yamano [*Arabia Felici*] per fratrem potitur.

Mauselam infeliciter oppugnat.

in Principem quendam, nomine *Jawali AlAsadi*, qui *Asadidarum* Dux & Princeps fuit, jacto pectus ipsi percussit, adeo ut vehementer illi doleret. Ille igitur prehenso calceo è pugna ad *Salaho'ddinum* reversus, *Mauselenses*, inquit, nos ludibriis exceperunt, qualia nunquam antea vidimus; projectoque calceo juravit se non amplius urbem oppugnaturum, indignè ferens se calceo percussum. Videns ergò *Salaho'ddin* quod statuerat de *Mausela* se non assecuturū,† nec quicquā præter molestiā & laborē reportaturū, ab ea *Senjarā* abiit, eamque occupavit. Anno septuagesimo nono occupavit *Salaho'ddin* urbem *Amedam*, eamq; *Nuro'ddino Mohammedi Kara-Arslani* filio, *AlHesni* Domino, tradidit. *Salaho'ddin* enim cum *Harzami* castra posuisset, & *Maredino* potiri cupiens nullam inveniret rationem qua voti compos fieret, inde *Amedam* abiit per viam *AlBareia*. Eodem, *Salaho'ddinus Halebū* profectus, castris in monte *Jaushane* positis præ se tulit, ac si ibi habitacula sibi sociisque & exercitibus suis extrueret. Eò ergò propendit *Omado'ddin Zengi*, ut *Halebo* dedita alium [aliquem locum] pro ea acciperet; ac confirmata est inter eos pax, ea conditione ut *Halebo Salaho'ddino* tradita, pro ea *Senjaram*, *Nisibin*, *Chaburum*, *Rakkam* & *Sarujum* acciperet, ac in hæc utrinque juratum est: atque ita vili admodum pretio [urbem] vendidit, data arce munita instar *Halebi*, acceptisque ejus loco villis & agris; probrosumque putarunt omnes ubique homines quod fecerat. Anno quingentesimo octogesimo mortuus est *Kotbo'ddin Ebn IlGazi*, *EbnNojmo'ddin Alebbi Ebn Tamurtash*, *Ebn IlGazi EbnOrtok*, *Maredini* Dominus, cui successit filius ipsius *Hosamo'ddin Tuluk Arslan*, adhuc infans. Fuit autem *Shah Armen Chelati* Dominus avunculus *Kotbo'ddini*; qui post mortem ipsius in regno summum exercens potestatem *Nodhamo'ddinum AlTokush* cum filio ipsius [ad res administrandas] constituit. Ille igitur ejus educandi regnique ipsius administrandi curam suscepit. Cumque vir esset religiosus & probus, optimè † puerum educavit, matremque ejus in uxorem duxit: cui tamen cum adolevisset, regni potestatem non commisit, ob eam, quæ ei inerat, stultitiam & levitatem; neque aliter se habuit res donec moreretur puer. Fuit autem ei frater natu minor cui cognomen *Kotbo'ddin*, quem deinde in regno collocavit *Al Nodhamus*, ita tamen ut nihil ex eo præter nomen ipsi esset: authoritas vero omnis

penes

Margin notes: Dyn.IX. — p.412. — Moritur Kotbo'ddin Maredini Dominus. — p.413.

Dyn. IX. penes *AlNodhamum*, ipsiusque vernam quendam nomine *Luluum*: itaque se habuit res usque ad annum sexagesimum primum, quo, ægrotânte *AlTokusho* *AlNodhamo* ipsum visendi gratia adiit *Kotbo'ddin*; cumque ab eo egredientem comitaretur *Luluus*, ipsum cultro quem habuit percussum interfecit, ac denuo ad *AlNodhamum* ingressus, ipsum etiam interfecit. Deinde solus egressus cum puero quodam suo, bina capita ad exercitus projecit, quibus prompte illi obsequium præstantibus *Maredini* & *AlBareiæ* arcibus, *Saurog* potitus, strenue se gessit. Anno quingentesimo octogesimo primo, *Salaho'ddino Mauselam* denuo obsidente, *Atabeg Ezzo'ddin* ejus Dominus matrem suam unà cum filia patrui sui *Nuro'ddini Mahmudi* aliisque fœminis, & primariorum imperii virorum cœtu ad ipsum misit pacem rogatum: putaverantque omnes ipsum illis, si vel ipsam *Syriam* petiissent, annuere voluisse; præsertim quòd cum ipsis esset Domini & benefactoris ipsius *Nuro'ddini* filia. Ille verò, cum ad ipsum accessissent, considere jussis, apologiis minimè gratis usus spe frustratas remisit. Vulgus ergò † præ ira atque indignatione quod fœminas repulisset, libenter se obtulerunt, ipsúmque *Salaho'ddinum* pœnituit quod ipsarum postulata rejecisset. Quin & ad ipsum pervenerunt literæ ab *AlKadi AlPhadel* aliisque, qui factum ipsius improbarent, eique vitio verterent. Porrò *Mausela* vulgus trajecto *Tigri* partem exercitus orientalem infestare, deinde redire solebant. Statuerat ergò ille *Tigrim* à *Mausela* abscindere ad partem *Nineves*, ut ita *Mausela* incolis siti oppressis urbe sine pugna potiretur. At cum percepisset fluvium penitus rescindi non posse, multique temporis ac magni laboris opus futurum, ab ea deflectens *Miyapharekinum* abiit, audito *Shah Armenû Chelati* Dominum mortuum esse nullo relicto filio, regionibusque istis potitum esse vernam ipsius quendam nomine *Bactamerum*. Misit ergò ante se patruelem suum *Nasero'ddinum Mahmudum*, *Shiracuhi* filium, & *Modhaffero'ddinum Ebn Zino'ddin*, aliosque, qui *Chelatum* profecti *Tatwanæ* castra posuerunt: ipse verò *Salaho'ddin Miyapharekinum* adiit. *AlPahlawan Ebn Ildegur* etiam, *Adarbijani* Dominus, profectus propè *Chalatum* consedit. Frequentes autem *Chalato* inter ipsos & *Pahlawanum* & *Salaho'ddinum* intercesserunt nuntii: deinde rebus inter eos & *Pahlawanum* compositis, ipsius sociorum numero habiti sunt,

Salaho'ddin Mauselam secundò frustra obsidet.

p. 414.

Chelato imminet.

sunt, & pro eo in concionibus orarunt. Anno quingentesimo *octo- Dyn. IX.
gesimo secundo obiit *AlPahlawan Mohammed Ebn Ildegur* regionum *Jabal*, [i.e. montanarum] *Raja*, *Asphahani*, *Adarbijani*, & *Arrani* Dominus, succedente ipsi fratre *Kozul Arslano*, † cui nomen p. 415.
Othman. Anno octogesimo tertio *Salaho'ddinus* urbem *Tiberiada* Tiberias
ejusque arcem occupavit: indè profectus ad *Accam* consedit. Cum- capta.
que jam in urbem irruere statuerat, prodeuntes incolarum primarii Acca dedita.
securitatem petierunt; quibus annuens & pro se & facultatibus suis securitatem ipsis concessit, atque optionem fecit, vel subsistendi, vel inde migrandi. Illi ut migrarent eligentes, separatim ex ea excesserunt, quicquid poterant secum avehentes, reliquis eo quo erant statu relictis. *Salaho'ddinus* autem urbem filio suo *AlAphdalo* tradidit, prædamque cœperunt *Moslemii* ex iis quæ reliqua erant, nec poterant *Franci* secum auferre. Eodem anno occupavit etiam *Salaho'ddinus Cæsaream*, *Chaipham*, *Sephoriam*, *Shakifum*, *Kulam*, *Joppam*, * *Talninum*, *Sidonem*, *Berytum*, *Jobailum*, *Askelonem*: cumque * al. *Tabninum*.
ab horum locorum expugnatione cessâsset, *Hierosolymam* profectus est; ad quam cum consedisset, viderunt *Moslemii* in mœnibus eam virorum copiam quæ ipsos terreret. *Salaho'ddinus* autem quinque Hierosolyma obsessa.
dies insumsit circum urbem eundo, ut perspiceret à quâ parte ipsam oppugnaret, cùm admodum munita atque defensa esset; neque alium ei oppugnando locum invenit, quàm ad partem septentrionalem, juxta portam *Amudam* & Ecclesiam *Sionis*: ad eam ergò partem se recipiens, *Rajebi* vicesimo, ibi consedit, eâdemque nocte machinas fixit, *Francis* etiam machinas in urbis muris statuentibus; acriterque utrinque pugnatum est, cum uterque cœtus illud † in p. 416.
religionis & debiti cultus parte poneret; nec opus iis fuit Rege qui ipsos incitaret, imò cohibiti cohiberi noluerunt, & increpati increpanti non auscultarunt. Videntes autem *Franci*, quàm acriter pugnarent *Moslemii*, quàm firmiter dispositæ essent ipsorum machinæ ad efficaciter jaculandum, quantumque profecissent cunicularii in cuniculis agendis, *Balianum*, * *Nirrani* filium *Ramlæ* Domini, * al. *Birzwani*.
ad *Salaho'ddinum* securitatem petitum miserunt: abnuit autem *Soltan* dicens, Non aliter vobiscum agam, quam egistis vos cum *Moslemiis*, cum urbem occuparetis anno quadringentesimo octogesimo primo, trucidando, & captivos faciendo. Cui *Balianus*, Scias, in-

 quit,

Dyn. IX. inquit, *Soltane*, nobis in hâc urbe magnam esse hominum multitudinem, ac jam à pugnando abstinere spe securitatis obtinendæ: at ubi viderimus necessariò moriendum, liberos ac uxores nostras interficiemus, facultates igni trademus; nec nummum vel aureum vel argenteum, qui vobis in prædam cedat, relinquemus, nec vel virum vel fœminam, quem captum in vinculis ducatis. Atque hæc cum fecerimus, saxum [vobis sacrum] & templum *Al Aksa* [extremum] demoliemur; & captivos quotquot nobis sunt è *Moslemiis*, qui quinquies mille sunt, interficiemus, nec jumentum vel animal superstes sinemus; deinde ad vos egrediemur: nec tunc è nobis occidetur quis, donec plures sibi pares occiderit; itáque vel cum gloria moriemur, vel cum honore vincemus. *Salaho'ddinus* ergò, suis in consilium adhibitis, iisque unanimiter respondentibus concedendam esse illis securitatem, neve egressi rem aggrederentur quæ quomodo tandem

p. 417. cessura esset nescirent, † tandem annuit se *Francis* securitatem concessurum; ea lege, ut vir quilibet, decem aureos penderet, nullâ sive dives sive pauper esset, distinctione, fœmina quinque, puer sive puella binos: hanc summam quicunque intra quadraginta dies numeraret, liberum fore; secus captivum. Cumque *Balianus* pro pauperibus triginta mille aureos obtulisset, in hoc ei annuit: Dedi-

Hierosolyma Salaho'ddino dedita. tâque est urbs die *Veneris*, vicesimo septimo mensis *Rajebi*. *Salaho'ddinus* autem, peractis rebus *Hierosolymitanis* ad urbem *Tyrum* contendit, ad quam profectus *Marchio* ei præfuit, optiméque gubernavit. Divisitque *Salahod'dinus* exercitui pugnam, cuilibet agmini tempore præstituto quo pugnarent, ut ita urbis incolæ continuis di-

Tyrus obsessa. stinerentur præliis; cum loca in quibus pugnandum erat angusta essent, adeo ut iis custodiendis pauci ex incolis sufficerent, urbique fossæ essent à mari ad mare deductæ, adeò ut [quod aiunt] vix supervolare posset ales. Urbs enim instar manus in mari erat, cujus brachium cum ad continentem protenderetur, ac utrinque mari allueretur, pugna in brachio ineunda erat, adeoque cum eam expugnare non posset *Salaho'ddinus*, indè recessit. Fuerant autem *Moslemiis* quinque na-

p. 418. ves ante *Tyri* portum collocatæ, ut neminem egredi † vel ingredi

Classis Moslemiorum ad Tyrum victa. sinerent, quas summò mane adortæ *Francorum* naves in arctum redegerunt, atque in eas irruentes quos libuit interfecerunt, reliquis cum navibus suis captos in *Tyri* portum abduxerunt, *Moslemiis* è

terra

erra hæc spectantibus. *Moslemiorum* autem multi è navibus se projecerunt, aliis natando evadentibus, aliis submersis. Anno octogesimo quarto cepit *Salaho'ddinus Jabalam, Laodiceam, Sahyunem, Shogro-Bacasum, Dorbesacum, Bagrasum, Caracum,* & *Saphedum.* Inducias etiam pactus est cum Principe *Boamundo, Antiochiæ* & *Tripolis* Domino. Anno octogesimo septimo venerunt per mare suppetiæ ad *Francos*, qui ad *Accam* considentes ipsam obsederunt. Primus omnium venit *Philippus Franciæ* Rex, è regibus eorum genere nobilissimis, licet ditionibus haud adeo multis imperans: cujus [adventu] additi sunt illis animi, illis [inquam] qui ad *Accam* consederunt, adeo ut *Moslemios* qui in ea erant pugna instanter urgerent. *Salaho'ddinus* autē, qui *Saphar Ammi* erat, quotidiè adequitans *Francos* adoriebatur, quo eos pugna detineret ne urbem invaderent. Erat in ea *Amir Saipho'ddinus* Haccariensis, *Al Mashtub* appellatus, qui cum videret *Salaho'ddinum* nihil illis prodesse posse, nec ab illis damnum propellere, egressus *Francis* spopondit se † urbem dediturum, ea lege, ut qui in ea erant egrederentur, unà cum facultatibus suis, seque ob illud ducentos mille aureos numeraturum, & quingentos præcipuæ notæ captivos, crucemque Crucifixi redditurum, & *Marchioni Tyri* Domino quatuordecim mille aureos: qua in re illi annuerunt, constituto duorum mensium spatio quo adducerentur nummi & captivi. Cumque ea de re juràssent, urbem dedidit: quam illi pacificè ingressi, *Moslemis* qui in ea erant, eorúmque facultatibus custoditis, illos in carcerem conjecerunt, detinendos donec afferretur quod ipsis promissum fuerat; ad *Salaho'ddinum* mittentes ut nummos, captivos, & crucem mitteret; quò apud ipsos detentos dimitterent. Nummos ergò conquirere cœperunt: cum ipsi [*Salaho'ddino*] nummi non essent. Quicquid enim ad ipsum è provinciarum reditibus pervenit, aliud post aliud erogabat. Cum autem jam ad ipsum nummorū centies mille aurei pervenissent, suaserunt Principes ne illos mitteret donec eos iterum juramento ad socios ipsius dimittendos adigeret. Responderunt Reges *Francorū*, Nos non jurabimus; verum si ad nos centum mille aureos, qui præsto sunt, & crucem miseris, dimissuri sumus è sociis vestris quos nobis visum fuerit, & quos visum fuerit retinebimus, donec quod reliquum est nummorum mittatur, tum reliquos dimissuri: hoc autem renuente *Soltano*, die *Martis* mensis

Dyn. IX.

Philippus Franc. rex.

p. 419.

Acca dedita.

Dyn. IX. p.420. mensis *Rajebi* vicesimo septimo, prodeuntibus *Francis*, atque extra urbem egressis, tam equitibus quàm peditibus, prodierunt etiā † ad ipsos *Moslemii*, atque in eos impetum fecerunt; quo cum loco cedere coacti essent, ecce plerique qui apud ipsos fuerant *Moslemiorum* cæsi reperti sunt, nempe quos gladio percussos trucidaverant, relictis solum principibus & divitibus, reliquis è vulgo & eorum asseclis, quibusque non erant opes, interfectis. Quo conspecto *Salaho'ddinus* ad *Askelonis* partes profectus eam devastavit. Anno octogesimo octavo *Franci* versus *Askelonem* profecti urbem instaurare cœperunt. Eodem factæ sunt induciæ inter *Salaho'ddinum* & *Angitarum* [i. *Anglum*] *Francorum* Regem, ad spatium trium annorum & octo mensium, quod initium sumeret à die primo *Ilul*. Eodem anno, medio mensis *Shaabani*, obiit *Soltan Kelij Arslan*, *Ebn Mas'ud*, *Ebn Kelij Arslan*, *Ebn Soliman*, *Ebn Kotlumish*, *Ebn Saljuk*, in urbe *Konia* [*Iconio*:] optimi erat regiminis, magnæ gravitatis, multæ justitiæ, multásque in *Græcorum* ditiones incursiones fecerat. Cum senuisset provincias suas filiis distribuit, qui eum parvi penderunt, nec ipsius rationem habuerunt; arcteque eum habuit filius ipsius *Kotbo'ddinus*, deinde prehensum secum duxit ad *Cæsaream* quò eam fratri suo auferret; quam cum aliquandiu obsedisset, fuga ab ipso elapsus pater *Cæsaream* ingressus est. Nec desiit *Kelij Arslan* à filio ad filium se transferre, singulis eum fastidio habentibus, donec ad filium *Giyatho'ddinum Caichosrawum* iret, qui unà cum eo cum exercitibus suis *Iconium* profectus illud occupavit: atque in eo mortuus est *Kelij Arslan*;

Induciæ inter Salaho'ddinum & Regem Angliæ:

Kelij Arslani obitus & laus.

p.421: quod ibi manens † filius ipsius *Giyatho'ddinus* tenuit, donec à fratre suo *Rocno'ddino* ipsi auferretur. Anno quingentesimo octogesimo nono obiit *Salaho'ddin Yuseph* [*Joseph*] *Ebn Ayub* [*Job*] *Ebn Shadi*, *Damasci*, annos quinquaginta septem natus. Fuit autem vir mansuetus, beneficus, suavis moribus, humilis, patiens in iis quæ ipsi ingrata essent tolerandis, multus in assecларum suorum culpas dissimulando. Fertur ipso, die quodam cum [magna] ipsi adesset hominum multitudo, considente, ac servus quidam alium calceo petiisset, isque ab eo aberrans ad *Salaho'ddinum* pertigisset, propeque ab eo cecidisset, ipsum ad alteram partem conversum, cum quodam qui ei assideret collocutum fuisse, ne illud animadverteret. Quin & aliquando cum aquam peteret, eaque non allata iterum eam quinquies uno

Salaho'ddini obitus & laus:

consessu

confessu peteret, nec tamen afferretur; O socii, inquit, confecit me fitis. Quod ad lrberalitatem ipsius, multa donabat, nec morabatur quid erogaret. Ad demonstrandum ejus liberalitatem sufficit, quod cum moreretur, non reliquerit in ærario suo præter aureum unicum *Suriensem*, & quadraginta argenteos *Naserinos*. Mortuo *Salaho'ddino* filius ipsius natu maximus *Al Aphdal Nuro'ddin Damascum*, regiones maritimas, *Hierosolyma*, *Baal Becum*, *Sarchodum*, *Bosram*, *Baniasum*, *Huninum*, & *Tabninum*, *Al Darumum* usque occupavit. Filius ipsius *Almalec Al Aziz Ægyptum*, eique imperavit. Filius ipsius *Almalec Al Dhaher Gazi*, qui †*Halebi* fuit, eam ejusque ditiones tenuit; viz: *Harem*, *Tel-Basher*, *Azaz*, *Dorbesac*, & *Manbaj*. *Hama* fuit *Mohammed Ebn Takio'ddin Omar Ebn Shahenshah Ebn Jyub* [*Jobi*] qui *Al Malec Al Dhahero* [Regi Illustri] paruit. *Hemesa Shiracuh Ebn Mohammed Ebn Shiracuh*, qui *Almalec Alaphdalo*. *Al Malec Al Adel* [Rex justus,] *Salaho'ddini* frater, in castello *Al Carac* fuit, quem *Damascum* profectum cùm *Al Aphdal* exercitu instruxisset in *Mesopotamiæ* provincias, quæ ei subditæ erant, profecti sunt, ut illas tuerentur ab *Ezzo'ddino Mauselæ* Domino. Eodem, primo *Jomadæ* prioris, interfectus est *Saifo'ddin Bactamar Chelati* Dominus, inter cujus cædem & *Salaho'ddini* mortē intercesserunt duo menses: siquidem nimiam præ se tulerat lætitiam ob *Salaho'ddini* mortem, & magnopere gavisus fuerat; at non distulit ipsum Deus. Post illum *Chalato* potitus est *Dhahiro'ddin Hazar-dinariensis*, qui etiam è *Shah Armeni* servis fuit. Eodem, finiente *Shaabano*, è vivis excessit *Atabeg Ezzo'ddin Mas'ud Ebn Maudud Ebn Zengi Ebn Oksenkar*, *Mauselæ* Dominus, succedente ipsi filio *Nuro'ddino Arslan Shaho*. Fuit autem *Ezzo'ddin* iste vir optimus, benignus, mansuetus, rarò puniens, verecundus, multæque modestiæ; adeò ut unà confidentem non alloqueretur, nisi oculis humi defixis, neque cum aliquid ab eo peteretur aliud dicere solebat quam, Amoris & benevolentiæ ergo. Anno quingentesimo nonagesimo primo *Alfonsus Francorum* Rex, cujus sedes regia erat *Tolaitela* [*Toletum*,] ad *Jacobum Ebn Juseph Ebn* † *Abdo'l Mumen* literas scripsit, in quibus hæc dixit, Non te latet, *Moslemiorum* Imperator, quanta sit in *Andalusiæ* Principibus incuria & populi neglectus, eosque totos voluptatibus indulgere; me verò malè illos multare, domos vacuas efficere, pueros

Dyn. IX.

p. 422.

Obitus Ezzo'ddini & laus.

Alfonsus Rex Toletanus.

p. 423.

Dyn. IX. captivos abducere, ætate provectioribus pœnas ignominiosas infligere, juvenes trucidare: nec est quod te excuset, quòd opem illis ferre differas. Tu profiteris Deum statuisse, ut vestrûm unus cum decem è nobis pugnet; at jam vos hoc gravamine levavit, & unus è nobis multos vestrûm profligat: quin & mihi narratum est te copias collegisse, anno tamen post annum moras trahis, pedem unum promovens, & alterum retrahens, nec scio an te detinuerit metus, an quòd falsum putes illud quod ad te demissum est [in Alcorano.] Ego verò quod maximè expedit tibi dicam; ut tu qui tecum sunt omnes in triremibus & navibus transvehas, ipseque ad te cum copiis meis transiens in pugnam tecum prodeam, in loco qui potissimum tibi placeat: quod si tibi cesserit victoria, erit præda opima quæ ad te accesserit, & munus tibi oblatum; sin mihi, ero te superior, ac jure mihi cedet utriusque sectæ imperium, & in utrumque populum principatus. Has literas quàm primum perlegerat *Jacob*, collectis copiis fretum in *Hispaniam* trajecit: cumque acriter pugnatum esset, primum cladem acceperunt *Moslemii*; qua deinde in *Francos* conversâ, illisque in fugam turpissimam datis, magna reportarunt *Moslemii* spolia. Ne igitur glorietur dives divitiis suis,† nec fortis robore suo, sed qui gloriatur, in Domino glorietur, prout in libro Dei scriptum est. Deinde reversus in regnum suum *Alfonsus*, muloque vectus juravit se non antea equum conscensurum donec illi opem ferrent *Francorum* Reges: Illi igitur magnis collectis copiis, multa cum *Moslemiis* bella commiserunt, adeò ut nunc plerasque *Hispaniæ* urbes occupaverint. Anno nonagesimo secundo *Al Malec Al Aziz*, ex *Ægypto Damascum* profectus, ipsum obsidione cingens, ad fratrem suum *Al Aphdal* misit ut ex arce discederet, urbemq; dederet, eo pacto ut castellum *Sarchod* acciperet, omnibus autem *Damasci* ditionibus cederet. Illo ergò egresso arcem accepit *Al Aziz*, atque eam ingressus ibi dies aliquot permansit: deinde ea patruo suo *Al Malec Al Adelo* tradita in *Ægyptum* reversus est; *Al Aphdal* autem *Sarchodum* abiit. Anno nonagesimo tertio *Al Adel Joppen* à *Francis* cepit, *Franciq;* à *Moslemiis Berytum*. Anno nonagesimo quarto obiit *Ommado'ddin Zengi Ebn Maudud, Ebn Zengi Ebn Okfenkar, Sanjari, Nisibis, Al-Chaburi*, & *AlRakkæ* Dominus, succedente ei in regno filio suo *Kotbo'ddino Mahmudo*. *Nuro'ddinus* autem urbem *Nisibin* occupavit: Eodem

A Mauris lacessitis victus. p. 424.

Al Aziz rex Ægypti Damasci regnū fratri eripit.

Moritur Ommado'ddin, succedit Kotbo'ddin.

Eodem *Chowarezm Shah Bocharam* contendit, quam occupaverant *Chatai*, castrisque ibi positis urbem obsedit. Incolæ autem ipsum repulerunt unáque cum *Chatais* oppugnârunt, quod illos se bene erga ipsos gerere viderent; adeo ut canem luscum prehensum † tunica & pileo induentes dicerent, Hic est *Chowarezm Shah*, (ipse enim luscus fuit) ipsumque per muros circumducerent, deinde è ballista in castra projicerent, dicentes, Hic Rex vester est: neque ita facere destiterunt, donec paucis post diebus *Chowarezm Shah* urbem vi caperet; qui tamen ejus incolis pepercit, ac benefecit. Eodem *Almalec Al-Adel Abu Becr Ebn Ayub Maredini* arcem obsedit, mense *Ramadano*, cujus Dominus erat *Hosamo'ddin Yuluk Arslan*, puer. Quidam autem ex incolis suburbia dolo tradiderunt, quorum incolas turpissime spoliavit exercitus. *AlAdel* vero captis suburbiis arcis obsidendæ opportunitatem nactus, ab ea commeatum prohibuit, & obsessam tenuit donec ab ea discederet anno nonagesimo quinto. Anno nonagesimo quinto, die vicesimo mensis *Moharrami*, obiit *AlMalec Al-Aziz Ægypti* dominus. Principes autem ex *Ægypto* ad fratrem ipsius Al*Aphdalum* mittentes, ipsum ad se invitarunt ut Regem constituerent. Amore enim in illum propendentes homines ipsum cupiebant. Ille ergò *Ægyptum* ingressus ipsam occupavit. Anno nonagesimo sexto profectus *AlAdel*, juxta *Kaïram* positis castris ipsam obsedit; ad quem cum de pacis conditionibus misisset *AlAphdal*, de hoc convenit, ut provinciis *Ægyptiacis* patruo suo traditis ipse pro iis *Miyapharekinum*, *Hanium* & *Jabal Jaurum* acciperet: cumque in hæc utrinque juratum esset, *AlAphdal Ægypto* excedens *Sarchodum* profectus est, misitque qui *Miyapharekinum*, † *Hanium*, & *Jabal-Jaurum* reciperent; at *Nojmo'ddin Ayub*, *AlMalec AlAdeli* filius, *Miyapharekinum* tradere renuit, traditis reliquis: cumque intercedentibus inter ipsos ea de re nuntiis affirmaret *AlAdel* filium suum sibi immorigerum esse, noluit *AlAphdal* amplius mittere, cum sciret hoc jussu Al*Adeli* factum. Eodem, mense *Ramadano*, obiit *Cowarezm-Shah Tocush Ebn* Arslan, eique in regno *Chowarezmiæ* successit filius ipsius *Kotbo'ddin Mohammed*, cognominatusque est A*lao'ddin*, patris sui cognomine. Anno nonagesimo septimo, mense *Ramadano*, occupavit *Rucno'ddin Soliman*, *Kelij-Arslani* filius, urbem *Malatiæ*, quæ penes fratrem suum *Moezzo'ddinum Kaisar-Shahum* fuerat; quam eò profectus,

Dyn. IX.
Chowarezm Shah Bocharam obsidet.
P. 425.
captæ incolis parcit.
AlAphdal in regnum *Ægypti* accitus.
AlAdelo patruo cedit.
p. 426.
Aladdin Chorasmiæ Dominus.

Dyn.IX. profectus post paucorum dierum obsidionem cepit; atq; inde *Arzanrumam* profectus est, quæ penes filium Regis *Mohammedis EbnSalik* erat, (ea familia antiqua fuit quæ urbi *Arzanrumæ* imperaverat) cujus Dominus, cum prope ad eam accessisset *Rucno'ddin*, ipsius fide fretus ad ipsum prodiit, ut pacem cum eo faceret iis conditionibus quas probaret *Rucno'ddinus*; ille verò prehensum in vinculis apud se detinuit, urbemque cepit. Fuitque hic ultimus familiæ suæ, qui ibi imperavit. Eodem anno obsederunt *AlMalec AlDhaher* & frater ipsius *AlMalec AlAphdal*, filii *Salaho'ddini*, urbem Damascum, quæ patruo ipsorum *AlMalec AlAdelo* fuit. Denuo autem fœdus pacis renovarunt, ea lege ut essent *AlDhahero Manbaj*, *Apamia*, *Caphar Tab* & *Moarra*; *AlAphdalo Somaisat*, Castellum *Nojm*, *Saruj*, *RasAin*, & * *Jamlin*. Abiitque *AlDhaher* † *Halebum*, *AlAphdal Somaisatum*, & *AlAdel Damascum* pervenit. Anno quingentesimo nonagesimo nono, mense *Moharramo*, *AlMalec AlAdel* cum filio suo *AlMalec AlAshraph Musa* [*Mose*] exercitum misit *Maredinum*; qui eam obsedit, ejusque ditionibus præfectos constituit: at cum ibi moratus *AlAshraph* voti compos non fieret, intercessit *AlMalec AlDhaher* filius *Salaho'ddini*, *Halebi* Dominus, ad pacem inter eos conciliandam, eaque de re ad patruum suum *AlAdelum* misit, qui ei annuit eâ lege ut *Maredini* Dominus centum & quinquaginta mille aureos, ad ipsum mitteret: singulorum autem aureorum valor esset decem *Kiratæ*, auri *Emirini*, atque ipsius nomine cuderentur nummi, utque exercitus ejus ad ipsi inserviendum paratus esset quandocunque hoc postularet. Eodem anno, qui millesimus quingentesimus decimus quartus *Alexandri* fuit, initium habuit *Mogulensium* imperium; idque hoc modo. Eo tempore *Turcarum Orientalium* tribubus imperavit *Ung Chan*, qui Rex *Johannes* appellatus est, è tribu quæ *Cerrit* vocatur; erantque populus qui religionem Christianam profitebantur. Fuit autem & è tribu alia quâdam Vir quidam felix, nomine *Tamujin*, qui *Ung Chano* constanter operam suam collocaverat usque à pueritia donec ad ætatem virilem pertigisset, fuitque summæ in hostibus debellandis fortitudinis, adeo ut inviderent ei socii, eumque apud *Ung-Chanum* calumniarentur: nec prius eum apud ipsum criminationibus impetere desierunt, quam ipsum mutati erga se animi suspectum habens statu-

* al. *Hamlin.*

† p. 427.

Initiũ Imperii Mogulensium.

ſtatueret in vincula conjicere † manibus in ipſum injectis. Duo Dyn. IX.
autem pueri ex *Ung-Chani* famulis ad ipſum accedentes, quid de- p 428.
cretum fuerat ipſi indicârunt, deſignatâ etiam nocte quâ ipſum adoriri vellet *Ung-Chan.* Statim ergo jubens *Tamujin* familiam ſuam tentoria viris vacua eo quo erant modo fixa relinquere, ipſe cum viris propè ab iis in inſidiis latuit; primo ergo manè *Ung-Chan* cum ſociis ſuis *Tamujini* tentoria aggreſſus, ea viris vacua reperit; *Tamujin* autem ejuſque ſocii, ex inſidiis in ipſos irruentes adorti ſunt, pugnâq; exceptos clade affecerũt, & in fugã dederunt: quin & denuo prælium cum iis commiſerunt, donec ipſum cum ſociorum fortiſſimis occidiſſent, uxoréſque & liberos captivos abduxiſſent. Interea dum hæc gererentur, apparuit inter *Mogulenſes* Princeps quidam inſignis; qui per deſerta & montes mediâ hyeme nudus ac diſcalceatus oberrans, cum diebus aliquot abfuiſſet, deinde reverſus dixit, Allocutus eſt me Deus, dixitq; terram univerſã *Tamujino* ejuſq; poſteris dedi, eumque *JingizChan* nominavi. Appellavit ergo ipſum *Jingiz-Chan Tubt Tangri*: Hujus dictis auſcultabant, nec à ſententia ipſius recedebant. *JingizChan* verò cùm ad ſumma jam perveniſſet, nuntiis ad omnes ubiq; *Turcarum* tribus miſit; quiq; ei obſequiũ præſtiterunt, felicia omnia experti ſunt; at qui ſe immorigeros præbuere, adverſa. Porro juvenes iſtos duos ipſorúmque progeniem hoc ornavit beneficio, ut *Tarchani* eſſent. *Tarchan* autem dicitur, qui ab omnibus † quæ p.429.
à rege imponuntur immunis eſt, cuique quicquid in bello ſpoliorum reportaverit totũ ipſi cedit, nec ulla inde regi pars deſumitur. Quin & hoc amplius iſtis conceſſit, ut ad Reges non impetratâ prius veniâ accederent, nec ob culpam niſi novies commiſſam pœnas luerent. Fuitque *JingizChano* magnus liberorum, quà marium, quà fœminarum, numerus. *AlChatun* [Domina] præcipua fuit uxor ejus* *Owiſunjin* *Begi* appellata. In more autem *Mogulenſibus* eſt, ut filiorum ab uno patre genitorum quod ad nobilitatem diſtinctio fiat reſpectu matrum. Fuerunt autem Dominæ iſti quatuor filii, quos maximis regni ſui rebus præfecit *Jengizchan.* Primus *Tuſhi*, qui iis quæ ad venationem, ferarumque inſectationem ſpectant, quæ omnium maximo apud eos in pretio ſunt, præfectus eſt. Secundus *Jogatai*, qui iis quæ ad judicia & *AlYaſa*, i. e. legem & juriſdictionem. Tertius *Ogatai*, ob ſummam quâ pollebat prudentiam & judicii præſtantiam,

Ung-Chan occiſus à Jingiz-Chano.

Tarchani qui apud Tataros.

* al. *Owiſu-lujin.*

Jingiz-Chani filii, eorúmque munera.

Dyn. IX. regnorum rebus administrandis. Quartus *Tuli*, cui rei militaris, acierumque instruendarum, rebusque exercitibus necessariis prospiciendi cura commissa est. Fuit & *JingizChano* frater, nomine *Utacin*. Unicuique autem filiorum provincias, in quibus sedem figerent, assignavit. *Utacin* intra terminos *Chataiæ* substitit; *Tushi* intra terminos *Kabalig* & *Chowarezmiæ*, usque ad extremos *Saksini* & *Bulgariæ* fines. *Jogataï* intra terminos regionum *Aligur* prope *AlMalig*, usq; ad *Samarkandam* & *Bocharam*. *Ogataï*, qui & testamenti executor designatus intra terminos * *Anmil* & *Kutac*: cui vicina † in istis partibus loca tenuit etiam *Tuli*, quod imperii ipsorum medium est, instar centri respectu circuli. Anno sexcentesimo *Franci Constantinopolin Græcis* ereptam occupârunt; *Franci* siquidem, extra urbem positis castris, *Græcos* obsessos tenuerunt à *Shaabano* usque ad *Jomadam* priorem. Erant autem & in urbe commorantes triginta circiter *Francorum* millia, præ urbis amplitudine nemini observati. Hi cum iis qui extra urbem erant conspirantes, impetu facto urbi ignem injecerunt, quo circiter quarta ejus pars conflagravit: dumque hoc pacto occupati detinerentur *Græci*, *Franci* apertis portis urbem ingressi gladio per triduum sævierunt, trucidatis etiam Episcopis, Monachis, & Sacerdotibus, qui ad eos ex Ecclesia maxima Sanctæ Sophiæ prodierunt Evangelia & cruces tenentes, eorumque gratia supplicantes ut sibi parcerent; illi verò nihil hæc respicientes, interfectis omnibus ipsam quoque Ecclesiam diripuerunt. Tres autem ibi aderant *Francorum* Reges, Dux *Venetorum*, cujus navibus *Constantinopolim* advecti erant; senex cæcus, adeò ut equitanti equus duceretur: secundò Marchio * *Ferratensis* [exercitus] præfectus: tertiò Comes *Flanda* [*Flandriæ*], qui militum numero cæteris superior. Urbe igitur potiti cum sorti de imperio rem committerent, sors super Comitem *Flandriæ* exiit, quem Imperatorem constituerunt; cedentibus *Venetorum* Duci Insulis, nempe *Cretâ*, *Rhodo*, cæterisq;; Marchioni regionibus † sinui ad Orientem sitis, viz. *Nicæa*, *Laodicea*, *Philadelphia*; quæ tamen in ejus potestate non manserunt, eas obtinente Patricio quodam *Græco* nomine *Lascare*. Eodem anno mense *Du'lkaada* obiit *Soltan Rucno'ddinus Rumæorum* Dominus, succedente in regno filio ipsius *Kelij Arslano* minorenni. Erat tunc temporis *Giyatho'ddinus Caichosraw Rucno'ddini* frater

*al. Tamil & Kutak.

p. 430.

Constantinopolis à Francis occupata.

*al. Fransici.

p. 431.

in castello quodam [ditionis] *Constantinopolitanæ*, qui morte fratris Dyn. IX.
sui auditâ *Iconium* profectus, manibus in puerum injectis urbem occupavit; Deóque omnes regiones [istas] in ejus obsequium redigente, dignitatem magnam & potentiam assequutus est. Factum est hoc mense *Rajebo* anno sexcentesimo primo. Eodem, *Gorgii in vel Georgiani.
Aderbijanum excursione factâ spolia multa & captivos abduxerunt: deinde in *Chelatum* & *Arjishum* excurrentes, in regiones istas penetrârunt, donec *Malazcerdum* pertingerent, nemine *Moslemiorum* contra eos prodeunte, qui eos impediret. Intimas ergo regionum partes pervaserunt populantes & captivos facientes. Anno sexcentesimo tertio *Chelati* [urbis] exercitu in principem suum *Mohammedem Ebn Bactimer* manus injiciente, eam occupavit *Balaban Shah-Armeni Ebn**Soliman* verna. Anno sexagesimo quarto *AlMalec* *al.Sacmâ.
AlAuhad [i.e. Rex Unicus] *Nojmo'ddin Jyub, AlMalec AlAdeli* filius, urbem *Chelatum* occupavit; unde cùm *Malazcerdum* ad ejus pacta ratificanda profectus esset, ejus incolæ in milites qui ibi erant irruentes, illisque pulsis rebellârunt; cœtum nomine *Shah Armeni* convocantes, (quamvis ille jam mortuus esset) & innuentes † velle se p.432.
ut ad ipsius asseclas & servos rediret regnum. Reversus autem ad eos *Al Auhad*, multos ex incolarum primoribus morte affecit. Depressique sunt *Chelatenses*, & nobiliorum, penes quos arbitrium erat, authoritate sublatâ, homines ab eorum injuriis liberati. Solebant enim illi uno interfecto alterum regno præficere: neque apud illos ullo jure nitebatur imperium, sed penes ipsos jus erat, atque ab eorum arbitrio pendebat. Anno sexcentesimo sexto *Al Adel Abu Becr Ebn Jyub* regionem *AlChaburam* & urbem *Nisibin* occupavit, necnon *Senjaram* obsedit, à qua deinde recessit. Eodem *Jingiz-Chan* in potestatem suam redegit regiones *KaraChataiæ*. Fuit autem regionum *Igur* (quæ *Turcarum* numerosa gens sunt) Princeps imperio regis *Chataeorum* subditus: cùm ergo celebris evasisset *Jingiz-Chan*, latè se ubique terrarum diffundente ipsius fama, Princeps ille (is idem est qui *Idi Kub*, i.e. Imperii Dominus audiit) ad eum mittens se & subditos suos in fidem recipi petiit, utque asseclarum ipsius numero accenserentur. Cumque *JingizChan*, legatis ejus honore affectis, ipsum ad se accedere jussisset, *Idi Kub* nullâ interpositâ morâ ut illi se in obsequium ipsius paratum sisteret, festinavit: *Jin-*

Dyn. IX. *gizChan* autem obviam prodiens benignè eum excepit, atque in regiones suas honoratum remisit. Anno sexcentesimo septimo sub finem mensis *Rajebi* è vivis excessit *Nuro'ddin Arslan Shah Ebn Mas'ud, Ebn Maudud, Ebn Zengi, Ebn Oksenkar*, *Mauselæ* Dominus, qui octodecim annos regnaverat. Vir magnanimus, fortis, optimè subditos gubernans, erga asseclas suos severus, quique † familiæ *Atabegicæ* disciplinam, potentiam, & dignitatem pristinam restituit, postquam jam periisset. Morte jam instante regnum assignavit filio suo Al*Malec AlKahero Ezzo'ddin Mas'udo*, in mandatis dans, ut rebus imperii ipsius administrandis præesset, eique custodiendo invigilaret, ejusque negotiorum curam gereret servus suus *Badro'ddin Lulu*, ob eam quam in eo animadvertit prudentiam, judicii bonitatem, regendi peritiam, eorumque quæ ad dominationem spectant perfectionem: filiumque natu minorem *Omado'ddin Zengium* castello *Al Akro Hamidiensi*, & castello *Shusho* donatum ad *AlAkrum* misit. Anno sexagesimo nono tres quidam mercatores *Bocharenses* in *Tatarorum* regiones iter instituerunt, sarcinas secum ex panno filis aureis contexto, Carbasóque, aliisque rebus quæ *Mogulensium* usui convenirent advehentes: quòd audiissent hujusmodi merces magno apud illos pretio venire; necnon in viis constituisse *Jingiz-Chanum* quosdam quos *Karakgiah* appellant, i. e. Custodes, qui ad eos accedentes & recedentes tutos præstarent. Hoc ergo cùm illis animo fixum esset, eos versùs profecti sunt. Cúmque jam ad fines eorum accessissent, occurrerunt ipsis viarum custodes, qui quas adduxerunt merces intuiti, cùm quod apud unum ex ipsis, nomine *Ahmedem*, supellectilis esset *Chano* convenire vidissent; illud unà cum Domino ad ipsum detulerunt. *Ahmed* igitur Ostiariis merces suas exponens, quemlibet pannum, quem decem aut viginti aureis emerat, tribus *Balishis* indicavit. Quam ob rem iratus *JingizChan*, Fatuus, inquit, iste sentire videtur nos nunquam † vestes antea vidisse. Jussitque vestiarium ipsi vestes quasdam pretiosas, quas illi dono dederant *Chataorum* Reges, ostendere; deinde in scripta referre quæ ipsi essent, eáque auferre famulorum adstantibus mandavit: atq; in carcerem conjecto *Ahmede*, duos ipsius socios accersit, qui quicquid sibi mercium erat coram ipso exposito, Hæc, inquiunt, omnia attulimus, ut *Chano* in obsequii testimonium offerremus, non ut venderemus;

Obitus & laus *Naro'ddini* Domini *Mauselæ*.

p. 433.

Succedit *Ezzo'ddin*.

Historia Mercatorũ quórundam.

p. 434.

deremus; cúmque ipsos, ut pretium assignarent, urgerent, facere recusârunt. Jussit ergo *JingizChan* illis pro singulis vestibus auro contextis numerari *Balishum* auri, pro *Gossypinis* binis *Balishum* argenti; atque *Ahmedi* etiam quantum illis dederat, numeravit. Filiisque, *Chatunis*, [dominabus,] & Principibus præcepit, unà cum eis è famulis suis mittere auri & argenti *Balishis* instructos, qui ipsis è regionum istarum rebus maximè elegantibus & pretiosis, quæ ipsis usui essent, emerent. Qui cum, quod jusserat, fecissent, adjuncti sunt illis centum & quinquaginta mercatores, quà *Moslemii*, quà *Christiani* & *Turcæ*, quibuscum Legatum etiam ad *Soltanum Mohammedem* misit, qui hæc ipsi diceret; Mercatores qui ad nos pervenerunt, in patriam suam incolumes & ditatos remisimus: unáque cum iis è servis nostris quosdam misimus, qui nobis è rebus istarum partium elegantioribus afferant; quos oportet ad nos tutos redire, ut utrinque rata sit concordia, omnésque inter nos inimicitiæ causæ è medio tollantur. At ubi Mercatores ad urbem *Otraram* pervenissent, ejus præfectus *GayerChan*, opibus quas advexerant inhians, *Soltano* † *Mohammedi* negotio ipsorum indicato, suasit ut illis interfectis quas haberent opes sibi sumeret: quod cùm illi faciendi copiam concessisset, omnes, uno excepto, interfecit. Ille enim è carcere elapsus, quid sociis suis contigisset perspecto, ad *Tatarorum* regiones pertingens, illis quid factum fuerat narravit: quod ægrè admodum *JingizChanum* habuit, ac penitus ei insedit, adeò ut fugeret ipsum somnus, ipseque secum loqueretur, animo volvens quid faciendum esset. Fertur ipsum collis alti fastigio ascenso, capitéque nudato ad Creatorem omnipotentem preces fudisse, opem contra illum qui priùs ipsi injuriam tulerat implorantem; ibique tres dies ac noctes jejunum mansisse: nocte autem tertiâ in somnio vidisse Monachum nigris indutum vestibus, manuque baculum tenentem, qui januæ ejus adstans diceret, Ne timeas, fac quod tibi libeat, Prospero enim successu uteris; experrectumque esse illum, consternatione gaudio mixtâ affectum. Cumque domum suam reversus insomnium suum conjugi suæ, quæ filia *Ung-Chani* fuit, narrâsset, dixisse ipsam, Iste habitus est Episcopi, qui sæpius ad patrem meum accedens ipsi benedicere solebat; cujus ad te adventus indicium est felicitatis in te translatæ. Quæsivisse ergo *JingizChanum* à *Christianis*

Dyn. IX.

Cædes Mercatorũ occasio belli cum *Tataris*.

† p. 435.

Dyn. IX. *nis Igurensibus*, qui in ipsius famulitio erant, esséťne ibi Episcopus aliquis? narratumq; illi fuisse de *Mar Denha*, qui cùm accersitus ad ipsum tiarâ nigrâ accessisset; dixisse ipsum, hic ejus quem in somnio vidi habitus est, at non eadem forma: respondisséque Episcopum, Vidit forsan *AlChan* quendam è sanctis nostris; atque ab eo tempore †propensiore animo in *Christianos* ipsum fuisse, bonâque de ipsis opinione conceptâ, honore affecisse. Anno sexcentesimo decimo *JingizChano* ad regiones *Soltani Mohammedis* contendente, ubi in *Turcestani* partes pervenisset, ad ipsum accedentes *Emir Arslan*, à *Giyalik*, *Emir IdiKub* à *Bish Balig*, & *Emir Sophtak* à *Malig*, unà cum exercitibus suis profecti sunt. Cumque jam omnes exercitus in urbis *Otraræ* ditione convenissent, misit *JingizChan* filium suum natu maximum, cum duobus militum *Tomanis* [myriadibus] *Chojandam* versùs, ipse *Bocharam* petens; urbem autem *Otraram* obsidendam filiis suis *Jogataio* & *Ogataio* commisit; qua in expugnandâ quinque mensium spatium insumserunt: siquidem *Soltan Mohammed* eò *Gayer-Chanum* cum quinque equitum millibus, & *Karaja-Chasum* Ostiarium cum decem millibus miserat; qui omnes in ea erant. At cùm jam ad consilii inopiam redigerentur qui in urbe erant, nec hosti amplius obsistere possent, deliberavit *Karaja* cum *Gayer Chano* de pace petenda urbéque dedendâ. Noluit autem *GayerChan* quicquam quàm ut ad mortem usque pugnarent, cùm sciret haud ipsi parsuros *Mogulenses*; nec quicquam sibi profuturam quæ iniretur pacem. *Karaja* igitur usque ad noctem moratus cum maxima exercitus sui parte extra portam * *Darwaræ Sufii* prodiit, ubi eum usque ad mane detinuerunt: deinde ad *JingizChani* filios adductus est, qui postquam cum ipso collocuti de statu urbis, quomodo se haberet, percunctati essent, occidi jusserunt, †unâque occisi sunt qui cum eo erant omnes; cùm dicerent, Cùm haud fidus manseris Domino & benefactori tuo, neque nobis fidus manebis. Exercitus autem urbem adortus eámque ingressus, incolis omnibus eductis in ea quæ in ipsa erant, involavit. Mansit verò *Gayer Chan* cum viginti militum millibus per plateas angustiores dispersis, quos capere non potuerunt *Mogulenses*; quique quinquageni prodeuntes & cum *Mogulensium* copiis manum conferentes pugnámque iis inferentes cædebant & cædebantur: atque hoc continuè per mensem [integrum] fecerunt,

Marginal notes: *Jingiz Chã Christianis favet.* — p. 436. — *Otrara à Mogulensibus obsessa.* — * al. *Darwazæ.* — p. 437. — capta.

fecerunt, donec maneret solus *GayerChan* cum duobus viris, qui in palatii Regis tecto pugnabant. Prodierat enim à *Chano* mandatum, ne *GayerChan* in bello occideretur, sed vivus ad ipsum duceretur; quapropter multam in eo capiendo molestiam subiere. Cùm autem occisi essent duo ipsius socii, ipse solus manens pugnavit lateribus quos illi puellæ è parietibus desumptos porrigebant, quos cùm amplius accipere non posset, circumdederunt ipsum *Mogulenses*, prehensúmque ad *JingizChanum*, postquam à *Bochará Samarkandum* rediisset, abduxerunt, atque ibi in *Cug Saraio* neci datus est. Anno duodecimo mense *Shaabano*, potitus est *Soltan Mohammed* urbe *Gazna*; cùm antea maximam *Chorasani* partem & regnum *Bamianæ* possedisset. Anno decimo tertio, mensis *Jomadæ* posterioris vicesimo obiit *AlMalec AlDhaher Gazi*, filius *Salaho'ddini Josephi*, filii *Jyubi* [*Jobi*] urbis *Halebi* princeps, relictis filiis è † quorum numero fuit *AlMalec AlAziz Mohammed*, è filia patrui sui *AlMalec AlAdeli*, annos tunc natus duos, & menses aliquot: cujus curam commisit servo suo *Shahabo'ddino* Eunucho, qui ipsius *Atabeg* [tutor] fuit, summâque cum curâ ipsum educavit. Anno sexcentesimo decimo quinto mortuus est *AlMalec AlKaher Ezzo'ddin Mas'ud Ebn Arslan Shah, Ebn Mas'ud Ebn Maudud* Ebn *Zengi Ebn Oksenkar, Mauselæ* Princeps, die Lunæ tertio ante *Rabiam* priorem finitum die, cùm imperâsset septem annos & novem menses; designato ad regnum filio suo natu maximo *Nuro'ddino Arslan Shaho*, annos tunc circiter decem nato: cujus tutorem, rerúmque regni ipsius administratorem constituit *Badro'ddinum Luluum*. Patruus autem ipsius *Ommado'ddin Zengi Ebn Arslan Shah*, *AlAkri* dominus, regni spem animo concepit; at *Badro'ddinus* rupturam istam reparavit, & fissuram resarsit, optimè se gerens tam erga melioris quàm sequioris sortis homines, omnesq; vestibus in honoris signum induens: quin & vestes pullas illis mutavit, nihil eâ in re privilegii nobili præ ignobili, majori præ minore indulgens. Aliquanto pòst pervenit à Chalifa [diploma] quo præfectura *Nuro'ddino* confirmaretur, ac rerum imperii ipsius inspectio *Badro'ddino*, unà cum vestibus honorariis utriq; eorum missis. At *Modhaffero'ddin* **Cucberi Ebn Zino'ddin, Arbelæ* Dominus, *Ommado'ddini Zengii* partibus favens, ei castellum *Ommadiense* cæteráque castella *Hakkariensia* & *Zauzanum* possidenda tradidit; † ad

cum

Dyn. IX.

GayerChan flagitii author captus & occisus.

P. 438.

AlAziz Halebi Dominus.

Nuro'ddin *Mauselæ* Dominus.

*al. *Cucbri*.

P. 439.

Dyn.IX. eum ergo mittens *Badro'ddin* juramentum & promissa ipsi in mentem revocavit, ut ea præstaret postulans; deinde ab hoc [petendo] destitit, ab eo petens solum ut quiesceret, nec pro ipsis nec contra ipsos esset: quod cùm ille non faceret, sed se opem *Zengio* laturum declararet, misit *Badro'ddin* ad *AlMalec AlAshraf Musam*, filium *AlMalec AlAdeli*, provinciarū *Mesopotamiæ* & *Chalati* dominum,& ad eum se applicans, eique obsequium deferens, petiit ab eo auxilium. Cùi ille, gratum illud habens, annuit, opémque præbuit; & ad *Modhaffero'ddinum* mittens vitio illi vertit quod fecerat, jubens ut ad illud quod justum esset rediret, secus se cum exercitu suo ad ipsum accessurum. Ille verò ad nihil horum responsum reddidit, donec legati de pace facienda à Chalifa *AlNasero* & *AlMalec AlAshrapho* venissent. Tum enim morem gerentes pacem inierunt, mutuisque se juramentis coram legatis obstrinxerunt. Confirmatâque jam pace è vivis excessit *Nuro'ddin Arslan Shah*, post quem in regnum suffectus est frater ejus *Nasero'ddin Mahmud* annos circiter tres natus. cui cùm juramentum præstitisset exercitus, ipsum equo vectum [circumduxit] *Badro'ddin*; lætisque fuerunt homines animis, cùm scirent Regem sibi è familia *Atabegidarum* esse. Eodem anno obiit *AlMalec AlAdel AbuBecrus Ebn Ayub*, septimo *Jomadæ* posterioris, annos natus septuaginta tres, cùm octodecim annos regnâsset; superstites reliquit filium suum *AlMalec AlCamel Ægypti*, *AlMalec AlMoaddham Damasci*, † AlMalec AlAshraph *Harrani*, *Rohæ*, & *Chalati*, AlMalec Al*Modhaffer Shahabo'ddin Gazium Miyapharekini*, AlMalec *AlHaphedh* castelli *Jaabar*, *AlMalec AlAziz Baniyasi*, & *AlMalec AlSaleh Ismaelem Bosræ*, Dominos: nec non AlMalec *AlPhayez Yacub*, AlMalec AlAmjad Abbasum, AlMalec *AlAphdalum*, & *AlMalec* AlKaherum. Cùm autem jam mortuo *Nuro'ddino* AlMalec Al*Kahero Mausela* Domino, regnaret frater ipsius *Nasero'ddin*, denuo [regno] inhiârunt *Ommado'ddin* & *Modhaffero'ddin*, quod minorennis esset *Nasero'ddinus*, collectisque militibus, se ad progrediendum accinxerunt: quo audito, *Badro'ddin Luluus* ad *Ezzo'ddinum Ibegum*, copiarum Al*Ashraphi*, quæ *Nisibi* erant, præfectum, misit; ipsos ad se invitans ut ab illis opem consequeretur. Illi ergo *Mauselam* versus profecti, quarto mensis *Rajebi* anno decimo quinto, aliquot diebus quietem captârunt; deinde transmisso

Nasero'ddin Mausela Dominus.

AlAdeli, Regis Ægypti & Syriæ, obitus & filii.

P. 440.

Tigri

Tigri ad Orientalem ejus partem, Parasangæ à *Mausela* distantiâ, Dyn. IX.
consederunt. *Modhaffero'ddin* autem collectis copiis ad eos contendit, comitante eum *Zengio*, amnémque *Zabum* trajecit, famâ eum præcedente. Mediâ ergo nocte obviam ivit *Ibeg*, ad auroram manendi impatiens; cúmque nocte & tenebris dispersi essent, hostibus occurrerunt tribus à *Mausela* parasangis. *Ezzo'ddin* autem in sinistram *Modhafferi* aciem, in qua erat *Zengius*, impetu facto, eum in fugam vertit; dextra verò *Modhaffero'ddini* in sinistram *Badro'ddini* irruens eam fugavit, mansitque *Badro'ddin* cum iis qui cum ipso erant in media: quem cùm aggressus esset † *Modhaffero'ddin* cum iis p.441:
qui mediam ipsius aciem constituerunt, (illi siquidem dissipati non fuerunt) ille eorum impetum sustinere non valens, *Mauselam* fugiens rediit, & transmisso *Tigri* in castellum [se recepit;] quem insecutus *Modhaffero'ddin*, cùm ponè collem castelli *Ninives* triduo substitisset, noctu discessit, sine tympanorum aut tubarum strepitu. Deinde occupavit *Ommado'ddin* castellum *AlCawashi*, *Badro'ddin* autem *Tel A'farum*, *Al Ashraf Senjarum*, qui & profectus *Mauselam* contendit, ut per eam *Arbelam* transiret: præmissoque exercitu, ipse demum post eos venit, die *Martis* decimo nono *Jomadæ* prioris, anno sexcentesimo decimo sexto. Erátque dies adventus ipsius celebris. Ipse enim *Badro'ddin* pedibus incedens coram eo Ephippii tegumentum gestavit; accedentibus etiam ad ipsum à Chalifa & *Modhaffero'ddino* legatis de pace ineundâ, spondentibusq; castella quæ ablata fuerant omnia *Badro'ddino* redditum iri, excepto castello *AlOmmadiæ*: qua de re duos circiter menses disputatum est. Deinde profectus *Al Ashraf* ad *Modhaffero'ddinum* accessurus, cùm ad oppidum *Salamiam*, propè ab *AlZabo*, juxta quod castra posuerat *Modhaffero'ddinus* ad eam partem quæ *Arbelæ* adjacet, pervenisset; ille denuo ad ipsum legatos pacem petitum misit. Cumque *Al Ashrafi* exercitus diutius detenti fuissent, hominésque tædio affecti, factum est ut in pacem faciendam consentiretur: reversusque est *Al Ashraf Senjarum*, cujus ab urbe *Mausela* discessus, secundo mensis *Ramadani*, anno † sexcentesimo decimo septimo, fuit. Anno sexcentesimo p. 442.
decimo sexto obiit *Sultan Ezzo'ddin Caicawus*, *Ebn CaiChosraw*, *Ebn Kelij Arslan* regionum *Rumæarum* Dominus, nullo relicto filio qui regno idoneus esset, cùm annis minores essent. Milites ergo fra-

Dyn. IX. trem ipsius *Ala'ddinum Caikobadum* è castello *AlMenjbar*, quod juxta *Euphratem* prope *Malatiam* situm est, in quo incarceratus fuerat, eductum Regem constituerunt, hominibus in illius verba jurantibus. Ille verò optimè regnum administravit: vir fuit erga socios suos severus, animi constantiâ, magnanimitate, & gravitate summa praeditus. Anno sexcentesimo decimo septimo, circa initium mensis *Moharrami*, *JingizChan* cum exercitibus suis ad urbem *Bocharam* consedit, eámque ex omni parte cinxerunt acies. Fuerunt autem in ea è copiis *Soltani Mohammedis* vicies mille milites, quorum duces fuerunt *Chug Chan*, & *Sunej*, & *Cesbli Chan*, quibus cum certo constaret se *Mogulensibus* obsistendo impares esse, ex obsidione post occasum Solis elapsi sunt: at exercitus *Mogulensium* excubitores, eos juxta fluvium *Jihonem* assecuti, pugnâque adorti omnes ad unum interfecerunt, nullo eorum vestigio relicto. Cùm ergo militibus ex urbe egressis, nullum superesset incolis commentum quàm ut se dederent, atque exeuntes in fidem se recipi peterent, prodeuntes Antistites & viri primores *JingizChano* se submiserunt, hoc solum suppliciter petentes, ut sanguini eorum parceret. Quo jubente, ut omnes ex urbe prodirent, prodiere; ipse cum filio suo *Tulio* urbem ingressus, ad portam Templi majoris substitit, Hoc, inquiens, palatium regium est; ac dicentibus illis, Non, sed *Chanah Yezdan*, i.e. Domus Dei, equo descendens, templumque ingressus est, ascensoque suggesto, *Bocharae* magnatibus dixit, Campi pabulo destituti sunt, vos autem equos saturate de eo quod apud vos in horreis est. Illi ergo eis apertis quicquid in ipsis frugum esset exportârunt, abjectisq; qui in cistis repositi erant libris, eas equis praesepia fecerunt, ciboque & potu eò allatis, edentes & bibentes exhilarati sunt [*Mogulenses.*] Deinde ad tentorium suum egressus *JingizChan*, convocatis Antistitibus, Senioribus, nobilibus, & doctis, ipsis dixit, Deus omnium Rex & Omnipotens, me ad terram Regum iniquorum, improborum, nefariorum, injustitiâ repurgandam misit; commemorans insuper ipsis quid fecisset *Otrarae* praefectus, Regis sui permissu, mercatoribus, aliáque ejusmodi. Tum ditiores, & qui opibus abundarent, à pauperibus separatos seorsim collocari jussit, quos cùm secrevissent, ducenties octagies mille erant; quibus ille, Opes quae supra terram sunt, haud opus est ut à vobis indicari petamus; thesauros

Ala'ddin Caikobad Rex Asiae minoris.

Jingiz-Chan Bocharam occupat.

p. 443.

thesauros sub terra reconditos volumus ut nobis ostendatis: qua in re illis promptè obsequentibus, unicuique *Baskakum* [inspectorem] præfecerunt, qui opes erueret. Clam autem innuit illis quibus earum eruendarum cura commissa est, ne illis quid ultra vires imponerent, sed leniter cum ipsis agerent; idque quod illos in iis †quæ ipsis imperarentur promptè morem gerere videret. Cùm autem quidam è *Soltani* militibus in urbe delitescerent, ipso jubente ignem in vicos ejus injecerunt, quo conflagravit urbs universa, cùm maxima ædificiorum pars lignis extructa esset: mansitque *Bocharæ* area campus planus, dispersique sunt ejus incolæ procul inde in *Chorasanum* migrantes. Eodem anno, mense *Rabio* priore, castra posuit *Jingiz-Chan* ad urbem *Samarkandam*; in qua *Soltan Mohammed* centies & decies mille equites constituerat, qui ei custodiendæ operam darent. Cùmque ibi consedisset, milites suos à pugna inhibuit, ac *Sontaio Nowaino* cum triginta militum millibus ad *Soltan* * *Mahmudum* insequendum misso, & *Galak Nowaino* & * *Tasur Nowaino* ad partes *Talakani*, reliquus exercitus urbem primo mane cinxit. Egressisque è *Chowarezmiorũ* fortissimis, qui pugnâ illos lacessiverunt, * prodiit magna *Tatarorum* multitudo, qui captis multis eos in urbem compulerunt. Die verò crastino ipse *JingizChan* circum exercitum equitans, eos ad pugnam incitavit. Eoque die acerrimum commissum est prælium, quod toto die perduravit à primo mane usque ad initium noctis; ac *Mogulensium* fortissimi portis urbis adstantes neminem militum exire sinebant: unde cùm magnus *Chowarezmiis* languor contingeret, facta est inter urbis Magnates dissensio, & in discrepantes itum sententias; aliis ad pacis conditiones petendas urbémque dedendam inclinantibus; aliis sibi securitatem polliceri non ausis, †etiamsi concessa foret, cum *Tatarorũ* fraudẽ metuerent. *AlKadi* [Judex] autem, & *Sheich AlIslam* [*Islamismi* Antistes] cùm apud eos egrediendi propositum obtineret, egressi obsequium *JingizChano* obtulerunt, seque & urbis incolas in fidem recipi petierunt; renuit autem *JingizChan* securitatem concedere aliis quàm ipsis, iisque qui sub eorum præsidio essent. Illi ergò in urbem reversi portas aperuerunt, ingressique *Mogulenses* illam diem insumserunt locis aliquot in moenibus diruendis, & arcibus quibusdam demoliendis, nec cuipiam usque ad ingruentem noctem animum animadverterunt. Tum urbem

[Margin notes:]
Dyn. IX.
p. 444.
Bocharain-censa.
* al. *Mo-hāmedem.*
* al. *Basur.*
* forf. خرجوا i.e. *Tatar:* multos vulnerârunt, multos captos in urbem abduxerunt.
p. 445.
Samarkanda dedita.

Dyn. IX. bem ingressi viros seorsim à fœminis numero per centenos distributos in campos eduxerunt, à nemine manum cohibentes præter *Al-Kadium* & *Sheich o'l Islam*, eosque qui ad ipsos confugerant. Ad eorum autem protectionem se receperant plus quinquaginta hominũ millia. Illucescente autem aurorâ ad urbem diripiendam se accinxerunt *Mogulenses*, omnes neci dantes, quos cryptis occultos, aut locis secretis absconditos reperirent, eâque nocte triginta circiter *Turcarum* & *Kunkalitarum* millia interfecerunt. Die [sequente] triginta millia Filiis [Imperatoris] & Principibus distribuerunt; reliquis dimissis, ut in urbem reversi inter se ducenties mille aureos in vitæ suæ pretium colligerent. Nummis his colligendis præerant *Thekatol'Molc* & *Al Amir Amid*, qui è *Samarkandæ* Magnatibus erant, & *Tayephur* Prætor. Inde abiit *Jingiz Chan* cum exercitibus suis in

p. 446. partes *Chowarezmiæ*, misitq; qui illos †ad fidem & obsequium ipsi præstandum invitarent, eosque promissis & minis, sperare jubendo, & metum incutiendo ad dies aliquot distinuit, donec exercitus convenissent; instrumentis bellicis viz: machinis & ballistis paratis. Cùm verò *Chowarezmiæ* tractus lapidibus careret, *Mogulenses* è moris frusta instar lapidum cædentes, ea jaculabantur. Cùmque fossam pulvere, lignis, & stipulâ replevissent, urbem bello & pugnâ undiq; aggressi sunt; adeò ut qui in ea erant obsistendo non essent. Mœnibus ergo occupatis ignem in ejus vicos immiserunt, qui maximam ædium partem, & quicquid in iis esset, corripuit. *Mogulenses* ergò de utilitate ex aliqua spoliorum parte percipiendâ desperantes, ab incendendo abstinuerunt, vicum post vicum occupantes; cùm incolæ eos strenuissimè propugnarent: nec ita facere destiterunt, donec *Mogulenses* omnes jam vicos in potestatem redegissent. Hominibus autẽ universim omnibus in campos eductis, cùm opifices & artifices, qui numero centies mille erant, ab aliis seorsim statuissent, captivosq; fecissent pueros, puellas, & fœminas, quæ alicui usui futuræ erant; reliquos, quà viros, quà fœminas, & anus, militibus trucidandos distribuerunt, qui singuli viginti quatuor trucidârunt. Sub initium anni sexcentesimi decimi octavi, *Jingiz Chan*, *Jihune* fluvio transmisso, *Balcham* contendit, cujus viri primarii ad ipsum egressi ultrò

Chowarezmiam expugnat Jingiz Chan.

p. 447. obsequium obtulerunt, ipsique †donaria variásque *Targu*, i. e. cibi & potus species apportârunt. Ille verò eos acceptos non habuit,

ea

ea de causâ quod *Soltan Jallalo'ddin*, *Soltani Mohammedis* filius, iis in partibus apparatus bellicos faceret, & pugnæ se pararet. Jussis ergo omnibus *Balcha* incolis in campos exire, ut eos pro more numeraret; cùm omnes prodiissent, gladio ipsos percussit. Inde *Talakanum* versùs profectus, incolarum plerosque trucidavit, captis qui ad id, ut captivi fierent, idonei erant, & quibusdam parcens. Inde *AlBamiyanum* contendit, cujus incolæ ei obsequium denegantes acriter pugnârunt. Contigit verò ut quidam è filiis *Jogatai* sagittâ vulneratus moreretur, qui omnium *JingizChani* nepotum maximè ei charus fuit: quamobrem cùm grave visum esset infortunium, accensique essent in cordibus *Mogulensium* ignes, pugnæ acriùs institerunt, donec urbe captâ omnes qui in ea erant, usque ad jumenta etiam & boves, & Embryones in gravidarum uteris, neci darent, nè uno facto captivo, ipsámque terram prorsus desertam relinquerent; à nemine usque ad hunc diem habitatam, eique nomen imposuerunt *Mau-Balig*, i.e. villam tristitiæ. Cùm autem jam finem fecisset *JingizChan* urbes *Chorasani* vastandi, audito *Soltanum Jalalo'ddinum* in *Erako* auxilia conquirere, versùs eum nocte diéque eâ festinatione contendit, ut nequirent *Mogulenses*, cùm castra ponerent, carnes sibi coquere. Cúmque *Gaznam* pervenissent, nuntiatum est *Jalalo'ddinum* ante quindecim dies †inde discessisse, ac statuisse fluvium *Sendiæ* transire. Diutius ergo morari renuens *JingizChan*, statim abiit, se in continuos progressus conjiciens, donec ipsum in *Sendiæ* oris assequeretur; ubi eum undique & ponè & antè cinxit exercitus, eumq; circulo post circulū[ducto]ambierunt, instar arcus nervo adducto tensi, cùm fluvius *Sendiæ* nervi instar esset, eo in medio manente, & acerrimè *Mogulenses* pugnâ infestante. Jussit autem *JingizChan* eum vivum capi. Advenerunt etiam *Jogataï* & *Ogtaï* à partibus *Chowarezmiæ*. Videns igitur *Jalalo'ddin* diem esse agendi, fortissimos *Mogulensium* increpans, Leonis instar in ipsos involavit, & qui ex illis ipsum peterent, petiit, atque in ipsos frequentes faciens insultus, ordines ipsorum iterum atque iterum perrupit; ac diu se hoc modo res habuit, quòd ipsum sagittis petere nollent *Mogulenses*, quo illæsum *JingizChano* sisterent, ipsius mandato morem gerentes. Ad ipsum autem paulatim accesserunt. Cùm ergo jam circulum quo circundabatur angustiorem fieri animadverteret, equo

Dyn. IX. *Balchenses* se dedentes internecioni dat.

Bamiyanum funditus delet.

p. 448

Dyn. IX. descendens, filiis suis, imò visceribus suis, è conjugibus & amicis suis, flens mœréns que valedixit: deinde abjectâ loricâ, equum ductitium conscendit, instar Leonis zelotypi se habens, & transire statuens, equum in fluvium impulit; quo insiliente nando ad ripam [ulteriorem] incolumis evasit, *JingizChano* atque ipsius sociis intuentibus, & cum stupore spectantibus. Quo viso, *JingizChan* manum ori mirabundus admovit, & ad filios suos conversus, A tali, inquit, patre
p. 449. deceret nasci filium: qui tali liberatus est casu, †multos subiturus est casus; nec res ejus neglectui habebit quisquis sapit. Voluerunt autem strenui quidam duces ipsum per aquas sequi, quos cohibens *JingizChan*, Vos, inquit, haud illi pares estis. Ille siquidem cùm in medio flumine esset in *Mogulenses* sagittas jecit. Illo autem jam è manibus ipsorum elapso, uxoribus & liberis ipsius jussu *Chani* adductis, mandavit ille mares omnes usq; ad lactentes interfici. Cúmq; *Jalalo'ddinus* fluviũ ingressurus, quicquid secum habuit vasum aureorum & argenteorũ, & nummorum, in eum conjecerat, Urinatoribus mandata dedit, qui quicquid extrahi poterat, extraxerunt. Factum est hoc quod è maximè inter homines mirandis, & temporum prodigiis fuit, mense *Rajebo* Proverbio autem dictum est, Vive ad *Rajebum*, & videbis mira. Eodem anno, sc. sexcentesimo decimo octavo, congregati *AlMalec AlMoaddham*, & *AlMalec AlAshraf* unà cum Principis *Maredini* copiis, & *Halebi* exercitu, & *AlMalec AlNaser Hamæ* Domino, & *AlMalec AlMojahed Hemesæ* Domino, omnes apud *AlMalec AlCamelum* convenerunt, hoc proposito ut *Francos* aggressi *Damiatam* ab ipsis recuperarent: quos cùm undique cinctos in angustias compegissent, his pacis conditionibus annuerunt ut *Damiatam* dederent, & quotquot apud ipsos essent è *Moslemis* captivos
* f. rs. Al-legado. dimitterent, *Moslemis* vicissim qui penes ipsos essent ex illis captivos dimittentibus. Confirmataq; est pax generalis cum * *AlDocado*
p. 450 Papæ legato, & Rege *Accæ*, †*Francorum*q; Regibus, & Templario-
Damiata Moslemis reddita. rum, Hospitaliorúmque præfectibus. Et accepit *AlCamel Damiatam* die *Mercurii*, *Rajebi* decimo nono, postquam in ea substitissent *Franci* annum integrum & undecim menses. Anno sexcentesimo vicesimo primo è vivis excessit *AlMalec AlAphdal Ali* filius *Salaho'ddini*, qui *Ægypti* & *Damasci* regnis cedens, *Somaisato*, vel invitus, contentus fuit. Vir erat scientiâ & ingenio præditus, verùm judicio

dicio haud pollens, parum constans, admodum negligens eorum quæ ad imperiorum & regnorum administrationem spectant. Cùm ei auferrentur ditiones, ad *Chalifam AlNâserum* literas scripsit, in quibus de patruo suo *AlAdelo* & fratre *AlAzizo* conquestus est, quod provinciis ei ereptis patris sui testamentum, quo eas ipsi legaverat, irritum fecissent. Initio autem Epistolæ Distichon adscripsit è poemate quodam, quod composuerat, elegantissimum, quod ita se habet: Dyn. IX.

Domine mi, AbuBecr, *& socius ipsius* Othman,
Ali *jus suum gladio abstulerunt.*
Vide fortunam hujus nominis, quomodo
Consecutum est ultimò, quod consecutum primo.

AbuBecro patruum suum innuens, *Othmano* fratrem suum, *Ali* seipsum. Quibus literis respondit *AlNaser* aliis à se scriptis, in quibus hæc scripsit:

Pervenerunt literæ tuæ, ô fili Josephi, *declarantes*
Veritatem, quæ indicat tibi originem sinceram esse.
† Ali *jus suum vi abstulerunt, cùm non esset* p. 451.
Post Prophetam illi, Yathrebi Adjutor.
Patiens esto, siquidem cras de hoc rationem reddituri sunt,
Bono sis animo: Adjutor *tibi erit, Antistes* AlNaser.

AlMalec AlAphdalum autem, cùm puer esset, pater ipsius literis aliquantum imbuendum curavit, in quibus eò progressus est, ut Arabismi & Poëtices aliquid calleret; carmináque composuit, atque ei studio operam dedit, quantum ipsius gradui competeret. Anno sexcentesimo vicesimo secundo mortem obiit *Chalifa AlNaser ledinilla Abu'l Abbas Ahmed*, nocte festi *AlPhetr*, [quod jejunium sc. *Ramadani* sequitur] annos septuaginta natus, Chalifatu annis quadraginta & undecim mensibus functus.

Sectio.

Tempore Antistitis *AlNaseri* floruit Medicus A*bdo'ssalam Ebn Jingidust AlJabali Bagdadensis*, qui scientiis veterum operam dedit, eásque optimè calluit, & hoc nomine summè claruit, adeò ut excellentiâ suâ invidiam hominum nequam contraheret: quorum cùm quidam

Abdo'ssalam Medicus & Philosophus.

Dyn. IX. quidam ipsum ut *Moattalorum* sectam amplexum incusaret, satellites in ipsum librósque ipsius manus injecerunt, inter quos reperti sunt multi de scientiis Philosophicis; de quibus mandata ab *AlNasero* prodierunt, ut in locum quendam *Bagdadi*, *Robba* appellatum, producti omnes publicè cremarentur. Quod dum fieret, aderat *Obaidolla AlTaimi*, *Ebno'l Marestania* vulgo vocatus, qui positum sibi suggestum ascendens concionem habuit, in qua Philosophis, omnibúsque qui eorum dicta amplecterentur, maledixit, & *AlRocnum*[eximium Doctorem]istum conviciis proscidit, librisq; ipsius † sigillatim
p. 452. productis, de iis verba fecit, multis eos eorúmque authores vituperans, deinde è manu suo projecit ad eos qui ipsos in ignem conjicerent. Inquit *AlKadi AlAcram*[i.e. Judex ornatissimus] AlVizier *Jamalo'ddin Ebno'lKophti*, Narravit mihi Medicus *Yusef AlSabti*, *AlIsrael*, dicens, cum eo tempore *Bagdadi* mercaturæ gratiâ essem, conventui isti adfui, verbáque *Ebno'l Marestaniæ* audivi, & in manu ipsius librum *Ebno'l Haithemi* Astronomicum vidi, de quo ille, Hic, inquit, malum ingens est, infortunium gravissimum, calamitas ineffabilis; cúmque dicendi finem fecisset, laceratum in ignem conjecit: inde autem stultitiam & perversitatem ipsius perspectam habui, cùm nulla sit in Astronomia infidelitas, sed ipsa sit via ad fidem & cognitionem decreti Dei gloriosi & potentissimi, in eo quod statuit & ordinavit. Mansitque *AlRocn Abdo'ssalam* carceri in hujus rei pœnam inclusus, donec tandem anno quingentesimo octogesimo nono liberatus est. Hoc etiam anno mortuus est *Yahya* Ebn *Saïd*, *Ebn Mari*, Medicus *Christianus*, author sexaginta sermonum, quos egregiè composuit: fuit autem insigniter doctus in veterum scientiis, linguæ *Arabicæ* peritiâ & Poëticâ, artem Medicam exercendo victum sibi comparavit. E carminibus ejus de canitie, hæc sunt:

Yahya Ebn Saïd Medicus Christianus.

Fugit Hinda *speculatores canitiei meæ,*
Cepitque eam fastidium ab inclinatione capitis mei.
Ita mos est Diabolis, ut fugiant
Ubi apparuerint stellæ volantes:

Saed Ebn Hebatalla, & frater ipsius Archidiaconus, Medici.

Porro & è Medicis domesticis *AlEmam AlNaseri* fuit Saed Ebn *Hebatolla Ebno'l Mowammel*, *Abu'l Hasan Christianus* † Al*Hadirensis* Medicus, & ipsius frater Abu'l*Chair* Archidiaconus; qui fra-
p. 453. tres erant Catholici, vulgo noti nomine *Ebno'lMasihi*. Saed Cha-
lifæ

lifæ *AlNasero* operam collocavit, magnâque apud eum in gratiâ fuit. Perfectè autem artem Medicam & Dialecticam calluit. Librum composuit molis exiguæ, quem *AlSophwa* [i. e. selectior pars Medicinæ] appellavit, in quo omnes Medicinæ partes theoreticas & practicas collegit; & ad finem *Fen* primi partis secundæ tres sectiones adjunxit de Circumcisione, cùm *Bagdadi* res ea ad Medicos spectaret, quamvis apud neminem vel priorum vel posteriorum facta sit ulla ejus mentio, sed rerum solummodo quibus protrahatur præputium. Manu suâ libros medicos descripsit. Obiit sub finem anni quingentesimi nonagesimi primi. *Archidiaconus* verò fuit & ipse Medicus insignis, scripsitque compendium, in quo explicavit quæstiones libri generalium è Canone *Avicennæ*; cui titulum indidit *AlEktedab*; deinde & illud in compendium redegit, quod vocavit *Entechabo'lEktedab*. Narravit mihi Medicorum *Bagdadensium* quidam, patrem ejus illum adhuc adolescentulum ad *Ebno'lTalmidum* adduxisse, quo ipsum studiis imbueret; ipsúmque dixisse, Filius tuus iste admodum juvenis est: respondentéque patre, Quod peto est, ut à te benedictionem captem, eum primam è quæstionibus *Honain* ipsi prælegisse. Anno quingentesimo nonagesimo quarto de vita migravit *Mohammed Ebn Abdo'ssalam Hierosolymitanus*, deinde *Maredinensis*; cujus pater *Maredini* Judex fuit, avus *Donaisceri*. Medicinæ studuit sub *Ebno'lTalmid*, summamque in ea peritiam consecutus est, adeò †ut Reges ex diversis terræ partibus & regionibus ad ipsum mitterent. Ætate etiam provectus non destitit à lectione librorum maximorum repetenda. Philosophiæ aliquid apud eum legit *AlShahab AlSohro'wardi*: cum tanta interim eruditione, in eáq; peritiâ, & summâ dexteritate nullum composuit librum; nisi quod carmina *Avicennæ* enarravit, quorũ initium est, *Ad te descendit* &c. Solebat *Abu'lChair Ebno'l Masihi* ipsum magnificare, summéque extollere. Anno sexcentesimo quinto è vivis excessit *Moses Ebn Maimon Judæus Hispanus*. Veterum scientiis studium in *Hispania* impenderat, ibidemque solidam disciplinarum Mathematicarum scientiam paraverat, ac Medicinæ operam dederat, adeò ut ejus scientiam optimè calleret, at praxin exercendi audaciam sibi non sumeret. Ad religionis *Islamiticæ* professionem compulsus eam præ se tulit, clam *Judaismum* retinens. Cúmque particulares *Islamismi* ritus,

Dyn. IX.

Mohammed Ebn Abdo'ssalam Medicus.

P. 454.

Moses Maimonides.

Dyn.IX. qui lectionem & orationem spectant, exercendi necessario essent, illud fecit, donec tandem postquam res suas composuisset, oblatâ migrandi opportunitate, ex *Hispania* unà cum familia suâ discederet in *Ægyptum*; ubi sedem in urbe *Phostat* inter *Judaos* figens, religionem suam palam professus est, & mercaturam in gemmis aliisque e-

*al. *AMoazz.* forf. *Alaziz.* jusmodi rebus exercendo, victum paravit. At ubi * *AlAzz Ægyptum* occupaverat, abolitúmque esset *Aliadarum* imperium, cum eum benevolentiâ complexus *AlKadi* Al*Phadel Abdo'lRahim Ebn Ali AlBaisani*, ipsiúsque rationem habens stipendium ei ratum assignasset, se medicis adjunxit, ita ut suâ unius sententiâ non niteretur, ob experientiæ defectum, cùm curationi & [ægrotorum] regimini assuetus non fuisset. Doctus etiam fuit in *Judæorum* lege; librumque

p. 455. de eorum religione composuit, cui titulum indidit † *Delalah*, [i.e. Index, sive Directorium,] quem eorum alii laudant, alii vituperantes *Ddelalah*, [i e. Errorem] appellant. Philosophorum sectæ præcipuè deditus fuit. Epistolam etiam composuit de resurrectione corporali; quam cùm illi vitio verterent *Judaorum* primores, clam eam habuit, nisi illis qui ejusdem cum ipso sententiæ essent. *Antiochiæ* autem & *Tripoli Judaos* quosdam è *Francorum* regionibus barbaros vidi, qui ipsi maledicerent, & infidelem appellarent. Sunt illi libri in Mathematicis pulchri, & in Medicinâ luculenti. Sub vitæ suæ finem vexatus est ab *Hispano* quodam legisperito, *Abu'Arab* appellato, qui in *Ægyptum* veniens litem illi movit de sua *Mohammedanismi* professione, malum illi intendens; quem cohibuit Al*Kadi* Al*Phadel*, dicens, Si quis vi adactus fuerit, non esse ex lege veram ejus religionis *Islamiticæ* professionem. Morte imminente, hæredibus suis in mandatis dedit, ut ipsum, ubi desiisset corpus olere, ad *Tiberiadis* lacum translatum, ibi sepelirent, quòd ibi essent multorum è piis apud ipsos, sepulchra; quod & illi factum est. Anno sexcentesimo sexto mense *Dulhajja' Heræ* obiit *AlEmam*

AlRazi Medicus insignis. *AlPhachr AlRazi Mohammed Ebn Omar*, qui *Raiæ Ebno'l Chatib* audiit; è seculi sui maximè præcellentibus fuit. Priorum [doctrinam] in scientia Juris, & fundamentorum [fidei,] Theologiâ, & Philosophiâ reprehendit. Quin & *Abu Ali Ebn Sina* contradixit, & in ejus [vitia] inquisivit. 'Cum equo veheretur, gladiis districtis stipatus incedebat, erátque illi magna mancipiorum multitudo, atque in

gradu

gradu excelso, & dignitate summâ apud *Sultanos Chowarezmshahios* fuit. Cùm autem visum ei esset, ut *AlChymiæ* operam daret, † multas in ea opes consumsit, nihil inde commodi percipiens. Distracta sunt in terræ fines ipsius scripta, iisque operam impendunt docti. In *Mawara'l Nahram* [regiones transfluviales] profectus, ut *Banu-Mahra* [filios *Mahræ*] *Bocharæ* conveniret, nullum apud illos successum habuit, erátque tunc temporis pauper, fortunâ minus prosperâ. *Bocharâ* ergo discedens in *Chorasanum* contendit, ubi accidit ut *Chowarezm-Shahum Mohammedem Ebn Tocushum* conveniret, qui eum propius sibi admotum & in familiaritatem adscitum ad dignitatem evexit, & ad vitam necessaria abundè suppeditavit. In urbe autem *Hera* sedem fixit, in qua & possessionem sibi comparavit, & liberos genuit, ibidémque commoratus est, donec diem obiret. In ædibus autem suis sepultus est, veritus ne vulgus corpus istius probris exponerent, quòd religionis minus sinceræ suspectus haberetur. Dyn. IX. p. 456.

Cùm in *Mawara'lNahram* [regionem transfluvialem] contenderet *Bocharam* petens, anno quingentesimo octogesimo, per *Abdo'lRahmanum Ebn Abdo'lCarimum Sarchasensem* Medicum transiens, apud eum diversatus est; qui ipsum honore affecit, eique quamdiu *Sarchasi* maneret, debita [hospitalitatis] jura præstitit: in eum ergo beneficium aliquod conferre volens, aggressus est in ejus gratiam Canonis generalium expositionem, atque difficiliores libri istius terminos explicans, [librum] nomini ipsius inscripsit, ipsiusque in præfatione mentione factâ ipsum laudavit ac celebravit. *Abdo'l-Rahman Sarchasensis* Medicus.

Anno sexcentesimo octavo obiit *Masihi Ebn Abu'lBakai Nilensis Bagdadi* accola, cui cognomen *Abu'lChair*, *Ebno'lAttar* vulgo appellatus; medicandi peritus, optiméque illud præstans, famâ celebris, & in Chalifæ palatium familiariter admissus, eum petentibus [Chalifæ] uxoribus & concubinis. Diu vixit, multásque congessit opes: † filium etiam Medicum reliquit, at non adeò doctum, *Abu Ali* cognominatum. *Masihi* Medicus. p. 457. *Abu Ali* ejus filius.

Mortuo jam patre, accidit ut cum aliquando genio liberiùs indulgentem adorirentur, die Veneris *Rabiæ* prioris undecimo anni sexcentesimi decimi septimi, apud eum reperiretur mulier quædam *Mohammedana*, *Setti Sharaf* dicta. Prehensúsque nomina edidit multarum è fœminis *Mohammedanis*, quæ ad ipsum divitiarum suarum causâ pervenirent; è quarum numero fuit uxor *Ebno'lBochari*, ærarii

Dyn. IX. ærarii præfecti, nomine *Eshtiak*. Prodiit ergo edictum de duabus istis mulieribus in lenarum carcerem conjiciendis; *Abu Ali* verò se sexies mille aureis redemit. Anno sexcentesimo decimo, mense

Ebn H bal Medicus. *Moharramo*, obiit *Ali Ebn Ahmed Abu'lHasan* Medicus, qui *Ebn Habal* audit; *Bagdadensis* fuit, artis Medicæ & literarum humaniorum peritus. *Bagdadi* natus, atque in eo educatus est, deinde *Mauselam* transiens atque in *Adarbijanum* profectus *Chalati* commoratus est apud ipsius Dominum *Shah-Armenum*, apud eum Medici munere fungens; studiisque apud ipsum operam dederunt homines. Deinde ex istis partibus migravit ob hanc causam, quòd die quodam Regis, cùm aliquando ægrotaret, urinarium inspicienti diceret è *Tashtdaris* [i. e. ex iis qui Regis pelvim tenerent,] Heus Medice, an non illud gustas? ille tum silens, cùm è cœtu recessisset, ei clam dixit, Illi quod hodie dixisti, num causam præbuit aliquid quod ab alio quopiam audisti, an quid erat quod tibi in mentem venit? Illo respondente, Equidem mihi mentem subiit, quòd audiverim quod conditio

p. 458. urinæ probandæ sit ejus degustatio. Ita, inquit, se res habet; †at non in omnibus morbis: malè autem mihi hoc dicendo fecisti; Rex enim cùm hoc audiverit, putabit me conditionem necessariam ex iis quas ipsi inserviendo observare debueram, omisisse. Deinde ad migrandum se accinxit ob commotionem istam, metuens quid inde eveniret, postquam *Tashtdaro* isti aliquid dederat, eâ lege, nè quid ejusmodi amplius diceret. Abiens ergo *Mauselam* reversus est, opibus affluens, ibique mansit, donec è vivis excederet, cùm eò ætatis pervenerat, ut se movere non posset, visúsque ipsi deficeret; domi suæ se continuit biennio antequam moreretur. Obiit verò annos nonaginta quinque natus. Accedentes ad eum homines, apud ipsum studiis operam dederunt. Librum præclarum in arte Medicâ scripsit, cui titulum indidit *AlMochtar*, quatuor voluminibus compingi solitum. Anno sexcentesimo vicesimo, *Jomada* prioris vicesimo

Saed Ebn Tuma Medicus Christianus. octavo, die *Jovis* cæsus est *Abu'lCarm Saed Ebn Tuma Christianus, Medicus Bagdadensis*, *Amino'ddaula* cognominatus; vir egregius, medicandi peritus, prospero plerunque gaudens successu, humanitate præditus. Eo evectus est tempore *AlEmam AlNaseri*, ut Vizierorum [apud] ipsum gradu esset, cujus fidei suas & suorum facultates custodiendas committeret, eásq; apud ipsum deponeret, quémq; ad res secretas

secretas Viziero deferendas mittere soleret, & ad se semper admitteret. Optimúsque fuit intercessor, & facilis accessus. *AlEmam AlNasero* autem contigit, ut sub finem vitæ visu esset infirmiori, & sæpius hallucinaretur.†Cúmque jam in res ad ipsum delatas inquirere non valeret, fœminam quandam *Bagdadensem*, *Setti Nasim* dictam, assumptam sibi propius stitit, quæ cùm literas ipsius manu exaratis similes pingeret, secum habuit ut responsa, quæ ipsi liberet, scriberet. Cujus ea in re consors fuit Eunuchus quidam nomine *Tajo'ddin Rashik*. Fœmina ergo ista in responsis quicquid liberet scribens, aliquando rectè fecit, sæpius verò erravit. Factum est autem ut Viziero *AlKasimi*, *Mowaiad* dicto, literas scribente, redderetur responsum; in quo manifestus esset defectus. Reprimens se Vizier, ægrè illud tulit; deinde accersito Medico *Saed Ebn Tuma*, ipsum eâ de re clam interrogavit; qui cùm ipsum de Chalifæ statu, déque ipsius cæcitate, & quæ plerumque ipsi contingeret hallucinatione, certiorem fecisset, quidque in responsis dandis agerent mulier & Eunuchus, continuit se ab aliquid in plerisque quæ ad ipsum deferrentur negotiis agendo: quod cùm percepissent Eunuchus iste & fœmina, & Medicum ei illud indicâsse conjicerent, pactus est *Rashik* cum duobus militibus, ut Medicum de improviso adorti ipsum interficerent. Appellati sunt duo viri isti filii *Kamro'ddini* è militibus *Wasetensibus*. Illi nocte quâdam Medico insidiati, donec ex ædibus Vizieri prodiens in Chalifæ reverteretur, ipsum usque ad *Babo'l Galla*, [i.e. portam frumentariam] locum obscurum, insecuti, cum cultris ipsum adorti vulnerâssent, in fugam se proripuerunt; at illò ipsis visis exclamante, Prehendite eos, reversi ipsũ mactârunt, vulnerato etiam Daducho qui cum ipso erat. †*Ebn Tuma* autem Medicus domum suam abductus, ibi noctu sepultus est, & post novem menses ad sepulchrum patrum suorum translatus, in Ecclesia quæ est in *Bab-Mohawal*. Chalifa verò & Vizierus homicidas perquirentes, cognitos prehendi jusserunt; manéque noctem illam insecuto, in locum cædi [destinatum] perducti scissis primùm ventribus patibulo affixi sunt, juxta *Babo'lMedhbah*[i.e. portam lanienæ] quæ est è regione *Babo'lGalla*, [portæ frumentariæ,] in qua vulneratus fuerat.

AlDhaher Ebno'lNaser. Mortuo *AlEmam Alnasero ledinilla*, inauguratus est filius ipsius *AlEmam AlDhaher billa Oddato'ddin*,

Dyn.IX.

p. 459.

p. 460

AlDhaher. Chalifa.

Dyn. IX. *ddin, *AbuNasr Mohammed*, die secundo mensis *Shawali*, anno sexcentesimo vicesimo secundo. Fidem illi præstari jam antea fecerat pater ipsius, ut hæredi designato, eâque de re in provincias scripsit; in illis ergò in omnibus suggestis pro eo unà cum patre oratum est, atque ita aliquandiu se res habuit: deinde ab eo aversus est, sibi ab eo metuens, cùm audax esset, fortis, iracundus, res altas animo versans; noménque ejus quasi successoris destinati è concionibus tolli jussit, ipsúmque in vinculis detentum arctè habuit, affectu propendens in fratrem ipsius natu minorem, *AlEmir Alim*; nisi quod ipsum successorem non declararet. Factum est autem ut fato cederet *AlEmir* Ali f. natu minor, vivente adhuc patre, relictis filiis parvulis, quos **Toshtarum* misit. Sciens ergo *Emam* Al*Naser* nullum sibi superesse filium, qui in Chalifatu succederet, præter ipsum; eum testamento hæredem designavit, eique fidem ab hominibus præstandam curavit, cùm ipse adhuc in carcere detentus esset; erátque plebs *Bagdadensis* affectu in eum prono. Mortuo ergo † *AlNasero* imperii Principes ipsum eductum Chalifam salutârunt. Ille verò cùm inauguraretur, Quomodo, inquit, convenit ut quis officinam aperiat vespere appetente? Annum quinquagesimum excessi, & jam Chalifatum suscipiam? Deinde verò justitiam & fidem ostendit, quæ satis laudari nequit. Sublatâ injustitiâ multas hominibus facultates & possessiones insignes restituit, quæ ipsis vi ablatæ fuerant: multa etiam tributa remisit, quæ recenter imposita fuerant, & homines metu, cui tempore patris sui assueti fuerant, liberavit; adeò ut felicitatem suam ostentarent, abstinerentque homines nefarii à delationibus. Quin & pontem alterum *Bagdadi* grandem novum struxit, magnis sumptibus; ita ut jam *Bagdadi* duobus pontibus jungeretur *Tigris*: neque ita se habere destitit ipsius dominium, justum sc. & securum, ex quo Chalifatui præfectus est, donec obiret decimo quarto mensis *Rajebi*, anni sexcentesimi vicesimi tertii, cum novem mensibus eo munere functus esset.

*al. *Shoshtarum*.

p. 461.

Sectio.

Yusef Ebn Yahya Medicus *Judæus*.

Eodem anno è vita discessit *Yusef Ebn Yahya Ebn Isaac Sabtensis Mogrebinus*. Medicus hic fuit ex incolis* *Phares*. Philosophiæ studio diligenter

*fors. *Kades*.

diligenter incubuit, ejusque peritiam aliquam consecutus est. In aliquibus etiam Matheseos partibus laudabilem operam posuit; quod didicerat, in promptu habuit, cùm de rebus istis disquireretur. Cùm *Judæi* in istis partibus ad religionem *Islamiticam* suscipiendam aut migrandum compellerentur, religione suâ celatâ in *Ægyptum* cum facultatibus suis abiit, ubi cùm *Mosem Ebn Maimon Cordubensem, Judæorum* in *Ægypto* principem, convenisset, aliquid apud eum legit, rogavitque ipsum † ut Astronomiam *Ebn Aphlab Hispani*, quam secum *Sabta* attulerat, corrigeret: ei ergo corrigendæ & concinnandæ ipse & *Moses* mutuam navârunt operam. Ex *Ægypto* in *Syriam* profectus *Halebi* sedem fixit, ibique commoratus possessionem [urbi] vicinam emit, atque uxorem duxit: operam Medicis Principis privatis sub imperio *AlDhaheri Halebi* collocavit. Acumine acrique ingenio præditus fuit. Inquit *AlKadi AlAcram*, Inter me & *Josephum* istum diutina intercessit amicitia; ei autem die quodam dixi, Si sit animæ [post hanc vitam] duratio, atque in ea rerum extra se statum post mortem intelligat, Pactum mecum ineas, ut si ante me moriaris, ad me venias; atq; ego, si ante te mortuus fuero, ad te veniam. Esto, inquit: egóq;, ne hoc negligeret, monui. Mortuus autem biennio sic mansit. Deinde in somnio ipsum vidi in templi atrio extra illud storeæ insidentem, vestibus novis candidis *Nasasiensibus* indutum; cui ego, Annon tecum pactus sum, ut ad me veniens mihi indicares, quid tibi contigisset? Ille ridens, faciem avertit, me autem manu ipsum prehendente, dicentéque, Necesse est ut mihi dicas, quomodo se res post mortem habeant, respondit, Universale se universo adjunxit, Particulare cum parte mansit. Intellexi ergo quomodo se haberet, ac si innuisset Animam universalem in mundum universi reversam esse, corpus autem particulare mansisse in parte, quod est, *centrum terrenum. Expergefactus autem, miratus sum elegantiam conceptus ipsius. Rogo autem † Deum veniam, cùm ad ipsum post mortem reversuri simus.

Dyn. IX.

p. 462.

* *al.* compositum.

p. 463.

AlMostanser Ebno'l Dhaher. Mortuo *AlEmamo'lDhaher-beamrilla*, inauguratus est filius ipsius *AbuJaafar AlMansur*, atque *AlMostanser Billa* cognominatus. Inauguratus est eodem die quo obiit pater ipsius. Quamprimum autem publicè in ipsius obsequium juratum est, publicè in hominum conspectu obequitavit. Atque

Dyn. IX. morem hunc diu observavit, nè cùm obequitaret, clam populo id faceret. Justitiæ etiam actionúmq; laudabiliū duplo plus quàm fecerat pater, exhibuit; plus etiam in eleemosynas quàm antecessorum quispiam erogavit. Extrui etiam jussit Collegium, quod *AlMostanserlah* audit, cui non aliud in mundo par extructū est. Extructum siquidē est optima quæ describi potest ratione quod ad formam, materiam, amplitudinem, ornamenta, studiosorum numerum , & reditus ei assignatos. Assignavit autem illud quatuor sectis [legis *Mohammedicæ*,] quatuór in eo prælectoribus constitutis , viz. singulis sectis prælectore; & legis studiosis trecentis, in unaquaque sc. sectâ septuaginta quinque: quibus & salaria menstrua constituit , panísque & cibi quantum unicuique studioso sufficeret, & amplius. Extruxit etiam illis intra Collegium balneum ipsis proprium, & Medicum assignavit peculiarem, qui quotidie mane accedens illos inviseret; Apothecam etiam in qua essent omnia ciborum parandorum genera, aliámque in qua omnia potulentorum & medicamentorum. Anno sexcentesimo vicesimo quarto è vivis excessit *AlMalec AlMoaddham*

p. 464. *Isa Ebno'lMalec AlAdel Damasci* Dominus, † finiente mense *Du'lkaada*, annos natus quadraginta octo; vir animo excelso. Cessit regnum ipsius in *Damascum*, *Hierosolymam*, & regiones maritimas,

AlNaser Rex *Damasci.* filio ipsius *AlMalec AlNasero Salaho'ddino Dawudo.* Stabilitóque ipsius in loca illa regno, coram eo Ephippii tegumentum gestârunt patrui ipsius, *AlMalec AlAziz* & *AlMalec AlSaleh.* Eodem anno reversus est *JingizChan* ex regnis Occidentalibus, in sedes suas priscas Orientales; cúmque inde in regiones *Tancut* profectus esset, accidit illi morbus ex putredine aeris istius noxii. Ingravescente autem morbo, filiis suis *Jogataio*, *Ogtaio*, & *OlugoNowaino*, [principe,] *Colcano*, *Jaurochtaio*, & *Urdjaro* accersitis, Certò, inquit, novi me ex hoc mundo migraturum, cùm impares sint vires meæ cruciatibus, quos sentio, ferendis. Necesse autem est ut substituatur aliquis, qui regni, eo quo est statu custodiendi, ejusque tuendi curam gerat. Vobis verò plus unâ vice indicavi filium meum *Ogtai* huic rei idoneum esse, ob illud quod perspectum habui de præstantia judicii ejus solidi & prudentiæ manifestæ. Ac jam ipsum mihi successorem constituo, omnibusque quæ in potestate meâ sunt regnis præficio, quæ ergo est vestra de hoc, quod mihi maximè expedire visum est, sententia?

In

In genua igitur procumbentes Filii & *Nowaini* [Principes] prædicti; *JingizChan*, inquiunt, Dominus est collorum [nostrorum,] nósque ei servi obsequentes morigeri. Quicquid ille mandaverit, ex voluntate & præscripto ipsius fiet. Cùm autem jam præcipiendi finem fecisset, † ingravescente ipsius dolore vitam finivit quarto mensis *Ramadani*, anno sexcentesimo vicesimo quarto; cùm circiter viginti quinque annos regnâsset. Filii igitur & Principes ad reliquos filios & Principes nuntios miserunt, ut in *AlKuriltaï*, i.e. Concilium magnum convenirent. Anno sexcentesimo vicesimo quinto, intercesserunt nuntii inter *Francos* & *AlMalec AlCamelum* de pace petendâ: atque de hoc inter eos convenit, ut *Hierosolyma Francis* dederetur, quam cum multis aliis locis e regionibus maritimis acceperunt. Hac autem in re ideo illis annuit *AlCamel*, quòd multitudinem exercituum ipsorum auxiliorúmque, quà virorum, quà pecuniarum, quæ mari ad ipsos pervenerant, videns, ditionibus suis metueret, nè vi ipsi eriperentur; ideóque illos hoc facto placavit. Anno sexcentesimo vicesimo sexto perfectum est filiorum & Principum *Mogulensium* concilium, advenientibus è partibus * *Kapjaki* filiis *Tushi*, *Hordu*, *Batu*, *Siban*, *Tancut*, *Barcah*, *Barcajar*, *Bogatimur*, *Aknas*, & *Jogatai*: ex partibus *Anmil*, *Ogtaï*; ex partibus Orientalibus patruo ipsorum *Utacin*, *Belcataï Nowain*, *Aljattaï Nowain*, & *Olug Nowain*. Filii autem minores in *GingizChani* Orda erant. Hi cùm omnes tempore verno cum exercitibus suis convenissent, tres dies continuos lætitiæ indulserunt: deinde quid in mandatis dederat *JingizChan*, & quomodo testamento successorem constituerat† *Ogtaium*, publicârunt. Omnes igitur *JingizChani* mandatis obsecuti sunt, eúmque dignum imperio agnoverunt. *Ogtaï* verò imperium sibi rescindi petiit, dicens, Licèt patris mandato contradicendum non sit, hic tamen frater est me major, sunt & Patrui qui eo præ me digni: illi verò illud ei remittere nolentes, hoc constanter asseverârunt, Patris decreto necessariò obtemperandum, atque hoc asserentes quadraginta dies perseverârunt, non cessantes illum suppliciter rogare, eique petendo instare, donec ipsis annueret; qui tum capita aperuerunt, balteósque suos humeris injecerunt. *Jogtaï* autem frater ipsius natu maximus, manu dextrâ prehensum, & *Utacin* patruus, sinistrâ, throno regio collocârunt, cognomine *Kaan* ipsi imposito:

Dyn. IX.

Moritur JingizChã.

p. 465.

* al. Kaphjaki.

p. 466.

Ogtaï Kaã.

Dyn. IX. posito: cúmque *Olug Nowain* poculo vini ei porrecto, bibendum dedisset, qui aderant omnes tam intra quàm extra tentorium novies in genua procidentes, ei comprecati sunt; deinde omnes egressi ter in genua versùs Solem prociderunt. *Olug Nowaino* verò poculum præbendi munus propriè pertinebat, quòd is filiorum *JingizChani* minimus esset. Apud *Mogulenses* autem in more positum est, ut filius natu minimus nihil sortiatur, nec domo patris sui exeat; cúmque moriatur pater, domui administrandæ præsit. Istis igitur quadraginta diebus dicere solebat *Ogtaï*, *Olug Nowain* familiæ Dominus est, eique administrandæ magis assuetus, reique Oeconomicæ multo me peri-
p. 467. tior; expedit ergò † ut rem hanc ei committamus: ideóque omnes
*vel, prompte ei detulerunt. obsequium * apertè testando prævenit. Porro Principes è filiabus suis quadraginta virgines eximias *Kaani* usui idoneas seligentes, eas ornamentis splendidis instructas, equisque generosis vectas in ipsius ministerium adduxerunt. His peractis ad res regnorum firmandas animum appulit, & *Jurmagunum* triginta Equitum millibus instructum in *Chorasani* partes misit, & *Sontaium Bahaderum* cum pari militum numero in partes *Kaphjak*; *Saksinum*, & *Ilgarum* cum aliis *Tobbatum* versùs: ipse in *Chataiæ* regiones contendit. Anno sexcentesimo vicesimo septimo, sub ejus initium, *Soltan Jalalo'ddin Chowarezm Shah*, castris ad *Chelatum* positis, urbem arctissimâ obsidione cingens ibi hybernavit, contráque ipsam viginti ballistas fixit, qua mari adjacet. In ea erant bini *AlMalec AlAshrafi* fratres, *Takio'ddin Abbas*, & *Mojiro'ddin Yakub*, necnon *Emir Hosamo'ddin AlKaimari*, & *Ezzo'ddin Ibeg*, *AlAshrafi* servus. Continuata autem est contra *Chelatenses* obsidio, arctéque eos habuit, donec canum carnibus vescerentur, veniretque panis libra *Damascena* aureo *Ægyptia-*
Jalalo'ddin Chalatum expugnat. *co*. Urbem igitur & castellum sibi dedita accepit *Chowarezm Shah*. *Hosamo'ddin Kaimarensis* autem fugâ se surripiens, solusque equo evadens ad castellum *Kaimar* pervenit; inde in obsequium *AlMalec*
p. 468. *AlAshraf Rakkam* se recepit. *Ezzo'ddin Ibeg* autem, & † *Takio'ddin*, & *Mojiro'ddin* apud *Chowarezm Shahum* manserunt, unà cum eo obequitantes pilâque ludentes. Hujus rei ubi ad *AlMalec AlAshraphum* fama pervenisset, ille commotus, cum equitum turma *Abolostainam* contendit, à qua aliquot parasangis ipsi obviam venit *Rumaa* Princeps *Ala'ddin Kaikobad:* qui cùm convenissent, assecuti

sunt

sunt *AlMalec AlAshraphum* exercitus sui; *Aladdino* etiam cum Dyn.IX.
copiis suis prodeunte unà *Akshahrum* pervenerunt. Cúmque *Chowarezmius Chelato* egressus cum quadraginta militum millibus iis obviam ivisset, concurrentes acerrimum die Veneris prælium commiserunt, in quo cùm victoria *AlAshrapho* & *Rumææ* Domino cessisset, Sabbati noctem ordinibus uti erant constitutis transegerunt, donec diluculo die Sabbati iterum concurrentes manum consererent; *Chowarezmius* autem magnâ clade affectus in fugam se dedit, cæsâ sociorum ipsius multitudine, quorum numerum Deus solus novit, totidem in fugam versis, totidem captis. Qui fugerunt, ad montes usque *Trapezuntii* pervenerunt, ubi in præcipitium ceciderunt viri mille & quingenti. Ipse *Chowarezm* Shah *Chartabertum* versus tendens, eò diei & noctis spatio pervenit, solúsque evasit; inde in *Persarum* regiones profectus *Chowaia* substitit. Jam antea autem *Takio'ddinum Abbasum AlAshrafi* fratrem compedibus vinctum *Bagdadum* muneris loco miserat; quem Chalifa *AlMostanser* honore affectum ad *AlAshrafum* remisit. *AlAshraf* autem *Chelatum* perveniens, res in ordinem redegit, [urbémque] restauravit: deinde legato ad *Chowarezm Shahum* misso rogavit ut qui penes ipsum essent † captivos benè tractaret; cui ille respondit, Penes me, inquit, è vobis Reges sunt, apud vos è nostris servi; quod si pacem amplecti vobis libeat, assensurus sum. Respondit *AlMalec AlAshraph*, Tu in regionibus nostris quod à te factum est fecisti, neque malum aut turpe factu aliquid omisisti, quin illud patraveris, regionibus vastatis & fuso sanguine. Quod si pacem velis, urbibus à te vi captis, quæ patris tui non fuerunt, cede, ut dirutas restauremus. Quod autem dicis apud te esse è nobis Reges, fratrem meum *Mojiro'ddin Yakub*, qui apud te est, nos mortuum supponimus, cujus vicem supplent alii fratres mei. Nos Deo gratias, quà domestici, quà filii & propinqui, plus quàm bis mille Equites sumus; Tu verò prole destitutus, nè unum habes: quin & ponè te multi sunt hostes. Hoc responsum referente nuntio, noluit *Chowarezmius* iis quæ ab ipso petiit annuere, neque compositæ sunt inter ipsos res. *Ezzo'ddin Ibegum* verò in carcerem conjecerat *Chowarezm* Shah in arce *Echtamar*; illum jam accersitum morte affecit. Deinde nuntio ad eum delato *Jurmagun Nowainum* ad ipsum contendentem *Ammawaihi* fluvium transiisse,

p. 469.

Dyn. IX. *Tabrizum* profectus ad *Chalifam* legatum, alterumq; ad AlMalec AlAshrafum misit, unáq; uxorem Principis *Hosamo'ddini Kaimariensis*, quam *Chelato* captivam abduxerat, necnon legatum ad *Soltan* Ala'ddinum *Rumeæ* Dominum, petens ut copias conflarent, monénsque de magnis *Tatarorum* copiis summâque ipsorum audaciâ & † nequitiâ, cúmque ipse è medio sublatus foret ipsos impetui eorum sustinendo impares futuros, se instar aggeris ab *Alexandro* extructi eos ab ipsis repellere; consultissimum ergo fore ut quilibet eorum turmis aliquot è copiis suis ipsi auxilium ferrent, quo firmatis suorum animis hostem averteret, ut recedere cogeretur: multáque hujusmodi dixit, ipsos inclamans qui illi non responderunt, opémque petens quam illi ferre recusarunt. *Ormiæ* ergò hyemem transegit, ipsis etiam hybernantibus. Vere autem in *Diyar-Becri* partes profectus tempus transegit voluptatibus, lusui, vino, & hilaritati indulgendo, quasi mundo ejusque regno evanido valediceret. Dumque in his esset se oblectans, imò decipiens, de improviso noctu in eum irruit *Baimas Nowain* cum exercitu suo; ille se excitare conatus, *Mogulensium* ignibus propè locum in quo ipse esset conspectis, *Emir Urchanum* jussit congregatis sibi copiis quibusdam, *Mogulensibus* mane negotium facessere, aliàs progrediendo, aliàs recedendo. Ipse interim cum tribus è servis suis per montes *Diyar Becri* errans, fugit. Mane autem facto rati *Mogulenses Jalalo'ddinum Chowarezm Shahum* inter eos [milites sc.] esse, instanter eos petierunt, vestigia coram ipsis fugientium prementes: deinde illum cum eis non esse certiores facti, recesserunt. *Jalalo'ddinum Chowarezm Shahum* verò in monte quodam *Amidæ* adorti è *Cordiis* quidam, cùm ipsum non nôssent, sed quendam è militibus *Chowarezmiensibus* esse putarent, ipsum cum duobus servis trucidârunt, † eorum vestibus, equis, & armis inhiantes. Hoc autem inde notum factum est, quòd paulò pòst quidam *Cordorum* istorum *Amidam* ingressus est, armis quibusdam *Jalalo'ddini* indutus, quæ cùm agnovisset servus ipsius quidam, qui ad *Amidæ* Dominum se receperat, prehensus *Cordus*, quæstione habitâ, confessus est quid à se & sociis suis factum fuerat: eos ergo adductos irâ in ipsos concitatus morte affecit. Aiunt autem quidam, illum qui interfectus fuit, *Jalalo'ddinum* non fuisse, sed ipsius Armigerum; ipsum enim tunc nec arma gessisse, nec vestibus

Margin notes: p. 470 (beside "que de magnis Tatarorum"); Jalalo'ddin occisus. (beside "esse certiores facti"); p. 471. (beside "rent, ipsum cum duobus")

bus solitis indutum fuisse, sed habitu *Sufi*, ut & ipsius comites: ideóque commenti sunt homines *Jalalo'ddinum* in hac & illa regione aut urbe visum esse, donec tandem anno sexagesimo quinquagesimo secundo factum est ut Mercatorum cœtu *Jihonem* fluvium transeunte, qui ibi erant *Karaguli*, i. e. viarum custodes, suspectum haberent pauperem quendam ignotum, qui, quæstione de se habitâ, confessus est se *Jalalo'ddinum Chowarezm Shahum* esse; cúmque prehensum iterum atque iterum torquerent, atque interrogarent, ab eo quod dixerat non recessit, donec sub cruciatu moreretur. Quod si is non esset, eousque tamen illud asseruerit; haud dubitandum est diversa esse insaniæ genera. *Kaan* autem jam in imperio confirmatus, ita ut ipsi obsequerentur omnes *Mogulensium* exercitus, tam qui longiùs quàm qui propiùs abessent, secum statuens *Chataiæ* regiones sibi subjugare, fratres suos *Jogataium* † & *Olug* *Nowainū*, unáq; reliquos filios; præmisit cum exercitibus ingentibus: qui profecti castris primò ad urbem* *Charaja benu yakasin* appellatam positis, eam quadraginta diebus obsidione cinxerunt. In ea erant decem equitum *Chataiensium* millia; qui cùm se *Mogulensibus* impares viderent, conscensis quas sibi paraverant naviculis fugerunt. Urbis verò incolæ se in fidem recipi petentes, recepti sunt. *Mogulenses* autem, cùm apud ipsos præfectos constituissent, reliqua loca petierunt. Porro *Kaan* fratrem suum *Olug Nowainū* ipsiúsq; filium *Cajucum*, copiis instructos, cum decem equitum millibus sibi præmisit; ipse illos insequens tardius progressus est, exercitum maximum ducens. *Altun Chan* autem *Chataiorum* Rex exercitu centies mille fortissimorum militum suorum conflato, Principe è suis quodam præfecto, illos *Mogulensibus* obviam misit: qui cùm ad ipsos pervenissent, eos, quòd tantò inferiores numero essent, contemptui habuerunt, levique penderunt, eósque sicut erant ad Regem suum *Altun Chanum* abducere voluerunt, quò ipsum anxietate suâ liberarent; ideóque illos circulo facto quasi venando captabant. *Mogulenses* autem eos pugnis subinde intermissis distinuerunt, ac spem sui fecerunt, donec advenirent quæ cum *Kaano* erant cohortes; quibus in *Chataiorum* exercitum irruentibus, pauci admodum evaserunt. Erat tunc temporis *Altun Chan* in urbe * *Namcinc* vocitata, qui ubi ad ipsum pervenerat de eo quod sociis suis fortissimis acciderat nuntius,

Dyn. IX. p. 472. * al. *Chuja*; * al. *Namlic.*

Dyn. IX.

Altun Chan Chataiæ rex victus se suósque incendio tollit.

tius, metu perculsus spem vitæ mundanæ abjecit, † filiisque, uxoribus, & omnibus sibi charis convocatis, ubi domum quandam è lignis constructam ingressi essent, ignem injici jussit, quo ipse, unà cum illis qui cum ipso fuere, periit, dedignatus in *Mogulensium* manus captivus incidere. Exercitus autem *Mogulenses* urbem ingressi, eâ direptâ, puerisque & puellis captivis factis, reliquos in fidem receperunt. Alias etiam urbes celebres ceperunt, in quibus *Kaan* præfectos constituit: deinde in loca sua antiqua reversus, ibi urbem extruxit, quam *Ordu Balik* appellavit; quæ eadem est urbs *KaraKuram*, in qua turbam è *Chataiæ* & *Turkestani* incolis, *Persisq;* & *Mostarabibus* collocavit. Interea autem dum ob devictas *Chataiorum* regiones lætitiæ indulgerent, vitam finivit *TuliChan*, fratrum *Kaano* maximè charus; ob quod maximâ affectus est tristitiâ: jussitq; uxorem ipsius, *Sarcutna Bigi* appellatam, *Ung Chani* fratris filiam, exercituum regimini præesse. Erant [fœminæ] isti quatuor filii, *Muncaca*, *Kubelai*, *Hulacu*, *Arigbuga*. Illa autem cum filiorum educandorum, tum sociorum regendorum optimè curam gessit: fuitque prudens, fidelis, religionem *Christianam* amplexa, Metropolitas & Monachos summo in honore habens, ipsorúmque benedictionem petens. De fœmina ita comparatâ dixit Poeta,

Ordu Balik, quæ & Kara Kurã condita.

Si essent Fœminæ instar hujus, Fœminæ quidem Viris præcellerent.

Paulò pòst obiit etiam frater natu maximus, nomine *Tushi*, qui septem reliquit filios, viz. **Temsal*, *Hordu*, *Batu*, *Sibkan*, †*Tancut*, *Borcah*, *Barcajar*. Inter hos *Batuo* dedit *Kaan* regiones septentrionales, nempe regiones *Sclavorum*, *Allaniam*, *Russiam*, & *Bolgariam*; qui, castris ad ripam fluvii *Ateli* positis, in partes illas incursiones faciens, ad hominum ducenta & septuaginta millia occidit; quod constitit ex occisorum auribus, quas *Kaani* decreto morem gerentes præciderant. Dederat enim ille in mandatis, ut cuilibet ab illis interfecto aurem dextram præciderent. *Batu* autem, quæ ad *Sclavos* spectarent peractis, ad partes *Constantinopolis* invadendas se accinxit: quod cum auditione accepissent *Francorum* Reges, illi unanimiter congregati *Mogulensibus* in *Bolgariæ* finibus occurrerunt; ubi frequentium quæ commiserunt præliorum exitus fuit, ut victi *Mogulenses* terga darent, atque in fugam se converterent; adeò ut ab his incursionibus reversi, haud iterum ad hunc usque diem *Græcorum* *Francorúm*ve regiones aggressi fuerint. Anno sexcentesimo tricesimo *Soltan* Alao'd-

*al. *Temthal.*

P. 474.

din Caicobad Rumæa Dominus missis ad *Kaanum* legatis obsequium Dyn. IX.
illi detulit; quibus *Kaan*, De summa, inquit, *Alao'ddini* prudentia, quantúmque consilio polleat, audivimus, si ergo ipse ad nos accesserit, nobis acceptus erit, & honore afficietur, eumque *AlEchtajiæ* muneri apud nos præficiemus, ditionum suarum reditibus ipsi cedentibus. Quod responsum cùm retulissent Legati, mirati quotquot audirent, inde de *Kaani* superbiâ indicium sumserunt. Eodem anno † *Alao'ddin Chelatum* & *Sarmaraiam* *AlMalec Ashrafo* abstu- P. 475.
lit: *AlAshraf* autem urbem *Hesno'lMansur* hostiliter aggressus invasit. *AlCamel* urbe *Amedâ* ipsius Domino ablatâ, ejus loco oppida quædam in *Syria* ipsi dedit. Eodem è vivis excessit *Modhaffero'ddin Cucberi Ebn Zino'ddin Ali Cuchuk Arbelæ* Dominus, mense *Ramadano*, *Meccamq;* asportatus ibi sepultus est; atque *Arbelæ* præfectus est nobilis quidam nomine *Abu'lMaáli Mohammed Ebn Nasr Ebn Salaya*, nomine Chalifæ *AlMostanseri*. Anno sexcentesimo tricesimo primo obiit *Nasero'ddin Mahmud Ebno'lKaher Ebn Nuro'ddin Mauselæ* Dominus, pervenitque à Chalifa Diploma de *Badro'ddino Luluo* præficiendo; pro eo ergo ut *Soltano* in suggestis oratum. Anno tricesimo secundo *Soltan Alao'ddin* urbem *Roham* obsessam vi cepit, quam ingressi *Rumæi* triduo gladio sævientes, tam *Christianos* quàm *Mohammedanos* trucidârunt, stragem & rapinam exercentes; redactique sunt *Rohenses* ad inopiam, adeó ut nihil omnino possiderent: direptæ sunt etiam Ecclesiæ, ablatis qui in iis fuerant libris, & crucibus, vasisque aureis & argenteis. *Harranenses* autem arcis ejusclaves attulerunt, adeò ut eam deditione acciperent: *Rakkam* etiam & * *Biram* occupârunt. Ubi autem *Rumæorum* exerci- * al. *Bashâ*.
tus inde recesserat, *AlMalec AlCamel Roham* contendens eam quatuor mensibus obsessam cepit, & turrim quandam magnam † in ejus P. 476.
castello diruit. *Rumæos* autem, qui eam ingressi fuerant, binos singulis camelis impositos in *Ægyptum* compedibus vinctos misit. Anno sexcentesimo tricesimo tertio *Tatari* percursatâ regione *Arbelæ* in regionem *Ninives* transeuntes castra posuerunt juxta rivum oppidi *Tarjalah*, & *Carmalis*. *Carmalisi* autem incolæ fugientes Ecclesiam ejus ingressi sunt; cui cùm duæ essent portæ, eam ingressi *Mogulenses*, Principes è suis duos, ad utramque portam unum, cùm statuissent, populo ex Ecclesia exeundi copiam fecerunt. Quotquot autem

alterâ

Dyn. IX alterâ portarum egressi sunt, interfecerunt; qui alterâ egrederentur, Princeps, qui ad istam portam erat, dimisit, vivósque conservavit, mirantibus illud hominibus. Anno sexcentesimo tricesimo quarto, obiit *Soltan Ala'ddin Caicobad* morte subitaneâ: quippe cùm convivium magnum fecisset, cui aderant Principes præcipui cum ipsorum asseclis & maximâ exercitus parte, dum hilaritatem & lætitiam præ se ferret, déque magnitudine regni quod consecutus fuerat, gloriaretur, ecce, dolorem quendam in visceribus sensit, & diarrhoeâ correptus, cùm secessum peteret, magnam excrementi purè sanguinei copiam emisit, statimque deficientibus illi viribus, secundo, postquam hoc illi contigerat, die mortuus est, cùm annos octodecim regnâsset. Vir fuit prudens, temperans, fortis, in asseclas & Principes suos severus. Fuerat ante ipsum *Seljukidarum* imperium præ discordiâ,

P. 477. quæ inter filios † *Kelij Arslani* orta fuerat, luxatum; ubi verò ei præfectus est *Ala'ddinus*, ille pristinam ei magnitudinem reddidit, & disciplinam restituit: ipsiusque reverentiam hominum animis immisit Deus, adeò ut ipsi morem gererent; latéque admodum diffusum est ipsius regnum, submittente se ei mundo, ac merito Rex Mundi appellatus est; accedentésque ad eum Reges, ipsi obsequentes se præbuerunt; corde autem duro erat. Eo mortuo, Principes adducto filio ipsius *Gijatho'ddino Caichosrawo* juramentis præstitis fidem obstrinxerunt. Eodem [anno] obiit *AlMalec AlAziz Ebno'l Malec AlDhaher Ebn Salaho'ddin Halebi* Dominus, cui successit filius ipsius *AlMalec AlNaser Salaho'ddinus*, Regum *Ayubidarum* ultimus, quem interfecit *Hulacu*, anno sexcentesimo quinquagesimo octavo. Eodem, viz. anno tricesimo quarto, mense *Shawalo*, aggressi sunt *Tatari* urbem *Arbelam*, cujus incolæ cùm in ejus arcem confugissent, eam quadraginta diebus obsederunt *Tatari*; deinde acceptâ pecuniâ inde recesserunt. *Gijatho'ddin CaiChosraw* cum imperio in *Rumæorum* ditione præfectus esset, in *GayerChanum Chowarezmiorum* Principem manus injecit. Reliqui ergò *Chowarezmii* cum Principibus suis fugerunt. Dum autem per *Malatiam*, *Cachtinum*, & *Chartabertum* transirent, *Saifo'ddaulam SubBasham* ceperunt, & * *Babarmirum Chartaberti SubBasham* interfecerunt; *Somaisati* etiam regione direptâ in *Sowaidam* transiere: at cùm *AlMalec AlNaser Halebi* Dominus ipsis loca interamnia, viz. *Roham*, *Harranum*, cæteráque assignâsset,

* al. *Tabarmirum.*

Dyn. IX.

p. 478.

AlAshraph & AlCamel moriuntur.

gnâsset, à vastatione & direptionibus abstinuerunt. Anno sexcentesimo tricesimo quinto obiit *AlMalec* † *AlAshraf* f. *AlMalec AlAdeli* f. *Ijubi*, *Damasci*, annos sexaginta natus. Fuit autem munificus, liberalis, mundi delitiis ejúsque voluptatibus deditus, quique vitæ jucunditatem [sectando] tempora sua transegit. Eodem mortuus est etiam *Damasci AlMaleç AlCamel* filius *AlMalec AlAdeli* f. *Ijubi*, *Ægypti* Dominus, ibidémque sepultus, annos septuaginta natus. Fuit vir prudens, præcellens, optimæ disciplinæ, felicis in plerisque successus, recti consilii, summæ gravitatis, alta animo volvens; virtutum iisque deditorum amans. Eodem, *Tatari* in *Erakum* factâ incursione usque ad *Bagdadi* fines pervenerunt, ad locum *Zancabad* dictum & * *Sumarraiä*: adversùs quos cū copiis suis prodeuntes *Mojahedo'ddin Dowaidar*, & *Sharfo'ddin Akbal* Pocillator, *Mogulensibus* obviam facti eos profligârunt; veriti autem nè reverterentur, machinas bellicas in *Bagdadi* muris collocârunt. Sub hujus anni finem, *Tatari* in *Bagdadi* provinciam reversi *Chanekinum* usque pervenêre; quibus obviam euntes *Bagdadi* exercitus victi sunt, *Bagdadumq́;* fugientes reversi, postquam magna eorum multitudo occidisset. *Mogulenses* autem amplis potiti spoliis reversi sunt. Eodem magna & terribilis accidit *Bagdadi Tigris* inundatio, quâ multæ submersæ sunt domus, duóque navigia obruta, in quibus quinquaginta circiter homines perierunt. Anno sexcentesimo tricesimo septimo, *Soltano Gijatho'ddino* copias in *Armeniam* mittente, à † *Rumæorum* ditione invadenda abstinuerunt *Mogulenses*. Anno sexcentesimo tricesimo octavo in *Amasia* è *Rumæorum* ditionibus prodiit *Turcomannus* quidam, qui Prophetiam sibi vendicavit, *Babam* se vocans, qui multitudinem è [tribu] *Gagah* præstigiis & visu miris, quæ ipsis ostendit, in errorem seduxit. Fuit & ipsi discipulus nomine *Isaak*, Doctorum habitu indutus, quem in *Rumæa* partes misit, ut *Turcomannos* ad se invitaret. *Isaak* iste in *Somaisata* regionem perveniens publicè ad *Baba* sectam amplexandam homines invitavit; multisq; eum secutis, *Turcomannis* præsertim, magna conflata est ei multitudo: pertigit enim eorum qui cum ipso erant numerus, ad sex equitum millia, præter pedites. Hi omnibus, qui ipsis contradicerent, nec ut illi dicere vellent, *Non est Deus nisi Deus ille*, Baba *Apostolus Dei*, bellum inferentes, magnam hominum tam *Moslemi-*

Tatari victi in Erako.

* al. *Sarmanraiam.*

vincunt.

p. 479

Baba Pseudopropheta.

ejus discipulus Isaak.

Dyn.IX. *orum* quàm *Christianorum*, ex *Hesno'lMansuri*, *Cachtini*, *Gargari*, *Somaisati*, & regionis *Malatiæ* incolis, qui illos sequi nollent, trucidârunt; omnes etiam qui illis occurrerunt exercitus profligârunt, donec ad *Amasiam* pervenissent. *Ala'ddinus* ergo adversùs eos exercitum misit, in quo *Francorum*, quos sibi obsequentes habuit, turba erat, qui cum illis prælium commiserunt. *Moslemiorum* enim copiæ eos pugnâ aggredi non ausi refugerunt præ opinione de illis animo concepta. *Franci* ergo, ponè positis *Moslemiis*, cùm bellum contra rebelles in se suscepissent, ipsis in fugam conjectis gladio in eos sævientes omnes perdiderunt; duósque Doctores *Babam* & *Isaakum* ceperunt, quibus capite plexis liberati sunt homines ab eorum noxa. Anno tricesimo nono *Jarmagun* † *Nowain* urbem *Arzen-Rumam* obsessam cum vi cepisset, multos incolarum neci dedit, captivis factis eorum liberis, atque undique populatione grassatus *Senan* ejus *SubBasham* interfecit. Anno sexcentesimo quadragesimo *Soltan Giyatho'ddin CaiChosraw* in *Armeniam* contendit cum magnâ hominum multitudine, atque apparatu bellico, qualis à nemine factum est: [viz.] cum suis, *Græcorum*, *Francorum*, *Gorgianorum*, *Armenorum*, & *Arabum* copiis ad bellum *Tataris* inferendum. Occurrerunt que exercitus in partibus * *Arzegani*, loco dicto *Cusadag*. Ipso autem statim initio quo pugnam aggressi sunt, *Moslemii*, & qui cum iis erant *Christianorum* exercitus, metu consternati recesserunt, & fugientes terga dederunt: *Soltan* ergo attonitus in fugam se conjecit, uxoribúsque & liberis à *Cæsareâ* abductis ad urbem * *Ankudam* profectus ibi se munivit. *Mogulenses* autem toto die isto loco se continuerunt, progredi non ausi, quòd insidias ibi positas suspicarentur; cùm nihil vidissent in pugna quod illis, qua erant gentium diversarum multitudine, fugæ causam præberet: at cùm de vero rei statu certiores facti essent, per *Rumææ* regiones diffusi primo juxta urbem *Siwasam* confidentes ipsam deditione acceperunt; opibus incolarum pro vita ipsorum acceptis, instrumentis quæcunque ibi reperirent bellicis, igne absumptis, dirutisque mœnibus. Inde ad urbem *Cæsaream* profecti sunt, cujus incolæ aliquot diebus armis confixerunt: tum deficientibus illos viribus in eam vi captam gladio sævientes, magnates & divites è medio sustulerunt, tormentis ad opes suas retegendas adactos; fœminis & liberis captivis abductis, † & dirutis

Marginal notes: uterq; capite plectitur. — p. 480. — *al. *Arzenjani*. — *Giyatho'ddin* à *Tataris* fugit. — * al. *Ancyram*. — p. 481.

diru is mœnibus, reversi sunt; in reliquas *Soltani* regiones haud ulterius progressi. *Malatiæ* autem incolæ, audito quid *Cæsareæ* fecerant *Tatari*, metu & pavore turpissimo affecti sunt. Ejusque Princeps *Rashido'ddin* * AlChowaini celeri se cum suis fugâ subducens *Halebum* contendit; eodémque modo quicunque è viris primariis fugere poterant. Ex eorum numero qui exire cum familiis suis cupiebant, erat etiam pater meus qui ideò jumenta adduxerat. Erat autem nobis mulus sellarius, cui cùm clitellas injicere vellent, quo ei onus imponerent, ille concitatus aufugit: quem cùm per plateas sectarentur, prehendere cupientes, dictum est, Juvenes quosdam è vulgo portam urbis aggressos quoscunque prodeuntes viderent, spoliare. Cohibuit ergo se pater meus, nè egrederetur; cúmq; Metropolitam *Dionysium* convenisset, consilium unà ceperunt de urbe custodiendâ: *Moslemiosq;* & *Christianos* in Ecclesiam majorem convocârunt, qui mutuis juramentis se obstrinxerunt, nè alii aliis fraudem facerent; neque Metropolitæ immorigeri essent in omnibus quæ ipsis in mandatis daret, ad *Tataros* demulcendos, aut ad urbem custodiendam, & excubias in muris agendas, hominésque nequam à noxa inferendâ cohibendos. Deus igitur bonâ ipsius intentione perspectâ, ab ipsis hostes avertit, qui propè *Malatiam* pervenientes ad ipsam haud accesserunt. Eos autem, qui ex urbe egressi aufugerant, assecuti *Mogulenses* juxta villam *Bajuza* dictam, decem ab urbe parasangis, viris occisis, mulieres & parvulos captivos abduxerunt. † Quique ex ipsis evaserunt in speluncis, montium arduis, vel vallium profundis, quà viri, quâ fœminæ, *Malatiam* reversi sunt nudi ac discalceati. Factum est hoc mense *Tammuz*, anno *Alexandri* millesimo quingentesimo quinquagesimo quarto. *Mogulenses* autem *Arzenganum* urbem regressi, eam vi ceperunt, virisque interfectis, parvulis captivis factis, direptâ urbe ejusque mœnibus subversis, abierunt. Videns autem *Soltan* deesse sibi vires ad *Tataros* oppugnandos, missis ad ipsos legatis pacem petiit; cui annuerunt illi eâ lege, ut ipsis quotannis pecuniarum, equorum, vestium, aliarumque rerum ratam & designatam summam penderet. Eodem anno è vivis excessit *AlEmam AlMostanser Billa* Chalifa. Vir fuit prudens, justus, munificus, multus in Eleemosynis erogandis; * Scholam, Templa, & Xenodochia antiqua restauravit; cùm diruta esset maxima

Dyn. IX.

* al. *AlJowaini.*

p. 482.

AlMostanser Chalifa moritur.

* al. *Scholas.*

Dyn. IX. maxima eorum pars. Præ ſumma autem in Collegium, quod *Al-Moſtanſeriah* audit, propenſione, juxta illud hortum ſibi peculiarem extruxit: nec ulla ferè dies præteriit, quin naviculâ vectus hortum eum adiret ſe oblectandi gratiâ; & propè feneſtram apertam in Collegii porticu (cui in hortum proſpicienti appoſitum erat velum) ponè velum ſedens, in Collegium inſpiciens quomodo ipſum, & quomodo ſtudioſorum res ſe haberent, obſervaret, ipſoſque intueretur, atque in ſtatum eorum inquireret. Spatium Chalifatus ejus fuit circiter octodecim annorum.

Sectio.

Haſnun Medicus *Robenſis, Chriſtianus.* p. 483. Anno ſexcenteſimo viceſimo quinto, obiit *Haſnun* Medicus *Robenſis*, vir in eo genere tum quoad Theoriam tum quoad praxin excellens, † in medicando dexter, optimè de iis quas viderat regionibus diſſerens, libro *Locrenſis* in Philoſophia legendo præcipuè incubuit. Senex fuit pinguis, pulcher. Regnum *Keiij' Arſlani* ingreſſus imperii Principibus operam collocans, veluti Equilis præfecto *Saifo'ddino*, & *Echtiyaro'ddin Haſano*, fama celebris evaſit: deinde in *Diyar-Becrum* profectus, iis qui ibi erant è familia *Shah Armeni* & *Hazardinarienſis* inſerviit, tum & iis qui in provincias iſtas pervenerunt è familia *Iyubitica*. Inde *Roham* reverſus eſt: certiorque factus *Togrulum* Eunuchum regni adminiſtratoris munere *Halebi* fungi, quem cognitum habuerat domi Domini ſui *Echtiyaro'ddini Haſani*, in provinciis *Rumæis*, ad eum *Halebum* contendit. At non multum apud eum gratiæ conſecutus, itineris ſuſcepti operam perdidit. Cùm enim vel ad eum accederet, vel ab eo recederet parvi pendebatur: ob quod cùm Eunuchus à familiarium quodam reprehenſus fuerat, reſpondit, ſe ideo debitos illi honores non præſtare quòd *Chriſtianus* eſſet. Cùm autem inde in patriam migrare ſtatuiſſet, febre correptus eſt, quæ ei Diarrhœæ cum dyſenteria cauſa fuit, tum & jecore inde affecto diem obiit, & in *Jacobitarum* Eccleſia *Halebi* ſepultus eſt.

Jakub, Ebn Saklan Medicus *Chriſtianus.* Anno ſexcenteſimo viceſimo ſexto obiit *Jakub Ebn Saklan*, Medicus *Chriſtianus Hieroſolymitanus*. *Hieroſolymis* natus eſt, ubi & aliquam Philoſophiæ operam dedit, apud *Theodorum* Philoſophum *Antiochenum*, cujus in ſequentibus mentionem facturi ſumus.

Jakub

Jakub † iste eo quo erat statu *Hierosolymæ* permansit, *Nosocomio* operam collocans, donec ad imperium evecto *AlMalec AlMoaddhamo* *Ebn AlMalec AlAdel, Ebn Ayub* in ejus famulitium adscitus est. Doctus non erat, sed in medicando peritus, præ experientiâ quam *Nosocomio* curando consecutus est, & felicitate quadam suâ. Deinde *AlMalec AlMoaddham* eum *Damascum* transtulit, magnâque apud eum in dignitate fuit, opibúsque auctus est. Podagrâ autem & arthritide affectus est, quæ eum sedi suæ affixit, ut se movere nequiret; adeò ut dicatur *AlMalec AlMoaddhamum*, cum eo, si quando ægrotaret, opus haberet, accersere solitum lectica virorum manibus gestandum: nec aliter se habere desiit, donec è vivis excederet *AlMoaddham* ipsius Dominus; paulò post quem & ipse mortuus est. E Medicis etiam hoc tempore celebrioribus fuit *Abu Salem Christianus Jacobita, Malatiensis*, qui *Ebn* **Caraba* audiit: *Soltano Ala'ddino Caikobado, Rumææ* Domino, operam posuit, atque apud eum in honore fuit. Modicæ in rebus Medicis scientiæ erat, nisi quod loco quem obtinuit dignus fuit, ob suam in lingua *Rumæa* facundiam, & temporum & Regum historiæ peritiam. Anno autem tricesimo secundo, *Ala'ddino Malatiâ Chartabertam*, ut eam occuparet, proficiscente, ponè substitit *AbuSalem* iste, nec in comitatu ipsius ivit. *Soltan* verò illius absentiam nè ad horam ferebat. Cúmque juxta *Euphratem* pernoctaret, nec ad ipsum accederet Medicus, præfecto qui navibus vectoriis præerat in mandatis dedit, ut die crastino si veniret *AbuSalem* ante diem inclinatum, † illum transire permitteret, sin seriùs veniret, haud sineret transire. Die ergo crastino, cùm adventum suum usque ad temporis pomeridiani medium distulisset, eíque nuntiâsset præfectus quid mandaverat *Soltan*, percipiens ejus erga se animum mutatum esse, domum suam reversus poto veneno mortuus est. Ex eorum numero etiam fuit Medicus *Simeon Chartabertensis*, tenuis & ipse scientiæ, sed vir probus & religiosus, jejunio & orationi multùm deditus. Fuit & ipsi filius egregius & studiosus, qui literas *Arabicas* eleganter exararet, adeò ut ob illud celebris esset; Mortuus est adhuc juvenis, qui casus * patrem ipsius graviter afflixit. Hoc tempore floruit etiam discipulorum *AlEmami Phacro'ddini Razis* multitudo; Domini eximii, & librorum insignium in Dialecticis & Philosophicis authores: veluti, *Zaino'ddin Casshiensis*, &

Dyn. IX. p. 484.

Abu Salem Jacobita, Medicus.

*al. *Caraya*.

p. 485.

Simeon Chartabertensis, Medicus.

* al. ipsum.

Discipuli. *Razis*.

Dyn.IX. & Kotbo'ddin *Ægyptius* in *Chorasano*; *Aphdalo'ddin Chowangiensis* in *Ægypto*; *Shemso'ddin Chosrawshaensis*, *Damasci*; *Athiro'ddin AlAbharensis*, in *Rumaa*; *Tajo'ddin Ormiensis*, & *Serajo'ddin Ormiensis Ikonii*. Retulit *AlNajib* Monachus *Ægyptius*, *Damaski* Rationalis, de *AlMalec AlNasero Davide Ebno'l Malec AlMoaddham Ebno'l Malec AlAdel*, *Ebn Jyub*, *AlCaraci* Domino, ipsum ad *Shemso'ddinum Chosrawshaensem* accedere solitum, atque apud ipsum librum *OyunAlHecmati*, ab *AbuAli Ebn Sina* compositum, legisse: solitum autem, cùm ad vici, in quo ædes *Chosrawshaensis* erant, aditum pervenisset, allectis ex servis suis innuere,
p.486. ut loco manerent; ipsumque pedibus incedentem, † & librum sudario involutum sub axilla tenentem, ad Medici januam accedere, eámque pulsare; qua apertâ ingressus legeret, & quod ipsi visum esset rogaret, deinde surgeret, nec Doctorem sibi assurgere pateretur.

AlMosta'sem Chalifa. *AlMosta'sem Ebno'l Mostanser*. Anno sexcentesimo quadragesimo inauguratus est *AlMosta'sem*, eodem die quo obiit pater ipsius *AlMostanser*. Ludo & ludicris deditus, valdè avium lusu delectatus, mulierum imperio subjectus. Judicio infirmo fuit, parum constans, eorum quæ ad imperii regimen spectarent admodum negligens. Admonitus de iis quæ ipsum facere oporteret erga *Tataros*, vel ad eos demulcendos, iis se submittendo eósque placatos reddere conando; vel copias instruendo, quibus ipsis in *Chorasani* finibus occurreret, antequam *Erako* in potestatem redacto potirentur; respondit, Mihi equidem sufficit *Bagdad*, quam haud mihi nimium putabunt, si reliquis provinciis ipsis cessero; neque me ibi manentem invadent, cùm domus & locus mansionis meus sit. His atq; hujusmodi vanis cóceptibus noxiis eũ à vero seducentibus, ea ei acciderunt mala, quæ ei in mentem non subierant. Anno quadragesimo primo* *Yasawer Nowain* in *Syriam* incursione factâ, ad locum *Hailan* dictum, juxta *Halebi* portam, pervenit; at inde recessit, ob solearum ferrearum qui equis ipsorum contigit defectum: juxta *Malatiam* autem transiens ejus ditionem populatus est, frugibus, hortis, & vineis depastis; multas etiam inde opes, usque ad mulierum ornamenta, & Ecclesiarum cruces, & Evangeliorum tegumenta, & vasa in Eucharistiæ usum
p.487. †ex auro & argento conflata, abstulit. Deinde aliò migrans, cùm

*al. *Nasawer*. *Tatari Syriam incursant.*

Medicum

Medicum peteret, qui eum dysenteria, quæ ei acciderat, sanaret, Dyn. IX.
adductus est ad eum Pater meus, qui cum eo *Chartabertum* profectus,
ei donec convalesceret medicatus est, deinde reversus haud diu *Malatiæ* substitit, sed nos *Antiochiam* abduxit, ubi habitavimus. Post
discessum autem *Tatarorum* annonæ penuriâ laborarunt regiones, ac
pestilentiâ infecta est terra, adeò ut periret populus, ac panis crustulis
venderent homines liberos suos. Anno quadragesimo secundo invaserunt *Tatari* regionem *Bagdadi*, at ibi considere non poterant.
Eodem *Soltan Giyatho'ddin* copias magnas ad urbem *Tarsum* misit,
quæ eam aliquandiu obsessam arctè habuerunt, cùmque parum abesset, quin eam vi caperent, accidit ut interea temporis è vita excederet *Soltan Giyatho'ddin*, cujus morte auditâ inde discesserunt re infectâ. Fuit autem tunc Autumnus, continuísque in *Rumaos* descendentibus pluviis cùm in lutum inciderent ipsorum equi, eorum
aliquos ceperunt *Armenorũ* pedites, atq; impedimenta ipsorum obtinuerunt. Fuit autem *Soltan Giyatho'ddin* stultiloquio & vino deditus,
viam minimè laudabilem insistens, cupiditatibus exitiosis indulgens.
Filium Regis *Gorgianorum* in uxorem duxit, quam perditè amavit;
eóque ejus amore ductus est, ut imaginem ipsius monetæ imprimi
vellet. Datum est autem ei consilium, ut figuram Leonis, cui insisteret Sol, effingeret, ut ita Horoscopum ipsius referret, votique interim compos fieret. Reliquit autem *Giyatho'ddin* filios tres: *Ezzo'ddinum*, cujus mater *Rumæa* erat, † sacerdotis filia; *Rucno'ddinum*, P. 488.
matre itidem *Rumæâ*; & *Ala'ddinum*, cujus mater erat *Gorgiana*.
Regno autem præfecit *Ezzo'ddinum* natu maximum, in cujus verba *Ezzo'ddin* Rex *Asiæ* minoris.
jurârunt Principes, & pro quo in suggestis oratum est. Tutor &
Atabeg ipsi fuit *Jallalo'ddin* * *Kertai*, vir probus, religiosus, jejunator * al. *Karatai*.
perpetuus, à carnis esu & mulierum consortio abstinens; in lecto
molliori non dormiens, sed super cistis, in quibus repositi erant thesauri. Origine *Rumæus*, è servis *Ala'ddini* ab eo educatus; cui reverentiam exhibuerunt tam melioris notæ, quàm è plebe homines.
Anno quadragesimo tertio venientes legati *Mogulensium* à *Soltano*
Ezzo'ddino petierunt, ut ipse ad obsequium *Kaano* præstandum accederet; qui prætextus adhibuit, allegans hostili in eum animo esse
qui ipsi vicini essent, è Regibus tam *Græcorum* quàm *Armenorum*;
ac si è regionibus suis discederet ipsos eas occupaturos. Legatos interim

Dyn. IX. terim muneribus & nummis datis placavit, eosque de tempore in tempus distulit: deinde fratrem suum *Rocno'ddinum* mittens, curam ejus commisit *Bahao'ddino* Interpreti, quem ipsi *Atabegum* constitutum unà cum ipso misit. *Ezzo'ddin* autem Vizierum sibi constituit *Asphahaniensem* quendam, virum doctum & præstantem, cognomento *Shemso'ddinum*, qui in imperio eam consecutus est authoritatem, ut *Soltani Ezzo'ddini* matrem in uxorem ducturus esset, quod omnes universim Principes graviter tulerunt. Eodem ægrotavit *Kaan*, & ingravescente ipsi morbo nuntium misit ad filium su-
p. 489. um † *Cayuc* accersendum, qui sine mora properè ad ipsum accessit: at cùm non spatium concederet decretum ut patrem conveniret, loco, quo ad ipsum nuntium de patris obitu pervenerat, substitit. Mater ipsi fuit *Turacina Chatun*, mulier valdè sagax & intelligens. Convenit ergo inter *Jogataium* cæteróscue filios, ut illa regnorum administrandorum curam gereret, usque ad tempus *Kuriltaî*, [i. e. magni conventus,] quòd ipsa mater esset filiorum qui digni essent *Chanatu*, [i.e. imperio.] Anno sexcentesimo quadragesimo quarto perfectus est conventus Filiorum, Affinium, & Principum *Mogulensium* tempore verno, cui aderant præter *Mogulenses* etiam è *Mawara'l-Nahro*, [i. e. regione transfluviali] & *Turcestano*, *Amir Mas'udBeg*; è *Chorasano Amir Argun Aga*, unàque cum eo Magnates *Eraki*, *AlLuri*, *Aderbijani*, & *Sharwani*; è *Rumæa Soltan Rocno'ddin*;
* Comes stabuli. ex *Armenia* * *Condestablus*, frater *AlTacphur Hatemi*; ex *Gorjestano Davides* duo, magnus & parvus; è *Syria* frater *AlMalec AlNaseri Halebi* Domini; à *Bagdado*, *Phacro'ddin* Judex primarius; & nomi-
* al. *AlAmguti.* ne *Ala'ddini* Domini * *AlAlmuti*, primores *Kahestani*: cúmque completum esset Concilium illud, quale haud aliàs notum, omnium calculis approbatus est *Cayuc*: cui licèt duo essent fratres, alter nomine *Cuban*, alter adhuc infans, *Siramun*, ipse illis prælatus est, quòd summa esset eminentiâ, celsitudine, audaciâ, & potentiâ; quin &
p. 490. † fratrum natu maximus erat. Dignus ergo imperio judicatus est, & in solio collocatus, eique pro more ipsorum obsequium detulerunt & comprecati sunt, ipsique morem gesserunt, & *Cayuc-Chanum* appellârunt. Anno sexcentesimo quadragesimo quinto *Cayuc*
* al. ex Armenia. *Chan* regionibus *Rumææ*, *Mauselæ*, *Syriæ*, & *Gorgianæ*, * *Nowainum* [Principem] nomine *Iljictai*; ditionibus *Chataiæ*, *Alsaheb Yalwajum*;

jum; regioni *Mawara'lNahro*, [i.e. transfluviali,] & *Turcestano* *Emirum Masudum*; regionibus *Chorasani*, *Eraki*, *Aderbijani*, *Sharwani*, *Luri*, *Carmaniæ*, & *Persiæ*, & parti *Indiæ*, *Emirum Argun Aga*. Imperium regionis *Rumææ Soltano Rocno'ddino* assignans, amoveri imperio *Sultanum Ezzo'ddinum* jussit. *Davidem* parvum, qui *Ebn* Kaiz audiit, Regem sub potestate *Davidis* Magni, *Taphlisi* Domini, constituit: ac legatum Chalifæ allocutus est verbis promissa & minas, imò consilium & admonitionem sonantibus. Legatos verò **Molheditarum* repulit, contemptui & despectui habitos. Literas etiam *Yuralig* [Fidei] confœderationis, & securitatis scripsit ad *AlTacphurum*, & *AlMalec AlNaserum Halebi* Dominum. *Atabegi* loco apud *Cayuc-Chanum* fuit *Emir* quidam magnus nomine *Kadak*, qui sacro Baptismate ablutus fuerat, & in *Christum* credebat; cui in eodem munere consors fuit *Emir* alter nomine *Jinkai*. Hi duo benignè *Christianos* respexerunt, ac benè animatos *Cayucum*, ipsiúsque matrem, & familiam, erga Metropolitas, Episcopos, & Monachos reddiderunt: factúmque est imperium *Christianum*,† & magni habitæ sunt gentes, quæ huic religioni nomen dederunt, è *Francis*, *Russis*, *Syris*, *& *Armenis*; ac eo redacti sunt tam melioris notæ, quàm è plebe *Mogulenses*, aliique iis permixti, ut inter salutandum dicerent *BarechMor*, quod verbum est compositum *Syriacum*, denotans, Benedic Domine. Anno sexcentesimo quadragesimo sexto, pervenerunt *Soltan Rocno'ddin*, & *Bahao'ddin* Interpres in regionem *Rumææ*, cum bis mille equitibus *Mogulensibus*. Statuerat autem Vizier *Shemso'ddin Asphahaniensis* assumpto *Soltano Ezzo'ddino* in aliquod è castellis mari adjacentibus se recipere, ubi manerent [in *Moguli* mandatum] rebelles, donec quod sibi visum esset, faceret Deus. Quod cùm *Jalalo'ddino Kortaio* viro probo notum esset, ille Viziero *Asphahaniense* prehenso ad *Bahao'ddinum* Interpretem mittens, ejus rei certiorem ipsum fecit: ille ergo quosdam è *Mogulensium* principibus misit, qui *Ikonium* profecti Vizierum, ad confitendum ubi ipsius opes & thesauri essent adactum, interfecerunt. Cúmque *Bahao'ddinus* Interpres *Jallalo'ddinum Kortaium* convenisset, in hoc consenserunt, ut regiones inter duos fratres partirentur; essentque *Iconium*, *Aksera*, *Ancyra*, *Anatolia*, reliquæque provinciæ Occidentales *Ezzo'ddino*; *Cæsarea* verò, *Siwas*, *Malatia*, *Arzengan*, *Ar-*

Dyn. IX.

*Schismaticorum.

p. 491.

† Christianorum sub Cayuco res secundæ.

Divisio regni inter Ezzo'ddinum & Rucno'ddinum.

Dyn. IX. *zen Rum*, aliæque provinciæ Orientales *Rucno'ddino*: quin & *Ala'ddino*, fratri minori, possessiones privatas assignârunt, quæ ipsi sufficerent. Monetam autem trium istorum nomine cudi fecerunt, scripsêruntque, Reges †Maximi, *Ezz*, & *Rocn*, & *Ala*. Anno sexcentesimo quadragesimo septimo diem obiit *Turacina Chatun*, *Cayuc-Chani* mater. *Cayuc-Chan* igitur locum istum * pertæsus, inde discessit, in regiones occidentales contendens; cùm autem in partes *Komestecia*, inter quam & *BishBaleg* quinque sunt stationes, pervenisset, assecutus est eum vitæ terminus, nono die *Rabia* prioris. Uxor igitur ipsius, nomine *Ogul Ganmish*, misso ad *Batuum* nuntio ipsum rei certiorem fecit, ipsáque in partes *Kutak & *Imil* tansiens, loco ubi primò commoratus fuerat *Cayuc* permansit: quò ad eam legatum misit *Sarkutni Bigi Tuli Chani* Uxor, Dominarum tunc temporis maxima, ipsam consolatum, qui & ipsi vestes & alia munera attulit. Eodem *Batu* è regionibus suis Borealibus profectus, in Orientem contendit, ut conveniret *Cayuc Chanum*, qui ut ad se veniret instanter petierat: at cùm ad locum *Al Akmak* dictum pervenisset, qui ab urbe *Kaialik* octo stationibus distabat, ibi morte *Cayuc Chani* auditâ, substitit; & misso ad *Ogul Ganmisham Cayuc-Chani* uxorem nuntio, ipsi permisit ut regnorum administrandorum curam gereret, donec publicq consensu declararetur quis imperio capessendo idoneus esset. In omnes etiam partes misit ad Filios, Socios, & Principes convocandos. Eodem anno profectus *RedeFrans*, *Francorum* Rex, in provincias *Ægyptiacas* contendit; & conflatâ copiarum suarum quà equitum quà peditum † magnâ multitudine, iisque in unum collectis è patria sua cum maximis opibus & apparatu splendido profectus *Accam* appulit, ubi per omnes regiones maritimas dispersi sunt ipsius socii. Cúmq; refocillati essent, ad ipsũ collectim confluentes mariq; *Damiatã* abeuntes, ipsam sine molestia aut pugnâ occupârũt. Incolæ enim ejus *Francorũ* viribus, multitudine, & apparatu summo, auditu acceptis, famâ ipsorum territi inde sine impedimentis migraverant: accedentes ergo ad eam *Franci* militibus quidẽ vacuam invenerunt, at non rebus ad victum necessariis destitutam; illã ergo ingressi quicquid ibi facultatum erat, obtinuerunt. *Al Malec Al-Saleh* fil. *Al Malec Al Cameli Ægypti* Dominus tunc temporis in *Syria* fuit, urbem *Hemesam* obsessam tenens; at audito *Francos Damiatam* occupasse

Margin notes: p. 492. — *al. pro infausto habens. — *Cayuci* obitus. — * al. *Kuyak* & *Abbal*. — Regis *Francia* in *Ægyptum* expeditio. — p. 493. — *Damiata* capta.

occupâsse, *Hemesâ* discedens summa cum festinatione in provincias *Ægyptiacas* contendit: in viâ verò ægrotavit, cumque *Mansuram* pervenisset, accidit ei in femore morbus, quem Medici Gangrænam vocant; ingravescentéque malo, donec in Sphacelum abiret, qui membri omnimoda mortificatio est, illud præciderunt ipso adhuc vivo. Interea temporis, dum hujusmodi mala perpeteretur, ad eum venerunt *Damiatæ* præfecti, qui eam in fugam dati deseruerant. Cùm ergo ipsi nuntiatum esset quid fecissent, ipsos sc: inde fugisse, nullo commisso prælio aut pugnâ, graviter illud ferens in crucem agi jussit; fuerant autem quinquaginta quatuor Principes qui omnes uti se habebant vestibus suis, balteis, & soccis induti, suspensi sunt. † Die crastino è vivis excessit. Imperii autem rebus administrandis præfectus est Emir *Ezzo'ddin*, qui *Turcomannus* audit, *Mámlucorum* [i.e. mancipiorum] *Turcarum* maximus: qui in omnibus quæ suscepit negotiis rem detulit ad Concubinam *AlMalec* AlSalehi defuncti, *Shajro'ldorr* appellatam. Fuit illa *Turca*, admodum sagax, cui nec inter mulieres formâ, nec inter viros animi constantiâ par fuit. Inter hos convenit, ut *AlMalec AlMoaddham*, filium *AlMalec* AlSalehi, regno præficerent. Erat ei tunc temporis sedes, *Hesno'lCaipha* in *Diar Becro*: illum ergo misso nuntio accersiverunt, ut ad se accederet invitantes: & in provincias *Ægyptiacas* sine mora accedentem inaugurârunt, atque in ipsius verba jurantes, patris sui regnum ipsi tradiderunt. Anno sexcentesimo quadragesimo octavo *RedeFrans* circiter bis mille equitum exercitum versùs *Mansuram* misit, exploratum quas haberent vires *Ægyptii*; quibus occurrit pars quædam exercitus *Moslemitici*, sed post leve prælium in fugam coram ipsis versis *Moslemiis*, ingressi sunt *Franci Mansuram*: at non multùm inde commodi perceperunt; nam cùm in platearum angustias pervenissent, populus contra eos lapidibus, lateribus & pulvere pugnârunt, nec poterant equi ipsorum grandiores per angiportas discursitare. Fuit autem dux exercitus *Moslemitici Phachro'ddin Othman*, appellatus *Ebn Saif*, unus ex *Ægyptiorum* principibus, senex ætate provectus; hunc *Franci*, dum in balneo barbam tingeret, circumdatum † ibi interfecerunt: & ad *RedeFransam* reversi, illi quid ab ipsis cum exercitu isto & urbe præstitum fuerat, renuntiârunt; unde aucta sunt ipsius,

Dyn. IX.

p. 494.

AlSalehi Ægypti regis obitus.

Almoaddham Rex Ægypti.

P. 495.

Dyn. IX. & qui cum ipso erant Patriciorum desideria, putantium si extra parietes in campis concurreretur, futurum ut nihil contra ipsos possent *Moslemii*; aciebus ergo instructis cum iis profectus *Ægypti* continentem petiit. Se autem reprimentes *Ægyptii*, donec transiissent *Franci* rivum è *Nilo* [derivatum,] **Ashimun* appellatum, qui duas interjacet continentes, viz. *Damiatæ* & *AlMansuræ*, deinde adversùs ipsos prodierunt, & concurrentibus exercitibus utrinque acerrimè pugnatum est: at prælii exitus is fuit, ut victi *Franci* in fugam turpissimam darentur; cúmque impediret rivus prædictus, quo minus evaderent, & se salvos facerent, magna ipsorum multitudo submersa est, cæsis aliis; quin & Rex *RedeFrans* unà cum multis ex amicis & magnatibus suis captus est. Cùm autẽ jam in potestatem *AlMalec AlMoaddhemi* pervenisset *Francorũ* Rex, dixerunt ipsi *Mamluci* minores ipsius coætanei, videmus omnia penes *Shajro'lDorram* & Principes esse, neque tibi de regiâ potestate quicquid præter nomen esse; quod si in castello [tuo] esses, meliore statu esses, quàm dum *Ægypti* Dominus es, at imperium penes alios: nec alia hujus rei causa est, quàm quod tibi ipsis opus sit ad *Francos* oppugnandos, præter quos nullus est tibi hostis. Sententia ergo nostra est, ut cum Rege isto, & qui cum eo sunt Principibus, pacem ad temporis, quod tibi visum fuerit, spatium facias; neque enim ille tibi in aliquo quod volueris, adversabitur, si ipsum bene tractaveris, vitámque ei concesseris, acceptis †nummis & gemmis, quæ ipsi *Damiatæ* sunt: ita tibi *Damiata* deditâ statim abiturus est, & ipsius sectæq; ipsius noxâ liberaberis, simulque securus à Principibus eris, neque exercitui servire [cogeris,] sed in regno tuo quem visum tibi fuerit retinebis, quem minus gratum habueris, amovebis. Propendens ergò *AlMoaddham* in ipsorum sententiam, & consilium probans, negotio cum *RedeFransa* transacto, ipsum prout sibi visum est ad jurandum adegit, *Emiris* primariis in aliqua rerum istarum haud consultis. Illi ergo quid ageretur perspecto, & animum *AlMoaddhami* ab ipsis alienatum esse compertum habentes, quidque ipsis facere statueret, irâ conciti in ipsum insilierunt. Ipse verò fugiens in turrim quandam ligneam, quæ ibi fuit, ascendit, cui illi ignem intulerunt; qui cùm ad ipsum pertingeret, eúmque adureret, se in *Nili* rivum conjecit: illi verò accedentes sagittis eum in aqua petierunt, adeò ut & submersus & vulneratus

*al. *Oshmun*

Franci victi & Rex captus.

p. 496.

AlMoaddham suorum insidiis perit.

vulneratus periret. Consensu autem facto *Turcarum* Principes præfecerunt sibi Principem ex ipsorum numero, *Ezzo'ddin AlTurcomani* cognominatum; & ad *RedeFransam* accedentes, denuo ipsum Sacramento adegerunt, cùmque se millies mille aureis, & *Damiatæ* deditione redemisset, dimiserunt. Deinde *Turcomannus Mansurâ Mesram* profectus, *Alexandriam Emiro* cuidam *Turcæ* nomine *Phares Aktai* assignavit, & *Shajro'lDorram* in uxorem duxit: fuitque *Ægypti* regnum in ipsorum potestate. *RedeFrans* autem cùm *Damiatam* pervenisset, familia sua, & qui è sociis ipsius reliqui fuerant acceptis, inde discessit, urbe *Moslemiis* redditâ. Ipse verò *Accæ* commoratus, cùm † urbe *Cæsarea* restaurata, & refecta, in ea quosdam, qui ipsam incolerent, collocâsset, in patriam rediit. *AlTurcomanno* autem provinciis *Ægyptiacis* præfecto, rerum summa penes *Shajro'lDorram* fuit, quæ nihil illi agendum permitteret, nisi quod ex sententia suâ procederet: quod cùm ille indignè ferret, nec sustinere posset, ipsam è medio tollere statuit; quo percepto illa ipsum prævertit, ei faciens quod ille ipsi facere voluerat, *Mamlucis* junioribus in ipsum incitatis; qui die quodam quo balneum ingressus esset, cùm aquam capiti ipsius infunderent, quo lavaret, cultris vulneratum occiderunt. Dicunt alii ipsos caput illius aquâ intra balnei lacum, donec eâ obrutus suffocaretur, immersisse. Jubentéque *Shajro'ddorra* ut eductus sepeliretur, eductum domi [suæ] sepelierunt. At cùm hoc ad *Emiros* magnos delatum esset, gravéq; ipsis visum esset quod fecerat, ipsam adorti interfecerunt, atque in fossam projecerunt, ubi à canibus devorata est. E se autem quendam, nomine * *Kutuzum*, sibi præfecerunt; in cujus verba jurantes Regem eum constituerunt, & *AlMalec AlModhafferum* cognominârunt. *Mamlucis* verò provinciis *Ægyptiacis* potitis *AlMalec Al-Naser Halebi* Dominus cum equitibus solis *Damascum* contendit, eamq; ab incolis sibi deditam occupavit, ibiq; commoratus regni sui sedem habuit. Deinde mittentibus ad ipsum è *Mamlucis* quibusdam ex *Ægypto*, [petentibúsque] ut ad ipsos accederet, quo *Ægyptum* ipsi in manus traderent, instructo exercitu in provincias *Ægyptiacas* iter instituit, ut eis, quemadmodum *Damasco* potitus fuerat, potiretur. *Turcarum* autem *Emiri* hoc audito properè ipsi obviam cum copiis suis progressi, *Damascenis* † in partibus *Gazzæ* occurrerunt,

Marginalia: Dyn. IX. — *Turcomanus Mamlucus.* — P. 497. — * al. *Kutuzum.* — *AlModhaffer Mamlucorum Rex.* — *AlNaser Ægypti regnum affectat.* — p. 498.

 cósque

Dyn. IX. eósque victos in fugam verterunt; adeò ut *AlMalec AlNaser* spe frustratus, & jacturam passus, reverteretur. Eodem anno *Badro'ddin Lulu* occupatâ Insulâ *Bani Omar*, Dominum ejus *AlMalec AlMasud* filium *AlMalec AlMoaddhami*, è familia *Atabeg Zengii*, captum & lintriculo impositum *Mauselam* misit: cúmque ei cujus curæ commissus fuerat, in mandatis dedisset, ut noctu ipsum in *Tigrim* projiceret, ipsum submerserunt; perhibentes illum se in aquas conjecisse ipsis dormientibus, nec animadvertentibus quid faceret. Eodem congregati sunt filii Regum & Principes *Mogulenses*; adveniente è finibus *Karakurma Muncacâ Ebn Tuli Chan*: *Siramun* autem reliquique nepotes, & *Kaani Chatuna* [i. e. Dominæ seu uxores *Kaani*,] *Kankurtokaïum* miserunt manu sua subscribentes, se illum sibi Legatum constituisse; cúmque *Batu* filiorum natu maximus fuerit, penes eum arbitrium esse, se quod ipsi visum esset gratum habituros. At *Ogul Ganwish Chatun Cayuc-Chans* uxor, & qui cum ipsa erant filii Regii, ad obsequium *Batuo* præstandum venientes: unico tantùm die apud ipsum commorati, ad Ordas [castra] suos redierunt; Principem è suis quendam, nomine *Timur-Nowain*, sibi vicarium constituentes: cui permiserunt, ut ei in quod totus cœtus conspiraret, assensum præberet; quod si sententiæ non congruerent, nemini morem gereret, donec quomodo se res haberet ipsis indicâsset. *Jogataï* autem & *Muncaca*, reliquique qui aderant filii, nepotes, & Principes, postquam aliquot diebus hac de re deliberâssent, rem totam *Batui* arbitrio commiserunt; quòd is eorum qui in conventu aderant, maximus & prudentissimus esset. Ille triduo post-
p. 499. rem sibi permissam, † Rei, inquit, huic tantæ suscipiendæ non est è nobis, qui undiquaque idoneus sit præter *Muncacaum*. Cui sententiæ accedentes omnes, eum in solio Regio collocârunt, *Batuo* cum reliquis filiis & satrapis ei genibus flexis obsequium pro more præstantibus: deinde singuli in loca sua reversi sunt, hoc pacto ut anno sequenti convenientes concilium magnum facerent, cui interessent è filiis & satrapis qui jam non adfuerant. Anno sexcentesimo quadragesimo nono, tempore verno, accesserunt maxima filiorum pars, viz. *Barca Ogul*, et frater ipsius *Baka Timur*, et ipsorum patruus *AlJattaï* Major, Principésque maximæ notæ à *Jingiz Chans* Orda; qui die nono *Rabia* posterioris, nudatis capitibus, balteisque in humeros rejectis

jectis *Muncacaum* in solium Regium evectum *Muncaca Kaanum* nominârunt, novies in genua sua procidentes. Erant illi tunc temporis septem fratres, *Kobla, Hulacu, ArigBuga, Muca, Bujoc, Sabcu, Sunitai*: his ita collocatis, ut à dextra ipsius considerent, *Chatuna* [Principissæ] à sinistra, septem dies lætitiæ indulserunt. Dúmque illi lætitiæ & hilaritati operam darent, advenientes *Kadgan Ogul*, & ipsius ex fratre nepos *MalecOgul*, & *Kara Hulacu*, congratulationis jura & debita officia præstiterunt. Totus autem cœtus *OgulGanmisham, Cayuci Chani* conjugem, ejusque filium † *Chawajah Ogulum*, ipsorumque Principes expectabat, è quibus nemo adhuc pervenerat. Anno sexcentesimo quinquagesimo *OgulGanmisha* ipsiusque asseclæ cum exercitibus suis versùs *Muncacai Chani* Ordam iter ingressi sunt, copiis ipsorum præfectis *Siramuno* & *Nakuo*. Cùm autem jam propè accessissent, accidit ut cuidam è *Muncacai Kaani* Orda, eorum qui Regum filiis feras alerent, aufugeret Leo, quem quæsitum profectus dum montes & deserta pererraret, transiens per *Siramuni* exercitus partem in puerum incidit, cui ruptum esset plaustrum, ipséq; juxta illud sederet; cumque Leonum curatorem prædictum transeuntem conspexisset, ipsum inclamavit, ut sibi opem ferret ad plaustrum suum reficiendum, qui ipsi annuens equo descendit, & cum eo plaustro restituendo manum admovit; conspectísque armis medio plaustri abditis puerum de re sciscitatus est; cui ille, Quàm obliviosus es, inquit, quasi è nobis non esses? An te latet omnia quæ nobis sunt plaustra instar hujus ármis bellicis referta esse? Ille ergò hoc cognito, à Leone, qui aufugerat, quærendo destitit, diéque uno trium dierum iter conficiens ad suos reversus, quid sibi visum atque auditum fuerat, retulit. Jussit ergò *Muncaca Kaan Moncesarum* cum duobus equitum millibus ad ipsos accedere, & quid apud eos rei esset explorare. Qui cùm profectus ipsis narrâsset quid de illis delatum fuerat, illi haud sui compotes, metúque affecti, nihil aliud potuerunt, quàm ut se ei quod de ipsis statueretur, submitterent. Adductísque eorum tam magnis † quàm parvis, & quæstione habitâ criminis rei peracti sunt, & morte qua digni fuerant multati, ac distributi exercitus eorum inter filios & satrapas. *Muncaca Kaan* autem jam à rebellium negotio liber, ad exercitus in ordinem redigendos, regnáque stabilienda animum applicans, *Chataia* regiones à finibus

Dyn.IX. *Muncaca Kaan.*

† p. 500.

† p. 501.

Dyn.IX. nibus *AlMiri* usque ad *Salicaium* & *Tancutum* & *Tobbatam Koblaï Ogulo* fratri suo assignavit; regiones occidentales fratri suo alteri *Hulacu*: regionibus Orientalibus à *Jihuni* ripa usque ad terminũ regionũ *Chataiæ AlSaheb AlMoaddhamum* [Dominum maximum] *Yalwajum* & filium ipsius *Mas'ud Begum* præfecit; regnis *Chorasani*, *Mazenderani*, *Indostani*, *Eraki*, *Persiæ*, *Carmaniæ*, *Luri*, *Arrani*, *Aderbijani*, *Gorgestani*, *Mauselæ* & *Syriæ Emirum Argun Agaum*; statuitque ut opum dives quisque in regione *Chataiæ* annuatim quindecim aureos penderet, tenuioris sortis quisque aureum unum; in regione *Chorasani* dives annuatim decem aureos, pauper unum: utq; è pascuis ubi pascerentur animalia quadrupedia, quæ *Kobjur* vocant, ab unoquoque cui unius generis centena essent pecorum capita caput unum sumeretur, ab eo cui centum non essent, nihil; quin & devotos & religiosos, sive Ethnicos, sive *Christianos*, vel *Mohammedanos* omnibus tributis, pensionibus, & oneribus publicis immunes esse

p. 502. jussit. Eodem anno, qui *Alexandri* millesimus quingentesimus † sexagesimus tertius fuit, *Hatem Armenorum* Rex ad obsequium *Mungaca Kaano* deferendum iter instituens, Eucharistiâ, feriâ quinta Paschatis, sumptâ, die Veneris Passionis ab urbe *Sis* discessit, & cum Legato quodam suo profectus est incognitus, adscito habitu servi cujusdam manúque equum ductitium tenens, quem post Legatum trahebat; metuens à *Rumæorum* Rege. Legatus autem quocunque accederet vel quacunque transiret è ditionibus *Rumæorum*, prædicabat se à Rege *Hatemo* missum, quo ipsi tuti itineris literas à *Mungaca Kaano* acciperet, à quo datâ fide, ipsum ad eum accessurum. Narravit mihi Rex *Hatem*, cùm ipsum in urbe *Tarso*, biennio post ipsius à *Muncaca Kaani* obsequio reditum convenissem, [hanc de se historiam.] *Cæsaream*, inquit, et *Siwasum* cum Legato pertransii, nemini incolarum cognitus; at cùm *Arzenganum* ingressi essemus, propola quidam qui apud nos commoratus fuerat, me cognitum habens, Si hi, inquit, oculi mei sunt, hic Rex *Sisi* est; cujus verbis auditis, conversus Legatus alapam mihi impegit, Túne, inquiens, abjectissime homuncio, Regibus similis es? Ego verò alapam patienter tuli, ut à me suspicionem ejus, qui verum suspicatus est, amolirer. Anno sexcentesimo quinquagesimo primo, *Hulacu IlChano* à partibus *KaraKuram* in regiones occidentales iter instituente, misit *Mun-*

Hatem Rex Armeniæ ad obsequium Mogulensi præstandum incognitus proficiscitur.

Hulacu IlChani in regiones occidentales expeditio.

caca

Muncaca Kaan cum ipso ex exercitibus è singulis denis duos, una- Dyn. IX.
que fratrem suum minorem *Sontaï Ogulum*; & ex parte *Batui* † * *Ilgaï* p. 503.
Ebn Sabkanum, & *Kutar Ogulum* & *Kulium* cum copiis *Batui*; ex * al. *Bolgan*
parte *Jogataï Tacudar Ogulum Ebn Buchi Ogul*; ex parte * *Jibacan* *Ebn Santekan* & *Butar*
Bigi Buka Timurum cum exercitu *Awaritarum*; *ex partibus Cha-* *Ogulum* &
tatæ mille familias eorum qui machinas bellicas conficiebant, & *Kuwium*.
instrumentorum bello idoneorum parandorum periti erant. * *Tur-* * al. *Jenjican*.
carum præfectus erat * *CaidBuka Bawargiensis*. *Hulaci* Legatus in Or- * al. *Bazejarum*.
da *Muncaca Kaani* filius ipsius *Jumagar*; quòd scil. mater ipsius * al. *Cabad*
Chatunarum [Dominarum] patris ipsius *Hulaci* maxima esset: secum *Buka*.
autem una accepit filium suum natu maximum *Abakam*, alterúmque
nomine * *Tasimun*; & è *Chatunis* [Dominabus] magnis * *Dakuz Cha-* * al. *Tasmerun*.
tunam, fidelem, *Christianam*; & *AlJaiChatunam*. Anno sexcente-
simo quinquagesimo secundo venerunt alii post alios legati, postu- * al. *Kuz*.
latum ut *Soltan Ezzo'ddin Rumææ* Dominus se in *Muncaca Kaani*
obsequium præsentem sisteret. Ille igitur apparatu facto profectus
est, donec ad urbem *Siwasum* perveniret; at audito Principes in fra-
trem suum *Rocno'ddinum* affectu propendere, velleque ipsum Regno
præficere, properè *Kuniam* [*Iconium*] reversus, fratrem suum na-
tu minorem *Alao'ddinum* misit, scriptis per eum literis in quibus
ait, Fratrem meum *Ala'ddinum*, qui non minus quam ego Rex
est, misi, ipse vero venire non potui, quòd *Atabeg* & *Tutor* meus
Jalalo'ddin Kortaï mortuus est: quin & à tergo mihi hostes sunt
Occidentem, † quorum metu ubi liberatus fuero, aliàs accessurus p. 504.
sum. *Ala'ddin* vero profectus in via mortuus est, nec ad Ordam per-
venit. Statuerat autem *Ezzo'ddin* fratrem suum *Rucno'ddinum* è
medio tollere, quò à maleficio ipsius tutus esset. Quo perce-
pto Principes ipsum fuga sibi consulere compulerunt, vestibus
coqui cujusdam pueri ipsum induentes, impositoq; capiti ipsius alveolo
in quo erat cibus; atque è palatio & arce abduxerunt inter pueros
quosdam, qui domum quandam edulia deferebant. Egressúmque equo
impositum deduxerunt donec *Cæsaream* pervenisset, ubi ad eum con-
gregatâ principū turbâ exercitum conflarunt, & *Iconium* versus con-
tenderunt bellum *Ezzo'ddino* illatū: qui cum copiis quæ apud ipsum
fuerant contra eos prodiens, victos in fugam dedit; & *Rucno'ddinum*
fratrem suum cepit, quem in castro *Dawalu* vinctum detinuit. An-

Dyn. IX. no ſexcenteſimo quinquageſimo tertio, ad *Soltanum Ezzo'ddinum* venit *Bayeju Nowaini* Legatus, locum in quo hybernaret petens: quoniam in regione *Mugan*, ubi hybernârat, *Hulaco* jam hybernandum erat. Noluit autem *Soltan* in hoc ei annuere, ipſi inhians, utpote quem ab *Hulaco* fugere putaverat; contractiſque copiis bellum illi intulit, juxta *Chano'l Soltan*, inter *Koniam* [i. *Iconium*] & *Akſeram*: at victus fugit, in interiores regni ſui partes ſe recipiens. *Bayeju* ergò fratrem ipſius *Rucno'ddinum* è carcere eductum, omnibus *Rumaeorum* ditionibus præfecit. Eodem anno perveniens Rex

p. 505. *Hatem* patriam ſuam ingreſſus eſt primo die *Ilul*: † venerat autem in *Bayeju Nowaini* comitatu. Eodem, menſe *Shaabano*, *Hulacu* in urbis *Samarkanda* pratis caſtra metatus ibi quadraginta dies commoratus eſt: ibique vitam terminavit frater ipſius *Sontai Ogul*, quin & nuntiata eſt ipſi mors fratris alterius in finibus *Balador*: turbatus eſt ergò ei animus ob binos hos caſus. Porrò ad ipſum acceſſerunt *Amir Argun* & magnatum *Choraſani* plerique, qui ſumptis animis aquas *Jthonis* tranſierunt. Fuit enim tempus hybernum; valdè frigidum: nec diſcutiebantur nubes, nec deſiit cadere nix iſtis in partibus, donec Sol ſignum Arietis ingrederetur. Juſſit autem Principes cum exercitibus ſuis *Molheditarum* [Schiſmaticorum] caſtra aggredi. Fuit tunc temporis *Iſmaelitarum* Dux *Rucno'ddin Chuz-Shah Ebn Ala'ddin*: qui quinque è caſtris ſuis, in quibus non erat contra obſidionem apparatus, demolitus eſt. Antequā autem nuntius *Hulaci Kaſranam* perveniret, jam ceperat *Caidbuka* caſtrum **Shahdiz* & tria alia ex ipſorum caſtris. *IlChano* autem **Abaſabadum* perveniente miſit *Rucno'ddin* obſequii ſpecie puerum ſeptem circiter aut octo annorum, quem filium ſuum eſſe dixit. Nec latuit *Hulacum* ipſius commentum; quod tamen diſſimulans puero amorem & honorem exhibuit, deinde eum ad ipſum remiſit. Poſt pueri autem hujus ſuppoſititii reditum ad *Rucno'ddinum*, fratrem ſuum *Shiran Shahum* miſit cum trecentis viris ipſum comitandi gratia:

Rucno'ddin Molheditarum Princeps.

* al. *Shahevir.*

* al. *Ayaſabadum.*

p. 506. † quos trecentos *Hulacu Jamalabadum* in ditione *Kazwini* miſit, fratre ipſius nuntium ad ipſum delatum miſſo, viz. Ut niſi intra quinque dies ipſe ſe in ipſius obſequium præſentem ſiſteret caſtrum ſuum muniret, ſeque bello pararet. Ille autem Legatum miſit, qui diceret, Ipſum egredi non audere metu aſſeclarum qui cum ipſo in

caſtro

castro essent, ne in ipsum impetum facerent; ubi autem opportunitatē nactus esset, venturum. Sciens igitur *Hulacu* ipsum moras captare, & de tempore in tempus procrastinare, decimo quarto *Shawali*, anni sexcentesimi quinquagesimi quarti, * *Bishcamo* profectus, juxta castrum è regione *AlMaimun-Daræ* castra posuit; & trecentos *Molhedita* illos, qui *Jamalabadi Kazwini* erant, clam interfici jussit: unde proverbii occasionem sumentes *Kazwini* incolæ, si quis interfectus fuerit, dicunt, *Jamalabadum* missus est. Ubi autem conspexit *Rucno'ddinus* appropinquasse *Hulacum*, misso legato dixit, Non alia fuit mihi moras trahendi causa, quam quod de adventu ipsius felici minimè certus essem; jam verò hodiè aut cras descensurus sum. Fuit nox ista, nox Natalis. Cum autem prodire statuerat irruentes in ipsum *Molheditarum* pertinacissimi, adortíque *Phadaïenses* egredi non siverunt: quâ de re cum ad *Hulacum* nuntio misso ipsum quam rebelles essent certiorem fecisset, jussit ille, ut aliquandiu ipsos blanditiis demulceret, sibi ab ipsis cavens, quocunque autem modo aliquem egrediendi modum inveniret, licet vel habitu simulato: † principibusque in mandatis dedit, ut cincto castro machinas bellicas disponerent, eísque ex *Ismaelitis* qui ipsos oppugnarent pugnam inferrent. Dum igitur pugna cum *Mogulensibus* occupati essent *Molhedita*, prodiit *Rucno'ddin* cum filio iisq; quos maxime charos habuit *Hulaco* se submittens, & pudorem, imò pœnitentiam præ se tulit, quæ tempore præterito flagitia & scelera patraverat agnoscens: complexi autem sunt eum benigni *IlChani* favores, adeo ut quæ in *Rocno'ddino* fuerat anxietas & metus, in securitatem & lætitiam verterentur. Illi ergo qui in castro erant, perspecto quid securitatis & honoris Domino suo contigisset, castro dedito * ibi consederunt: eique demoliendo operam dederunt *Mogulenses*; qui omnia præterea castra, quæ in ista valle erant, cepere. Missus est etiam legatus ad præfectum castelli *Almuti*, ut Domini sui exemplum secutus se obsequentem præberet, castrumque dederet. Ille autem contumax perstitit, donec eò accedente * *Balgaï Ogulo*, cum magna militum turba, securitate petita illud dedens ex eo exiret sub finem mensis *Du'lkaadæ*, anno prædicto. His temporibus accedens *Shemso'ddin*, castrorum *Kahestani* præfectus, mandatum accepit; unáque cum ipso iverunt *Rocno'ddini* socii ad demolienda

Dyn. IX.

* al. Bensagala.

p. 507.

Rocn'oddin Hulaco se dedit.

* al. ex eo descenderunt.

* al. Talgaï.

Dyn. IX. omnia quæ ibi essent castra, ea autem ultra quinquaginta castra munita
* al. Cerd-cub & Lamshabar. erant: quæ ceperunt & subjugarunt, duobus exceptis, viz. * *Cazdhacuh* & *Lamshir*, quæ haud statim, [imò] non nisi post † bienni-
p. 508. um capere poterant. Accedentes etiam *Dailami* magnates ea lege pacem cum *Mogulensibus* fecere, ut castra sua demolirentur. Medio mensis *Du'lHajja Hulacu* ad Ordam in partibus *Hamdanæ* reversus, *Rucno'ddinum* cum filiis & uxoribus suis Kazwinum misit. Anno sexcentesimo quinquagesimo quinto, *Rucno'ddin ChuzShah* ab *Hulacu* petiit ut ipsum, quò *Muncaca* Kaano obsequium deferret, mittere vellet: quod ille probans ipsum novemque ex ipsius sociis, una cum legatis misit. Cum autem ad urbem *Bocharam* pervenissent, cum legatis contendens maledictis eos incessit, ob quæ ipsi in illum odium conceperunt. Cum ergo Kara*Kuramum* pervenissent, *Rucno'ddino* accedendi venia haud concessa est; prodiitque à *Muncaca*Kaano ad eum mandatum [hujusmodi,] Oportet ut in pa-
* al. Cerd-cub & Camshir. triam tuam reversus præfectos tuos jubeas duo illa castella, * *Cazdhacub*& *Camsar*, dedant; quæ ubi tradiderint, eáque dirueris, iterum ac-
* al. Al-Basamsi cedas, erit tibiq; * *AlTalishmishi*, i.e. Honor & acceptatio. Hac ergo spe rediit R*ucno'ddin*; sed inter eundum cum sociis qui cum ipso erant pe-
Molhedita rum exterminium. riit: venitque ad *Hulacum* à *Muncaca*Kaano mandatum, ut *Molheditas* penitùs è medio tolleret, nec ullum eorum vestigium relinqueret. Misso igitur Kazwinum KaraKaio *Alyabtactajio*, R*ucno'ddini* filios, & filias, fratres & sorores, cum omnibus *Molheditarum* copiis
* al Jcuja ba. interfecit: * *Ucuhana Nowain* etiam è subditis *Ismaelitarum*, quasi eorum congregandorum gratia, eductos duodecim mille, † omnes tru-
p. 509. cidavit; omnesq; qui à religionis suæ fundamentis descifcerent, è terra sustulit. Eodem anno *Soltan Ezzo'ddin*, misso ad obsequium *Hulaco* testandum legato, conquestus est de *Bayeju Nowaino* quod ipsum regno suo expulerat; Jussitque *Hulacu* ipsum & fratrem ipsius R*ucno'ddinum* ditiones inter se partiri. Prodiens ergo *Ezzo'ddin* K*uniam* pervenit. R*ucno'ddin* autem cum *Bayeju Nowaino* in ipsius castra abiit. *Ezzo'ddin* verò sibi à *Bayeju Nowaino* metuens, servum
* al. Togar-balabam. suum * *Taphalam* in *Malatiæ* & *Chartaberti* partes misit, ad conducendum sibi è *Cordis*, *Turcomannis*, & *Arabibus* exercitum. Servus igitur iste eo perveniens, S*harfo'ddinum Ahmedem Ebn Belas*, è regione *AlHaccar*, nec non S*harfo'ddinum Mohammedem Ebn Al-*

Sheich

Sheich Adi è regione *Mausela*, *Cordos*, accersitum misit, quibus ad ipsum accedentibus, *Ebn Belaso*, *Malatiam*, & *Ebn AlSheich Adio Chartabertum* assignavit. *Ebn Belasum* verò non receperunt *Malatienses* eò quod in *Rucno'ddini* verba juraverant: cumque ille malè ipsos tractaret, atque opprimeret, ut ferre nequirent, eò res rediit, ut socios ejus adorti tercentum circiter ex ipsis interficerent; ipse verò cum iis qui è sociis ipsum secuti sunt fugit, & per regionem *Klaudiæ* transeuntes *Monasterium* * *Madhik* incenderunt festo *Palmarum*; inde in *Amidæ* territoria transierunt, ubi ipsos assecutus *Miyapharekini* Dominus *Ebn Belasum* occidit, sociosque ipsius captivos fecit. *Ebn Sheich Adium* autem, cum *Chartaberto* profectus esset quò *Sultano Ezzo'ddino* se adjungeret, assecutus *Angurc* † *Nowain* ipsum eosque qui cum ipso erant interfecit. Deinde *Malatiæ* præfecit *Soltan Ezzo'ddin* virum fortem, audacem, *Ali Bahadur* appellatum; quem strenuitatem ejus timentes receperunt incolæ. *Ali* iste *AlAjaziis*, generi cuidam nefario *Turcomannorum*, qui in regiones excursiones facientes incolas trucidarent liberósque captivos abducerent, bellum inferens, Ducem eorum nomine *Juti Beg* captum in castro *AlMenshar* incarceratum detinuit; ipsorúmque exercitus profligavit, adeo ut ab eorum nequitia tuti essent homines; paterentque viæ, commeatúmque apportarent, ac paulisper eos anxietate sua liberavit Deus. At interea dum ob hoc lætarentur, ecce supervenit cum exercitibus suis *Bayeju Nowain*, qui eos qui castella tradiderant oppugnârunt, quò ea *Rucno'ddino* dederent; urbémque *Abolostainam* aggressi, ex incolis sex circiter virorum millia interfecerunt, fœminis filiisque & filiabus captivis abductis. Cum autem *Malatiam* accederent, *Ali Bahaduro Cachtam* fugiente, egressi sunt urbis incolæ *Bayeju Nowaino* obsequium deferentes cum variis munerum & donariorum generibus. Factum est hoc medio mensis *Ilul*, anno *Alexandri* millesimo quingentesimo sexagesimo octavo. Ipsis igitur in *Rocno'ddini* obsequium jurejurando adactis, inde discessit, postquam pecuniarum summam acceperat. *Rucno'ddin* autem *Malatiæ* servum quendam suum nomine *Phacro'ddin Ayazum* præfecit. At cum *Bayeju* è *Rumaæ* finibus profectus esset, *Erakum* petens, *Malatiam* reversus est *Ali Bahadur*; cúmque incolæ occlusis portis eum ingredi non permitterent, sibi à *Bayeju* metuentes,

Dyn. IX.

* al. *Marik.*

p. 510.

Dyn. IX tes, eam aliquandiu obsidione cinxit; caróq; admodum pretio venditæ
p. 511. sunt in ea res, adeo ut † Salis *Maçuc quadringentis nummis argen-
* mensuræ genus. teis veniret, tritici septuaginta: quo cum tædio afficerentur homines, nec quid machinarentur scirent, textorum aliorúmque vulgus è portis urbis quandam nocte quadam aperuerunt, quam Bahadur cum sociis suis Turcomannis vi ingressus quosdam in * turres ascendere jussit, qui exclamantes dicerent, Princeps subditos, tam Christianos quam Mohammedanos, securos esse jubet; unusquisque igitur ad laborem suum & officinam suam proficiscatur, emendóque & vendendo operam det; quod enim illi dicendum est, ad Præfectos spectat. Primo autem mane Phacro'ddinum Ajazum, Soltani Rocno'ddini servum, prehensum in carcerem conjecit. Shababo'ddinum * Al Ared equo vili impositum per Malatiam circumduxit, deinde morte affecit. Capistríque finem unum collo * AlMoayen AlAicad * Bashasii, alterum canis collo alligans, ita per plateas incedere coegit; dein collum ipsi præcidit. Pœnis etiam * Almostaufi Rumaum Alkasis [i. e. sacerdotem] CaloJoannem, & filium ipsius * Cyr-jurium & fratres ipsius Basilium & Manuelem affecit; omnésque eorum facultates diripuit, deinde trucidavit. Tres præterea Emiros, Emiri Shababo'ddini * Isu Cordi filios, interfecit. Gravis autem fuit Malatiæ & in ejus territoriis fames, adeo ut canes & feles comederent homines, & pelles siccas quibus resarciebantur calcei aqua maceratas & coctas ederent. E sociis nostris quidam per villam dictam Baabdun in territorio Jubas, quæ è ditionibus Malatiæ est,
p. 512. transeuntes, † mulierum turbam in domo quadam congregatam conspexerunt, coram quibus mortuus erat extensus, & in manibus ipsarum cultri, quibus carnem ipsius excinderent, eam assatam comedentes: nec non fœminam, quæ in furno filiolum suum torruerat; cumque in ipsam irruissent vicini, juravit haud se illum interfecisse, verum cum mortuus esset hoc se fecisse, ratam sibi eum magis quam vermibus convenire. Ali Bahadur autem postquam gravia hæc mala Malatiæ optimatibus intulerat, & ejus proceribus pœnas ignominiosas inflixerat, parum jucundam ibi vitam expertus est, præ calamitatibus, exitio, & annonæ angustia, quæ passi sunt incolæ. Ea igitur egressus se ad Sultanum Ezzo'ddinum recepit. Eodem anno ægrotavit Theodorus Græcorum Imperator in urbe Nicia;

[Margin notes: * al. suggesta. — * f. officii nomen, Armorum lustrator. — * f. & officii nomen. — * al. Bashbashi. — * f. & officii nomen, Exactor. — * Al. Canvirium. — * al. Aasu. — Theodorus Græcorum Imperator.]

Nicia; cujus in famulitio fuit *Patricius* cui nomen *Michael*, cognomentum *Palæologus*, i. Sermo antiquus: Græcorum siquidem Docti, postquam *Franci Constantinopolin* cepissent, prædixerant, Regem cujus in nomine concurrerent M & X è literis Alphabeti Græci, *Francis* inde pulsis eam Græcis redditurum. *Theodorus* ergo Imperator *Michaelem* istum metuebat ne regno potiretur, atque ingravescente hoc metu ipsum in carcerem conjecit, vinctumque in castro quodam in territorio *Thessalonicensi* detinuit: cum sine culpa, cujus reus appareret, ipsum morte afficere non posset. Cum autem morbo isto laboraret, *Patricium* quendam nomine *Gadinum* misit, qui eum ad se adduceret. *Gadinus* verò iste ubi *Michaelem* convenisset, clam illi, Tu, inquit, Imperator es: sis ergo prudens, & te mihi sine † ulla omnino animi inviti specie dedas, quò opiniones quas de te concepit Imperator tollantur. *Michaelem* ergo, ei hac in re morem gerentem, compedibus vinctum ad Imperatorem adduxit; cui cum sisteretur flens magnam præ se mœstitiam tulit, adeo ut misericordia & tenero affectu erga ipsum commotus sit Imperator, eumque deosculatus sit, atque ipsi filii sui *Calo Joannis* educandi curam comitteret, (Fuit tunc temporis filius ipsius puerulus) eique hac in re socium adjunxit Patriarcham *Arsenium*: deinde post spatiū tēporis diē obiit *Theodorus*, & in *Monasterio Magnesiæ* sepultus est. Fuit autem ei soror *Cyri Elena* dicta, cui gener erat, qui filiam ipsius duxerat, *Muzalon* appellatus; quocum ad monasterium, prætextu sepulchri Imperatoris visendi, cum profecta esset, ibi dies aliquot commorati de Imperii negotio deliberarunt: atque in hoc consenserunt ut manibus in *Michaelem*, & quotquot in eadem cum eo sententia essent, injectis, Pueri gubernandi curam susciperet *Muzalun*. *Michael* verò, dolo eorum perspecto, contra eos quosdam è *Francorum* copiis, quos sibi obsequentes habuit, missos, ambos interficere jussit, ubicunque tandem repertos. *Franci* igitur *Monasterium* ingressi, eos in Ecclesia, tempore precum vespertinarum, repertos in frusta eo loci dissecuerunt; & in urbe *Nicia Michaelis* nomen promulgarunt, dicentes *Gracè*, *Michael* ô divinitus adjute, *Michael* Græcorum Imperator *Palæologus*, *Autocrator*. Exinde *Michael* in urbem *Niciam* profectus, Imperator salutatus est per omnes istas regiones. Puerum autem *Calo Joannem*, Imperatoris filium,

Dyn. IX.

p. 513.

Calo Joannes.

Michael. Palæologus.

Dyn. IX. filium, † arce quadam inclusit, & *Patriarcham Arsenium*, qui ob hoc
p.514. factum eum reprehendit, in exilium egit. Cumque imperio potitus esset, nihil aliud animo versavit quam ut *Constantinopolin* caperet; quam semel aggressus, cum eam capere non posset, se continuit: donec orta inter *Venetos* & *Genuenses* in urbe *Acca* discordia, *Veneti* omnes *Constantinopoli Accam* proficiscerentur, opem sociis suis latum, cum ipsi urbis custodes essent. Quin & alium struxit dolum, jubens *sc.* Præfectum castelli Græcorum cujusdam, ut ad *Baldwinum Francum*, *Constantinopolis* Dominum, scribens sic diceret; *Michael* iste Imperium Græcorum injuriâ invasit; estque Tyrannus, in Domini sui familiam rebellis, mihique invisus: Tibi magis quam illi convenit hoc castellum, cum sis tu Rex Regis filius, *Michael* autem iste rebellis quidam; si ergo ad me copias miseris, ego illud tibi traditurus sum. Opus est autem machinis bellicis, quas secum adductas erigant, quo pugnæ atque impetus hostilis speciem exhibeant, sitque mihi quo me apud homines excusem, cum ipsam tradidero. His verbis deceptus *Baldwinus Francus*, cum eum vera dixisse autumaret, quotquot apud ipsum essent milites ad castellum illud misit: juxta quod confidentes machinis apponendis, sibique ad pugnam parandis intenti erant. Interea *Michael* cum copiis suis, sinu *Constantinopolitano* traj[illegible], ad eam consedit militibus
p.515. jam vacuam, † atque inter eam et exercitum, qui apud castellum prædictum fuit, se medium interposuit. Cumque ipsi Pastor quidam portam quandam, quæ urbi fuerat, antiquam, cujus nullum apparebat vestigium nec à tempore Constantini aperta fuerat, indicâsset, ea retectâ urbem noctu ingressi occuparunt. *Baldwinum* vero ejus Dominum consultò neglectui habuerunt, donec cum domesticis suis egressus in *Francorum* regiones, mari abiret. Spatium autem quo in *Francorum* manibus mansit *Constantinopolis*, annorum circiter quinquaginta trium fuit; deinde in Græcorum potestatem, sicut antea fuerat, rediit. Eodem anno mense *Shawalo*, *Hulacu* è finibus *Hamdani* versus urbem *Bagdadum* iter instituit. Eo autem tempore quo *Molheditarum* castella obsideret, legatum ad *Chalifam AlMosta'semum* miserat, auxilia ab ipso petitum; quæ cum mittere vellet, haud potuit, non permittentibus *Vizieris* & Principibus, cum dicerent, *Hulacu* vir astutus est & dolosus, nec auxiliis nostris indiget;

Constantinopolis Latinis erepta.

get;

diget; sed hoc illi propositum est, ut *Bagdadum* viris vacuum reddat, quo eo facilè potiatur: hujus ergò opinionis causâ à viris ad ipsum mittendis abstinuerunt. Cum autem castella ista cepisset *Hulacu*, alio misso ad Chalifam legato ipsum quod auxilia sibi mittere neglexerat reprehendit. Vizierum ergò consuluerunt quid sibi agendum esset; qui respondit, Haud alia superest ratio quã ut regem istum præpotentem placatum reddamus, opes, munera & donaria ipsi, ipsiúsque amicis præcipuis largiendo. Interea autem dum ea quæ mitterent è gemmis, monilibus, vestibus, auro, † argento, servis, ancillis, mulis, & camelis, pararent, dixerunt *Dowaidar* minor, ejusque socii, Vizier equidem rem suam cum *Tataris* agit, nos illis tradere cupiens; haud autem illi ut hoc faciat permittamus. Hac de causa multa mittendi munera consilium abjiciens *Chalifa*, non nisi parum quid nullius pretii mittere voluit. Iratus ergo *Hulacu*, Necesse, inquit, est ut vel ipse huc accedat, aut unum è tribus mittat vel Vizierum, vel * *Dowaldarum*, vel *Soliman-Shahum*. Jussit ergo *Chalifa* ipsos proficisci: at cum dicto ejus auscultare nollent, alios misit; veluti, *Ebno'l* * *Jawzium*, & *Ebn Mohayi'ddinum*, qui nihil illi profuerunt. Jussitque *Hulacu Bayeju Nowainum*, & *Sunjak Nowainum* ante se per viam *Arbelæ* progredi, ipse per viam *Holwani* iter faciens. *Dowaidar* autem *Bagdado* egressus juxta *Yaacubam* consedit: at audito *Bayeju Nowainum Tigrim* transmisisse, & ad latus ejus occidentale castra posuisse, ratus *Hulacum* ibi castra metatum esse, *Yaacuba* profectus è regione *Bayeju* consedit. Porro *Mogulensium* Emissarii è *Chalifæ Emiris* quendam, *Ibeg Al* * *Halebi* appellatum, obviam factum ad *Hulacum* abduxerunt; qui ei hac lege ut verum diceret securitatem concessit, bonoque animo esse jussit. Hic exercitum præcedens ipsis viæ Dux fuit: & ad amicorum suorum præcipuos scribens, Vestri, inquit, miseremini, & ut securitas vobis concedatur petite; Impares enim estis spissis hisce exercitibus. Illi vero responsum ipsi reddiderunt, literis ad hunc modum scriptis. † Quis est *Hulacu*, & quæ ejus vires, contra familiam *Abbasi*? à Deo est ipsorum Imperium, nec prospero successu utetur quisquis illis adversatus fuerit. Quod si *Hulacu* pacem vellet, nunquam *Chalifæ* terram calcâsset, nec in ea grassatus fuisset; Jam verò, si pacem facere cupiat, *Hamdanum* revertatur, nosque apud *Dowaidarum* intercedemus, ut Im-

Dyn. IX.

† p. 516.

* *n.* Officii.

* al. *Jawzium.*

* f. *Chelabi.*

† p. 517.

Dyn. IX. peratori fidelium se supplicem sistat hac in re; qui forte *Hulaco* delictum condonaturus est. Quas literas cum *Hulaco* ostendisset *Ibeg*, risit ille; atque inde vecordiæ ipsorum indicium sumsit. Deinde *Dowaidar* audito *Tataros Anbarum* profectos esse, versus eos contendit, & *Suwinjak Nowaini* exercitum obvium habens ipsos devictos in fugam vertit. Inter fugiendum verò occurrens ipsis *Bayeju Nowain* eos redire coegit; omnibusque simul in *Dowaidari* exercitum impetum facientibus, cum acriter dimicatum esset, is fuit pugnæ exitus ut victo *Dowaidaro* maxima copiarum ipsius pars interiret: ipse cum paucis quibusdam è sociis ipsius elapsus *Bagdadum* ingressus est. Medio mensis *Moharrami* anno sexcentesimo quinquagesimo sexto ipso *Hulaco* ad portam *Bagdadi* considente, *Mogulenses* intra diei ac noctis spatium ad partem Orientalem *Sibam*, i.e. murum altum, extruxerunt; *Buka Timur* etiam, & *Suwinjak Nowain*, & *Bayeju Nowain* ad latus occidentale idem fecerunt: fossáque profunda intra *Sibam* facta, machinas bellicas undiquáque versus *Bagdadi* mœnia posuerunt; quin & tormenta & pyrobolos disposuerunt. Fuit expugnationis initium vicesimo secundo mensis † *Moharrami*. Videns
p. 515. igitur *Chalifa* & virium suarum defectum & suorum debilitatem, *Diwani* sui præfectum, & *Ebn Darnusum* ad obsequium *Hulaco* deferendum cum parvi pretii muneribus quibusdam misit. (Dixerunt enim, si multa miserimus, dicet ille, Valde metu & timore perculsi sunt.) Dicenti autem *Hulaco* cur non accesserunt *Dowaidar* & *Solimanshah*? *Chalifa* misso Viziero *Al Alkemio* respondit, Petiisti tu è tribus unum: ecce misi jam tibi Vizierum qui eorum maximus est. Respondit *Hulacu*, Equidem cum in partibus *Hamdani* morarer, quemlibet horum trium petii, jam vero haud uno contentus ero. *Mogulenses* autem urbem vehementissime oppugnarunt è regione turris *Ajamiensis*, *Buka Timur* à latere occidentali juxta hortum olitorium, *Suwinjak Nowain* & *Bayeju Nowain*, à parte *Nosocomii Adadiensis*. Jussitque *Hulacu* Sagittarios sagittis *Arabice* inscribere, *Arcanios* [Primores,] *Aliadas*, Doctos, & summatim quotquot se pugnæ non immiscerent, tutos futuros, ipsos, cum uxoribus, liberis, & bonis suis; quas in urbem jecere. Cumque acriter contra *Bagdadum* undique pugnatum esset, úsque ad diem vicesimum sextum mensis *Moharrami*, ceperunt *Mogulenses* mœnia, initio facto

à

à turre *Ajamiensi.* Quin & fluvii ripam nocte diéque custodierunt *Mogulenses*, invigilantes ne quis per eam descenderet. Jussit etiam *Hulacu* ut ad se accederent *Dowaidarus* & *SolimanShah*; quod ad *Chalipham*, si ipsi visum esset † egredi, ut egrederetur, sin minus loco suo se contineret. Egressi sunt ergo *Dowaidar* & *Soliman Shah*, cum magnatum cœtu: deinde è via rediit *Dowaidar*, prætendens se reversurum quo milites in angiportis & platearum angustiis delitescentes cohiberet, ne *Mogulensium* quempiam interficerent. Reversus ergò cum die crastino exiret interfectus est. Plebs autem *Bagdadensis Sharfo'ddinum Maragiensem* & *Shohabo'ddinum Zenganiensem* miserunt, qui ut in fidem reciperentur peterent. Videns ergo *Chalifa* fieri non posse quin volens nolens egrederetur, copiam ab *Hulaco* ad ipsum accedendi petiit: quo annuente egressus est quarto mensis *Safari*, una cum filiis & familia sua; jussitque *Hulacu* ipsum in porta *Calwado* sisti. Militibus autem *Bagdadum* diripere jam incipientibus, & ipse urbem ingressus ut *Chalifæ* palatium videret, *Chalifam* sibi sisti jussit. Qui cum adductus coram eo sisteretur, gemmas pretiosas, unionésque & margaritas discis impositas ipsi obtulit, quæ omnia *Hulacu* principibus distribuit. Vesperi autem ad tentorium suum regressus *Chalifam* jussit fœminas omnes, quibus vel ipse vel ipsius filii usi fuerant, à cæteris segregatas seorsim collocare: quod cum fecisset, fœminæ erant septingentæ; quas cum tercentum Eunuchis [ipsarum] famulis eduxit. Septem autem dies urbi diripiendæ insumpserunt: deinde gladium sustulerunt, & à captivis faciendis cessarunt. Die decimo quarto *Safari* *Bagdado* discedens *Hulacu*, prima statione *Chalifam Mosta'semum* morte affecit, una cum filio ipsius medio & sex Eunuchis, † noctu. Filium ipsius natu majorem, cum multis ex ipsius amicis præcipuis, juxta portam *Calwadum* interfecerat: *Bagdadum* autem restaurandam *Diwani* præfecto, Viziero & *Ebn* **Dunuso* commisit. *Buka Timurum Hellam* misit, ad ejus incolas tentandos num ei morem gererent, necne; qui eò profectus, inde ad urbem *Waset* abiit, in qua per hebdomadæ spatium magnam hominum multitudinem neci dedit. Deinde ad *Hulacum* reversus est, qui tum in *Siacu* substitit.

Dyn. IX.

p. 519.

Bagdadum à Tataris capitur.

Cædes Mostasemi Chalifæ.

p. 520.

*al. *Darnusho.*

Sectio.

Jamalo'ddin Ebno'l Kophti, Historicus. * *vel Medicorum.* E viris eximiis illustribus, qui intra hos annos floruerunt, fuit *Al-Kadi AlAcram Jamalo'ddin Ebnol'kophti* autor libri Historiæ *Sapientum; qui *Kophti* (è *Saïdi Ægyptiaci* ditionibus) natus fuit anno quingentesimo sexagesimo octavo: adhuc autem puerulum pater ipsius abduxit quo *Kaïra Moazzia* habitaret; ubi & legere & scribere, & humanioris literaturæ aliquid didicit. Inde in *Syriam* migrans *Halebi* commoratus est, ubi *Emiro*, *AlMaimun Alkasri* appellato, socium se præbuit: atque hoc temporis spatio eruditorum cœtui se adjunxit, è quorum colloquiis fructum percepit, atque eorum disputationibus doctus evasit. Deinde post *Emiri* prædicti obitum domi sui se continuit, donec negotiis *Diwani* operam navare coactus est tempore *AlMalec AlDhaheri*; cui muneri præfectus est ipsum nolens & fastidiens. Mortuo igitur *AlMalec* reversus est, ac domi suæ seclusus mansit à *Diwani* curis quietem captans, animum uni lectionis & meditationis negotio intendens, ab hominum consortio se subducens, solitudinis & secessus amans; adeo ut vix † cuipiam appareret, donec *AlMalec Alziz* Vizieri munus in ipsum conferret, anno sexcentesimo tricesimo tertio:
p. 521. quam dignitatem retinuit toto *AlMalec AlAzizi* tempore, nec non *AlMalec AlNaseri* filii ipsius, donec è vita discederet decimo tertio *Ramadani* anno sexcentesimo quadragesimo sexto. Ex hujus temporis Doctis fuit etiam *Nojmo'ddin Nachjawanensis*, qui in rebus laude dignis summe excelluit, magnæque peritiæ fuit in veterum disciplinis. In patria sua Philosophiæ operam dedit, inde in exteras regiones profectus eásque obiens, in *Rumaorum* ditiones pervenit, ubi ad summas evectus est dignitates: deinde præfecturæ turbas & molestiam pertæsus, in *Syriam* profectus *Halebi* substitit, ab hominibus subductus in domo quadam, quam ad habitandum comparavit, neminem adiens; hominibus autem eum adeuntibus donec ibi moreretur. Valde propendit ad *Metempsychosin* adstruentium sectam. Sunt illi stricturæ in Logicalia libri *Esharato* [indiciorum *Avicennæ*;] quem etiam explicavit. Quin & *AlAphdal AlChowanjium* defectus arguit, & falsa esse ostendit ab eo dicta in libro *AlCashph*, de iis quæ conversionem propositionis contradictoriæ

Nojmo'ddin Nachjawanensis, Philosophus.

riæ spectant, & subjectum extraneum & verum; & quod negat conclusionem minoris possibilis in figura prima, & conversionem negativæ universalis necessariæ in sui similem, aliáque ejusmodi. Ex eorum numero fuit etiam Medicus *Theodorus Antiochenus*, sectâ *Jacobita*, qui *Linguarum Syriacæ* & *Latinæ* peritiam *Antiochiæ* sibi acquisivit, ibidemque aliquas etiam è veterum disciplinis addidicit. Deinde *Mauselam* migrans apud *Camalo'ddinum Ebn Yunes AlPharabii* & † *Avicennæ* opera legit, *Euclidemque* & *AlMagestum* resolvit. Inde *Antiochiam* reversus, haud diu ibi substitit, cum in se adhuc defectum scientiæ animadverteret; sed ad *Ebn Yunes* denuo se recipiens ad maturitatem perduxit quod crudum judicaret in scientia sua. *Bagdadumque* profectus solidam Medicinæ scientiam acquisivit, quæ de ea dispersa fuerant colligens, quæque fugerant indagans. Tum ad *Soltan Ala'ddinum* contendit, qui cum eum minus gratum haberet, nec benigne exciperet, in *Armeniam* profectus *Constantino*, Regis *Hatemi* Patri, operam collocavit: at nec eorum consortio delectatus, cum Legato quodam, qui ibi fuit, ad *Imperatorem* Francorum Regem accessit; à quo magna consecutus est beneficia, & munera accepit, qui urbem etiam *Camahiam* cum territoriis ipsi assignavit. Ille rebus jam bene habentibus, opibúsque auctus patriam amicósque visendi desiderio accensus est: cúmque veniam abeundi impetrare non posset, se continuit donec opportunitatem nactus, Rege in regiones Occidentales expeditione suscipiente, rebus suis compositis & facultatibus collectis navim, quam sibi ad fugam paraverat, conscendens, unà cum famulis suis mari se committeret, Accæ oram petens. Inter navigandum autem ecce concitatus ventus eos in urbem conjecit, in qua & ipse Rex erat, qui eò appulerat: quod cum *Theodoro* nuntiatum fuerat, sumpto quod secum habuit veneno mortuus est, præ pudore non metu. Neque enim passus fuisset Rex talem virum morte affici. E Medicis etiam hujus temporis celebrioribus fuit *Ma'sud Bagdadensis*, qui *Ebno'l Kafs* audiit, Medicus solers & † excellens. *Chalifa AlMosta'semo* operam collocavit, eíque se privatim addixit, ipsius uxoribus, liberis, & peculiari famulitio medicando; & ad magnam apud ipsum dignitatem evectus est. Cum autem contigisset *Bagdadi* quod contigit, ab hominum consortio subductus domi

Dyn. IX.

Theodorus Antiochenus Medicus.

p. 522.

Sumpto veneno perit.

Ma'sud Ebno'l Kafs Medicus.

p. 523.

Dyn. IX. suæ se continuit, donec moreretur, relicto filio suo *Garso'l Neemat Abu Nasro.* Porro fuit & *Abu Nasr* vir eximius, intellectu pollens, varia scientiarum genera callens, fundamentorum Geometriæ peritus, quique ejus difficultates solveret. Gracili autem corpore fuit, valetudinarius, ptisana continue tam æstate quã hyeme utens; fuitque diæta ejus medicinale quid & modicum. Mortuus est ætate jam ad senium vergente.

Isa Bagdadensis medicus: * al. *Hadbitensis.* Ex eorum etiam numero fuit Medicus *Isa Bagdadensis*, qui audiit *Ebno'l Kasis* * *Chatirensis*. Fuit pater ipsius Medicus eximius, sub quo studiis operam dederunt [homines] & ab ipso didicerunt. Fuit autem hic temperamenti acrioris, subito irascens. Intercessit mihi cum ipso disputatio de eò quod *Syri* noctem diei præmittant, argumento è textu legis sumpto, viz. quod dixerit Deus, Fuitque vespera & fuit mane dies unus. Dixi ego, Hoc argumentum contra ipsos non pro ipsis facit, Innuit enim præcessisse diem qui vespera terminaretur, & successisse noctem quæ mane terminaretur, ut utroque conjuncto perficeretur dies unus. Quod enim inter vesperam & mane intercedit, nox una est; quæ diei dimidium, non dies integer est. Ille autem parum candide hac in re mecum egit, nec aliud ab eò responsum tuli quam ut diceret, Hæc sectæ tuæ sententia est; & quomodo audeas tu ipsos mendacii arguere? Respondi ego, Ipse Græcos in eo sequor; pro *Syris* autem hanc exhibeo Apologiam, quod Menses ipsorum lunares sint. Luna au-
P. 524. tem nova vesperi apparet non mane, ideoque initium † epocharum suarum noctis principium statuunt; eodémque modo Hebræi, & Arabes, quod nox diem re ipsa præcedat. Porrò ex iis, quæ animi Medici *Isa Ebnol'Kasis* celsitudinem indicant, est, quod cum Canonis exemplar manu sua exarâsset adhuc juvenis, illudque modo legitimo ex ipsius potestate egressum in Bibliothecam Collegii *Mostanseriensis* pervenerat, ille jam ætate provectior, exemplar sibi [concedi] petens illud contulerit, & correxerit, deinde in locum suum reddiderit. Quod cum inimici ipsius superbiæ imputarent, amici præmii à Deo captandi desiderio; Utrique, inquit ille, errant, Siquidem hoc feci, ne post mortem mihi detraherent homines. Diu autem vixit, & admodum senex mortuus est. Ex eorum etiam numero,

Takio'ddin Rasainensis medicus. *Takio'ddin Rasainensis*, qui *Ebnol Chatab* audiit, Medicus fama celebris, qui Artis Medicæ, tam Theoreticam quam Practicam solidè admodum

modum tractavit. Operam collocavit *Soltano Giyatho'ddino*, & post ipsum filio ipsius *Ezzo'ddino*. Magno apud utrumque in honore fuit: ipsumque à gradu Medici ad familiaritatem & colloquii [honorem] evèxerunt, eique reditus amplos assignarunt; adeo ut in ipsorum famulitio habitu esset splendido, statúque prospero, pueris & servis[stipatus,] & sub eorum dominio omnia læta consequeretur. Ex illis etiam *Sharfo'ddin Ebn'ol Rahba*, & frater ipsius *Jamalo'ddin Damasceni*. *Sharfo'ddin* autem in parte theoretica medicinæ excelluit: cujus perfectam assecutus est scientiam, ejusq; fundamenta perspecta habuit. Docendo animum applicuit, adeò ut multi ab eo studiosi didicerint: nec multum †ægrotis medicando se addixit. Audivi cum *Damasci* studerem, esse illi notas & Scholia in Canonem, quæ tamen non vidi. *Jamalo'ddin* verò ipsius frater, summam parti practicæ curam impendit, & egregiæ in ea experientiæ fuit, & ob peritiam in medendo celebris. Unà cum ipso aliquando ægrotis curandis in *Nosocomio Nurensi Damasci* operam dedi. Moribus erat suavissimis, nec in Medicorum cœtu vidi, qui vel habitu, vel cum sileret, aut loqueretur, aut rideret, ipsi præferendus esset. Ex iis etiam *Badro'ddin*, qui *Ebn Kadi Baalbecensis* audit, egregiè peritus in ægrotis tractandis & curandis, modis sanandi excogitandis elegantis ingenii. Librum molis exiguæ composuit, cui *Mopharrehol' Naphs*, [*i.* Exhilarans animam] titulum indidit, in quo multa collegit quæ quinque sensus spectant ad exhilarandum conducentia; quibus addidit medicamenta simplicia quæ cordi prosint, nec non & composita, calida, frigida, & mediæ naturæ, Regibus, pauperibus, & mediæ sortis hominibus: in quo & *AlRayisum* [i. Doctorem primarium, scil. Avicennam] reprehendit quod *Coriandrum* in exhilarantium numero posuerit. Ex iis etiam fuit *Naphiso'ddaula Damascenus*, *Christianus*, sectæ *Malecianæ*, qui *Ebn Talib* audit, cujus mentio fiet inter Medicos *Hulaci*, cum eorum princeps fuerit. Ex illis etiam *AlMowaffac Jacob Damascenus, Samaritanus*. Medicus fuit sagax, prosperi in medicando successus, promptè res explicans: at in iis quæ novit [communicandis] avarus, adeò ut cum iis qui ab exteris regionibus ad eum se conferrent, quo ipsum audiendo proficerent, pactum iniret de certa pecuniæ summa numeranda, quemcunque tandem librum legere vellet: †quod vilitatis est quam refugiunt animi generosi.

Dyn. IX.

Sharfo'ddin Ebno'l Rahba Damascenus, Medicinæ theoriæ peritissimus.

p. 525.

Jamalo'ddin ejus frater praxi clarus.

Badro'ddin Ebn Kadi Baalbec, medicus.

Naphiso'ddaula Damascenus, Medicus Christianus.

Jacobus Damascenus Samaritanus, medicus.

p. 526.

E

Dyn. X. E viris etiam hoc tempore disciplinarum veterũ scientia & multiplici

Nojmo'ddin Damascenus, Mathematicus. virtute præstantibus fuit *Nojmo'ddinus Damascenus*, *Ebno'l Lobudi* dictus; *Diwani* rebus præpositus, & ad Vizieri munus evectus: in Geometria & Arithmetica præcipuè excelluit. Ex eorum etiam numero,

Ezzo'ddin AlDarir, i. cæcus. *Ezzo'ddinus*, cæcus: inter illustres, & præcipuæ notæ homines, qui seculi ornamenta habentur, fuit. Omnium simul Philosophiæ generũ, & Philologiæ *Arabicæ* in eo peritia erat egregia. Memoria & facultate imaginatrice plurimum polluit, adeò ut cum apud eum, licet oculis captum, legerentur sex *Euclidis* libri [priores,] figuras unà cum literis suis memoria teneret, & de iis demonstrandis dissereret.



Dynastia decima à Regibus *Arabum Moslemiorum* ad Reges *Mogulensium* translata.

Hulacu Rex Mogulensis. *Hulacu Ebn Tuli Chan.* Cum jam *Bagdadum* in potestatem suam redegerat *Hluacu*, atque in eo prætores & præfectos constituisset, *Badrò'ddin Lulu Al Mausela* Dominus filium suum *Al Malec AlSaleh Ismaelem*, unaque partem exercitus sui, ipsi in auxilium misit: quem tetrico vultu excipiens *Hulacu*, Vos, inquit, adhuc in ambiguo de rebus nostris estis, moràsque de die in diem traxistis, unum

p. 527. promoventes pedem † alterum referentes, ut videretis, quis alterum vinceret. Quod si victor evasisset Chalifa, nobis debellatis, ad illum non ad nos accessissetis. Dic Patri tuo, Valdè de te mirari nos fecisti, quomodo à recto aberraveris, teque à via justa abduxerit intellectus; Quod certum fuit pro incerto habuisti, illuxitque tibi aurora, nec lucem percepisti. Cum ergò *AlSaleh Mauselam* reversus nuntium quem attulerat reprehensorium patri suo retulisset, pro certo cognovit *Badro'ddin* infortunia dentes caninos in ipsum denudasse, animóque concidit, & pavore ingenti concussus est, adeo ut fere eclipsim pateretur Luna, & obscuraretur lux ipsius: deinde è socordia sua expergefactus quicquid in *Gazophylaciis* suis opum, unionum, gemmarum, vestiumque pretiosarum esset extrahens, nec non quotquot è subditis suis opibus abundarent spolians, adeo ut concubinarum suarum monilia & qui in liberorum suorum inauribus essent uniones auferret, ad *Hulacum* in *Hamdani* montibus ut ei se obsequentem

quentem sisteret, abiit. *Hulacu* autem ei benignè accepto annorum gratia reverentiam exhibuit, ipsiusque misertus blandis animum promissis confirmavit, & securitatem concessit; quin & cum eo colludens eo admovit ut in solium secum assumeret, eique permitteret, ut manu suâ binas quas attulerat auribus ipsius inaures imponeret, in quibus duo essent magni pretii uniones. Per aliquot ergò dies obsequii ipsi præstandi gratia commoratus, deinde *Mauselam* rediit gaudio & lætitia perfusus, imò consternatus præ ea quam vidit *Hulàci* potentia, majestate, & sapientiâ. Eodem anno *AlAshraph*, filius *AlMalec AlGazi* filii *AlMalec AlAdeli* † *Miyapharekini* Dominus, ad *AlMalec AlNaserum Halebi* Dominum profectus auxilium ab eo petiit, quo *Mogulenses* ne in *Syriam* ingrederentur impediret: qui ipsius sententiam levi pendens, nec consilio aurem præbens, ipsum cum verbis distulisset iratum dimisit. Ille verò ad urbem suam *Miyapharekinum* reversus, *Mogulensium* præfectos ejecit, necnon Sacerdotem quendam, qui *Kaani* jussu ad ipsum cum mandatis & edictis venerat, patibulo affixit. Interea autem temporis assecuti ipsum *Mogulensium* exercitus urbem cinxerunt. In exercitus autem fronte fuit **Yashmut Hulaci* filius. Porro intra diei & noctis spatium extruxerunt *Mogulenses* circa urbem muros, fossámque profundam duxerunt: deinde admotis contra eam machinis cum pugnandi initium fecissent, acriter utrinque dimicatum est. Videntes verò *Mogulenses* urbem à se vi capi non posse, à pugnando manum abstinentes, obsessam illam tenuerunt, ita ut neminem ingredi vel egredi sinerent. Anno sexcentesimo quinquagesimo septimo misit *Hulacu* ad *AlMalec AlNaserum Halebi* Dominum Legatum cum literis, in quibus hæc habuit; Sciat *AlMalec AlNaser* nos castris ad *Bagdadum* positis, anno sexcentesimo quinquagesimo *quinto, ipsum gladio Dei celsissimi expugnâsse: accersitóque ejus Domino duo ab ipso petiisse, qui cum postulatis nostris non responderet, pœnas à nobis commeritus est; sicut inquit **Koranus* vester, *Non mutat Deus populi statum, donec mutati fuerint* †*ipsorum animi*. Opes suas custodivit, eoq; perduxit eum tempus quò perduxit: animas pretiosas nummis è metallo vili commutavit; quod manifestè illud est quod à Deo dictum, *Illud quod fecerunt præsto invenerunt*. Potentiâ Dei illud quod voluimus consecuti sumus; sumusque opitulante Deo excelso auctiores evasuri. Nec dubium est nos Dei

Dyn. X.

p. 528.

* al. *Bishmut*.

* al. sexto.

* al. Deus excelsus in Korano vestro.

p. 529.

 exercitum

Dyn. X. exercitum esse in terra sua, qui creavit nos, nobisque potestatem dedit in eos quibus incumbit ira ipsius. Vobis autem sit in eo quod præteriit exemplum, & in eo quod narravimus, & locuti sumus, commonitio. Arces à nobis non prohibent, nec copiæ in occursum nostri quicquam obsunt vel prosunt; precesque contra nos vestræ haud acceptæ vel exauditæ erunt. Aliorum ergò exemplo moniti, res vestras in manus nostras tradite, antequam. retecto operimento descendat in vos peccatum. Nos enim nec conquerentis miserebimur, nec in flentem affectu movebimur: jam regiones vastavimus, homines perdidimus, liberos orphanos fecimus, terramque desolatam reliquimus. Vestrum est fugere, nostrum insequi: nec est vobis quo à gladiis nostris incolumes evadatis, nec à sagittis nostris refugium. Equi nostri ejusmodi sunt qui cursu præcellant, sagittæ quæ penetrent, gladii qui fulminent, munimenta nostra instar montium, numerus noster instar arenæ: qui se à nobis in fidem recipi petit, salvus evadit; qui bellum vult, eum facti pœnitet. Quod si vos obsequentes nobis fueritis, & conditiones nostras amplexi, pro vobis erit quicquid pro nobis, contra vos quicquid contra nos: quod si nobis immorigeros vos præstiteritis, & in errore vestro perseveraveritis, non in nos, sed in vosmetipsos culpam conjicite. Deus contra vos

p. 530. est, ô injusti; Parate igitur ærumnis † amiculum & infortuniis socios. Qui autem monuit cavere jussit, & qui admonuit juste egit. Vos enim quod illicitum est comedistis, & perfide egistis, novasque hæreses protulistis, & cum pueris turpia patrare honestum duxistis. Annunciate ergò vobismetipsis vilitatē & contemptum. Hodie reperturi estis quod fecistis. Futurū est ut sciant qui inique egerunt, quā mutationem subituri sint. Apud vos pro certo est nos esse infideles; apud nos pro comperto vos improbos esse: nobisque in vos dominium concessit Ille, penes quem res sunt determinatæ, & judicia disposita. Vestrum maximè eximius, apud nos vilis est; & qui vobis dives, nobis pauper. Nos autem terram ab Oriente usque ad Occidentem possidemus, & quotquot opibus affluunt in spolium sunt & prædam, omnémque navim vi capimus. Perpendite ergò animis vestris à qua parte stet quod rectum est, & cito nobis responsum reddite; antequam accendat infidelitas ignem suum, & in vos scintillas suas projiciat, neque supersit è vobis quisquam, terraque vobis vacua relinquatur:

relinquatur: siquidem expergefecimus vos literas ad vos mittendo; omnimode nobis responsum dare festinate, antequam vos pœna de improviso invadat. Vos autem nostis [quid facere oporteat.] Jussit etiam ipsum ad se accedere; at cum Principes suos ea de re consuluisset, illique haud permitterent ipsum ad *Hulacum* proficisci, attonitus, metu perculsus ac consternatus mansit; quid faceret planè nescius; nisi quod Deum propitium implorans filium suum *AlMalec AlAzizum*, unaque magnam pecuniæ vim, donaque & res pretiosas mitteret: qui cum ab initio hyemis usque ad tempus veris ibi permansisset, demum ad patrem suum reversus, Sic, inquit, dixit Rex orbis terrarum, Nos *AlMalec AlNaserum*, non ipsius filium petiimus; † Jam ergò si animo erga nos sincero sit, ad nos accedat, sin minus nos ad ipsum accessuri sumus. Quo audito *AlMalec AlNaser*, incertus factus est quid consilii captaret, cum Principes ipsi eum adeundi copiam non facerent, ipséque metu & pavore correptus, subsistere non auderet. Deinde misit *Hulacu* qui *Rumæorum* Regem *Ezzo'ddinum*, fratrémque ipsius *Rucno'ddinum* accerserent. Qui cum morem gerentes accederent, benigne eos accepit obviamq; ipsis progressus ipsis gratum sibi ipsorum adventum esse testatus est, seque eo gaudere. Statuitque ut *Ezzo'ddinus Cæsareæ* usque ad *Armeniæ* majoris confinia imperaret, *Rucno'ddinus* ab *AkSera* usque ad littus maris *Francorum* ditionibus conterminum. Tum eo in *Syriam* iter instituente, una ipsi obsequium præstantes profecti donec ab *Euphrate* propè abessent in territoria sua reversi sunt, læti ac felices. Eodem anno è vita discessit *AlMalec AlRahim Badro'ddinus Abul'Phadayel Lulu Mauselæ* Dominus, die vicesimo mensis *Tamuz*; præfecto *Mauselæ* filio ipsius *AlMalec AlSaleh Ismael*; *Senjaro* filio ipsius *Ala'ddino*, *AlJaziræ* filio ipsius *Saifo'ddino*. Anno sexcentesimo quinquagesimo octavo *Syriam* ingressus est *Hulacu IlChan*, cum quadringenties millium exercitu; ipséq; ad *Harranum* castris positis urbem deditione accepit, pariterq; *Roham*, ita ut nemini in illis mali quicquam contingeret; *Saruji* verò incolæ, quod *Mogulensium* mandatum neglexissent, penitùs internecione deleti sunt. *Hulacu* autem † pontem *Euphrati* imponi jussit propè *Malatiam*, alterum juxta* *Kal'atolRum*, ac alium juxta *Karkesiam*, per quos cum omnes transiissent copiæ magnam juxta *Manbajum* stragem ediderunt: deinde divisis exercitibus, quo arces & urbes aggrederentur,

Dyn. X.

p. 531.

Badro'ddin Mauselæ Dominus moritur.

Hulacu Syriam ingreditur.

p. 532.

* Castellũ Græcorum.

Dyn.X. grederentur, pauci quidam milites *Halebum* contenderunt; adversus quos prodiit *AlMalec AlMoaddham Salaho'ddini* filius natu maximus,qui iis obviam factus, cum in fugam coram *Mogulensibus* datus esset fugiens in urbem rediit. Porrò eorum quidam *Moarram* profecti eam diripuerunt. *Hamam* verò deditione ceperunt, ut & *Hemesam*: cujus rei fama cum ad *AlMalec AlNaserum* pervenisset,liberis & uxoribus,& quicquid ipsi charum esset,assumptis,fuga se in desertum *AlCarac* & *AlShaubac* recepit. Cúmque *Mogulenses Damascum* pervenissent,egressi ad eos primores urbis eam ipsi dediderunt; nec cuipiam noxæ quicquam ab iis contigit.Ipse *Hulacu* castra ad *Halebum* posuit, extructoque contra eam aggere machinas bellicas admovit: cumque in mœnibus locum minus firmum invenisset, juxta portam *AlErak*, apud illum præcipuè pugnam & impressionem ursit. Intra

Halebum expugnat. paucos autem dies ipsa potiti, ingressi eam sunt die vicesimo tertio *Canuni* posterioris ejusdem anni; pluresque ibi interfecti sunt quam *Bagdadi* fuerant. Postea & castellum brevissimo temporis spatio ceperunt. Tum inde profectus *Hulacu* castellum *AlHarem* obsidione cinxit, quod cum ab illis sibi dedi cuperet, atque ut illis vitæ secu-

p. 533. ritatem concederet: illi ipsius verbis haud confisi, † petierunt ab eo *Moslemium* aliquem,qui ipsis juraret,legis cultorem, Cui,inquiunt,per uxoris repudium & Alcoranum juranti nihil nobis damni illatum iri,fides tuto adhiberi possit; [ea lege] descendentes castellum vobis dedituri sumus.Rogavit ergò *Hulacu*,Quem vultis qui vobis juret? Responderunt, *Phacro'ddinum* castelli *Halebensis* præfectum; ille siquidem vir verax, fidelis & probus est. Ille ergò cum *Hulaci* jussu ad ipsos accedens, de omnibus quæ vellent jurejurando fidem adstrinxisset, tum demum portas aperuerunt, magnâque hominum multitudine egressa acceperunt *Mogulenses* castellum. Tum vero *Hulacu Phacro'ddinum* præfectum primò interfici jussit, posteàque quotquot in castello fuerant, tam parvos quam magnos, sive viros sive fœminas, usque ad infantes parvulos in cunis jacentes. Inde migrans *Hulacu* in regiones orientales reversurus, in *Syria* ducem quendam magnum nomine *Cetbugam* cum exercitu decies mille equitum constituit. Cum autem *Tel-Basherum* pervenisset,advenerunt exercitus qui *Miyapharekinum* obsederant, adducto ejus Domino *AlAshrapho*; nunciaruntque se urbe capta quotquot in ea fuerant intefecisse, cum

pauci

pauci admodum in ea ſuperſtites fuiſſent reliquis fame enectis & è medio ſublatis, ſecus enim haud ei capiendæ fuiſſent *Mogulenſes*: *AlAſhraphum* ergò ejus Dominum morte multavit, cujus facti poſtea ipſum pœnituit. Deinde ei quendam ex *AlAſhraphi* Principibus nomine *Abdallam* præfecit. Porrò *Hulacu* cum à *Maredino* propè jam abeſſet, miſit † accerſitum *Maredini* Dominum, qui parere nolens ad ipſum haud acceſſit; verum filium ſuum *Modhaffero'ddinum* miſit, quod ille in comitatu *Hulacu* una cum *AlMalec AlSaleho* filio *Soltani Badro'ddini* fuerat, cum in *Syria* eſſet. Cui *Hulacu*, Aſcendens, inquit, ad Patrem tuum illum ad nos accedere jubeas, & ne rebellis ſit. Quod ſi inobſequens fuerit, haud bene ipſi erit. Ille ergò cum ad Patrem ſuum accedens, ipſum allocutus fuerat, haud ſatis habuit [Pater] quod ipſius conſilio aurem non præberet, ſed & vinculis conſtrictum in carcerem conjecit. His factis, *Mogulenſes Maredinum* [obſidione] cinctum oppugnare cœperunt: quod niſi accedente peſte lethali mortui fuiſſent Rex, & maxima incolarum pars, haud biennii, imò nec triennii ſpatio ipſum cepiſſent. Mortuo verò Rege, filius ipſius *AlMalec AlModhaffer* prodiens, arcem, cum theſauris & opibus ipſis tradidit: cui quid à patre ſuo contigerat, cum certior factus eſſet Terræ Rex *Hulacu*, ideo eum honore affectum, & beneficiis ornatum patris ſui loco Regem conſtituit. *Cetbuga* autem, exercitus *Mogulenſium*, qui in *Syria* caſtra habuit, præfectus, non deſtitit omnes de *AlMalec AlNaſero*, qui in deſerta fugerat, rumores exquirere, donec locum in quem ſe receperat notum haberet: dein milites aliquot miſit, qui ipſum prehenſum ad *Hulacum* miſerunt. Qui cum ei ſiſteretur eo [viſo] gaviſus eſt, omniáque ei bona & læta pollicitus, eum ſe regno redditurum promiſit. Ipſe tunc temporis in montibus * *AlTak* caſtra poſuerat. Interea autem dum hæc agitarent, pervenit nuncius *Kutuzum Turcomannum*, † qui *Ægypto* præerat, audito *Hulacum* in Orientem reverſum eſſe, & *Cetbugam* in *Syria* cum decies mille equitibus manſiſſe, contemptis ejus viribus, exercitum magnum conflaſſe, & cum eo congreſſum ipſum profligatum interfeciſſe, ipſiúſque liberos captivos cepiſſe. Factum eſt hoc viceſimo ſeptimo *Ramadani*, anni ſexcenteſimi quinquageſimi octavi. Ob quod iratus *Hulacu AlMalec AlNaſerum* morte affici juſſit. Interfectus eſt & una frater ipſius *AlMalec AlDhaher*, omnéſque

Dyn. X.

AlAſhraphum Miyapharekini Dominum morte afficit.

p. 534.

AlModhaffer Maredini Dominus.

* *Alatlak.*

p. 535.

AlMalec AlNaſer Halebi Dominus cum omnibus ſuis interfectus.

Dyn. X. omnésque qui cum ipsis erant, nemine evadente, præter *Mohaio'd-*
Mohaio'din AlMogrebi Astrologus. *dinum Mogrebiensem*, quòd diceret. Ego vir sum scientiæ cœli & sydeurm, atque Astrologiæ peritus, mihique quiddam est quod Regi terræ dicere vellem. Inquit *Mohaio'ddin*, iste cujus mentionem facimus, cum ipsum aliquando in urbe *Maraga* conveniremus, Hæc cum ipsis dixissem, me prehensum *Hulaco* stiterunt, qui me *Choja Nasiro'ddino* tradi jussit: quin & nobis eorùm quæ *AlMalec AlNasero* contigerunt, historiam narravit. Cum, inquit, ei operam exhiberem die *Shawali* vicesimo quarto, meque ille de Genesi sua rogaret, advenit *Emir* quidam *Mogulensis* cum quinquaginta circiter equitibus; cui è tentorio obviam iens *AlMalec Al Naser*, ut equo descenderet rogavit: ille verò abnuit, dicens, Misit me *Hulacu* aiens, Hic nóbis dies est lætitiæ dicatus, in quo convivium instruximus, cui cum omnes adfuturi sunt Principes, tu quoque adsis cum fratre, & filiis tuis, negotii quod tibi nobiscum est causa. Congre-
p. 536. gavit ergò *AlMalec AlNaser* è suis cœtum, viginti ferè † hominum, qui conscensis equis unà cum Principe isto iverunt. Paulò post autem venerunt & viginti equites alii, qui dixerunt, Adsit tota eorum multitudo, nec in tentoriis maneant præter cubicularios, vernas, parvulos, coquos, & servos; cæteri autem omnes, equites & Scribæ convivio intersint. Cum ergò, inquit, nos in loca vallium profundarum inter saxa alta abduxissent, equisque descendissemus singuli singulos nostrum circumdatos ligarunt, quod ego videns voce elata subinde exclamavi, Ego Astrologus sum, qui syderum motus perspectos habeo, estque mihi quod in obsequium Regis, terræ Domini, dicam. Me ergò prehensum ponè inter asseclarum suorum turbam collocarunt, reliquosq; trucidare cœperunt, nec evasit eorum quis præter binos *AlMalec AlNaseri* filios, quos in vincula conjecerunt: deinde conscensis equis in domos quas habuit *AlMalec AlNaser* reversi eas diripuerunt, reliquosque omnes qui ibi relicti fuerant interfecerunt. Deinde cum rem *Hulaco* retulissent, ego *Chojæ Nasiro'ddino* in observationibus faciendis *Maragæ* operam collocavi: duo autem *AlMalec AlNaseri* filii in ipsius famulatu fuere.

Kublai-Kaani in throno regio sessio. Hoc tempore *Chataeorum*
Kublai Kaan. Rex quidam immorigerus factus in *Mogulenses* rebellavit, quòd & fortitudine & potentia excelleret, multásque haberet copias, cùm quadrin-

quadringentis imperaret urbibus. Hoc in causa fuit ut ipse *Mungaca Kaan* † propere in occursum hujus Rebellis iret; relicto igitur fratre suo natu minimo *ArigBuca* loco suo, & fratre suo *Kublaïo* secum assumpto, *Sina* regiones ingressus est: primo autem conflictu accidit ut sagitta ictus moreretur. Frater igitur ipsius *Kublaï* assumptis exercitibus è *Chataorum* finibus egressus est: inde *Chan-Balikum* perveniens, ibi substitit. Procerésque ipsius & *Mogulensium* plerique in hoc consenserunt, ut ipse fratri suo in *Kaani* munere succederet: at frater natu minimus, qui *ArigBuca*, dixit, *Kaanum* cum adversus *Chataos* proficisceretur ipsi regnum tradidisse, ergò convenire ex *AlYasa* apud ipsos præscripto, ut ipse fratri succederet. Orta est igitur inter duos fratres ea de re contentio & dissidiū ad spatium septendecim annorum, donec frater minor viribus fractus à proposito desisteret; & *Kublaï Kaani* res confirmarentur: in quo emicuit justitia insignis, scientia, rerum administrandarum peritia, & sufficientia. Amabat etiam Sapientes, doctos & religiosos, cujuscunque tandem sectæ aut gentis. Fertur ipsum parce fœminis usum idque cum moderatione, ac medium tenuisse in affectibus, vino, voluptatibus, & lusu: neque alias quam facilis [digestionis] carnes comedere solitum, contra ac cæteræ *Mogulensium* tribus. Porrò *Kotuz Turcomannus Ægypti* Dominus, postquam *Cetbuga* devicto *Syria* potitus esset, præfectis & vicariis *Halebi, Damaski*, reliquisque in provinciis, constitutis, in provincias *Ægyptiacas* reversus est, ut † ibi conflatis copiis vires & robur acquireret, quo *Mogulensibus* occurreret. Cum autem prope *Gazzam* pervenisset, adortus ipsum *Baibars*, *AlBundokdar* minor appellatus, qui *AlBundokdari* magni servus fuit, eum interfecit, occupatísque ipsius copiis *Ægyptum* ingressus eam accepit, poténsque ac fortis evasit: cui cognomen *Rucno'ddin AlMalec AlDhaher* imposuerunt. Virtute autem bellica polluit: omnésq; urbes & castra, quæ *Francis* in littore maris erant, in potestatē redegit. Anno sexcentesimo quinquagesimo nono *Mogulenses* denuo *Syriam* ingressi sunt, exercitus duce *Emiro* quodam *Gugalci* appellato: & usque *Hemesam* ferè progressi, captis spoliis, & captivis, multisque interfectis, *Halebum* reversi sunt. Cumque omnes pagorum incolæ *Halebum* fugissent, jussit *Gugalci* pagorum & urbium incolas extra urbem progredi, ac cujusq; urbis & pagi incolas seorsim ab aliis stare, quo

Dyn. X.
p. 537.
Mungaca Kaan sagitta occisus.
Kotuz occisus.
p. 538.
AlBundokdar Ægypto potitur.

Dyn. X. quo eos numerarent, singulosque ad locum & patriam suam dimitterent. Ceperuntque eos *Mogulenses*, quasi ad agros suos deducturi: at cum longius progressi essent, dixerunt, Si animis erga nos sinceris fuissetis, haud equidem coram nobis fugissetis, omnésque ad unum internecione delerunt, non aliis evadentibus quam *Halebi* incolis quod *Halebo* non migrassent. Cum verò reversi *Mogulenses* è *Syria* egressi essent, *Ægyptii* eam denuò occuparunt. Eodem anno *Alao'ddin* filius *Badro'ddini Lului Senjari* Dominus in *Ægyptum*
p. 539. fugit. † Ubi cum paululum commoratus esset, ad fratrem suum *AlMalec AlSaleh Ismaelem*, *Mausela* Dominum, scribens, ipsi *Bundokdari* vires & potentiam indicavit; & consilium dedit, ut relicta *Mausela* se in *AlBundokdari* clientelam daret, quo, cum *Mogulensibus* devictis regiones ipsis eriperet, in gratia apud ipsum esset, & ab eo præter *Mauselam* aliis etiam regionibus Orientalibus præficeretur. Literas has ad se delatas cum legisset *AlMalec AlSaleh*, sub accubito suo posuit. Aderat illi tunc temporis Princeps quidam *Shemso'ddin Mohammed Ebn Yunes AlBaashikiensis*, è Principibus patris ipsius qui regioni *Ninivitica* ejus nomine præerant: hic opportunitatem dum ille nihil tale cogitaret nactus, literis, ubi sub lecto positæ fuerant, ablatis, ab eo discessit, nec antea substitit quam domum suam *Baashika* pervenerat. Postea [Rex] manum extendens ut literas sumeret, cum eas non reperiret, animum ei subiit *Shemso'ddinum Ebn Yunes* eas abstulisse: eáque de causa magnopere turbatus nuncios statim misit qui ipsum accerserent, morte illum afficere statuens. Cum autem ad eum pervenissent nuntii, qui è vernis ejus erant, eos edendo & bibendo occupatos detinuit *Shemso'ddin*: Hac, inquit, nocte edite & bibite, mane in obsequium Regis profectum sumus. Servi autem ejus, ipso jubente, illos vino largius suppeditato inebriarunt. Dormientibúsque illis, ipse cum liberis,
p. 540. omnibusque ipsi charis properans prima nocte † conscensis equis iter ingressus est *Arbelam* petens: cumque cum *Christianorum* præcipuis, qui in partibus *Bartella* erant, consilia communicaret, ad eos transiens certiores illos fecit, statuisse *AlMalec AlSalehum* omnes in regione *Ninevitica Christianorum* primores interficere, deinde in *Syriam* migrare. Illi, cum aliquid ea de re antea ipsis innotuisset, fide ipsi adhibita propere cum liberis sibi charis abierunt: divulgatoque

toque inter omnes regionis *Ninivitica Christianos* rumore, quotquot *Arbelam* transire poterant, transitum accelerarunt, adeo ut *Christianorum* eam regionem incolentium maxima pars transiret. Factum hoc nocte diei *Jovis*. Servi autem qui ad *Shemso'ddinum Ebn Yunes* pervenerant, cum mane surrexissent ab ebrietate experrecti, nec ipsum invenirent, rati sunt ipsum *Mauselam* ad *AlMalec AlSalehum* profectum eos præcessisse. At cum accedentes Regi quid factum esset indicassent, ille impatientia & metu correptus, Haud, inquit, securi sumus ne *Ebn Yunes* profectus rem totam *Mogulo* notam faciat, illeque copiis contra nos adductis accedat. Festinans ergò ipse cum multis è Principibus & filiis suis, cum quicquid penes ipsos erat eorum quæ gestare poterant accepissent, ex urbe egressus, die *Veneris* biduo postquam *Ebn Yunes* & *Christiani Arbelam* migrarunt, cum preces diei *Veneris* statas absolvisset, rectà in *Syriam* perrexit; mutato consilio, quo statuerat unà cum exercitu in regionem *Niniviticam* profectus *Christianorum* primores prehensos † opibus spoliare, mortéque mulctare, ac deinde in *Syriam* proficisci. Cum verò *Mausela* egressus esset, orta est inter Principes ipsius dissensio, aliis ipsum sequentibus, aliis *Mauselam* redeuntibus. Eorum qui *Mauselam* reversi sunt præcipuus fuit Princeps *Alamo'ddin Senjar*. Cum autem *Mauselam* pervenissent, essetque in urbe *AlMalec AlSalehi* conjux *Tarcan Chowarezmitis*, quæ nec cum ipso profecta fuerat, nec ipsum sequebatur, nec non Prætor nomine *Yasan*, inter quos ipsorúmque asseclas convenerat ut contra ipsos portas occluderent; castris extra urbem positis, ejus expugnationem ad paucos aliquot dies aggressi sunt. Interea in urbe fuit quidam nomine *Mohaio'ddin Ebn Zebellak*, ex illis qui *Soltano Badro'ddino* ab Epistolis fuerant. Hic unáque civium multitudo cum consensissent, fraudem contra *Tarcanam* & Prætores clam moliti portas aperuerunt. *Alamo'ddino* autem & qui cum eo erant ingressis, Prætor *Yasan* & *Tarcan* ipsiúsque asseclæ fugientes in arce *Mausela* se munierunt. *Mausela* verò incolæ *Christianorum* plebeios adorti, quotquot in manus ipsorum inciderent bonis spoliarunt, atque interfecerunt; superstitibus solis qui *Islamismum* amplecterentur. Quin & cum *Cordis* montium incolis pactus fuerat *AlMalec AlSaleh*, ut propere collectis copiis suis *Nineven* accederent. Illi igitur die *Sabbati*, postridie diei *Veneris* quo urbe egressus fuerat *AlMalec AlSaleh*,

Dyn. X.

p.541.

† *Nineven*

Dyn. X. † *Nineven* adeuntes, *Christianos*, qui reliqui erant, expoliarunt, captivos abduxerunt & trucidarunt. Hæc agentibus illis, idque paucis
p. 542. mensis *Aiyari* anni istius diebus elapsis, delatus est rumor *Mogulensium* copias per *Mesopotamiæ* viam adventare. *AlEmir Alamo'ddin Senjar* ergò, cum asseclis suis, *Mausela* egressus est, cui se adjunxerunt etiam *Cordorum Principes*: cumque exercitui occurrisset alii aliis pugnam intulerunt, *exercitum ducente *Tuzino Mauselæ* Prætore. *Alamo'ddinum Senjarum* autem omnesq; qui cum ipso erant circumdatos internecione occiderunt, nemine evadente nisi qui vitæ longiori destinatus esset. Post hæc urbis *Mauselæ* res diu confusæ manserunt; sub finem æstatis verò percrebuit fama adventare *Mogulensium* exercitus: ac propè mensem *Canun* priorem adveniens exercitus *Mauselam* cinxit; quem duxit Princeps magnus nomine *Samdagu*, qui *Christianis* favit. Interea autem dum hi ad *Mauselam* sederent, pervenit nuntius *AlMalec AlSalehum* è *Syria* redire; quo audito *Mogulenses* ab urbe recesserunt tantisper dum ille ipsam ingrederetur, deinde reversi ipsam cinxerunt, & circum eam una nocte murum struxerunt, ac tam intus quam extra pugnari cœptum est; factúmque ita est à *Canune* priori usque ad ver: cúmque alimenta urbis incolas deficerent, misit Princeps *Samdagu* quo *AlMalec AlSalehum* dolis falleret, † eique optima dedit promissa; unde factum ut à pugna desisteretur quietique considerent. Medio autem spatii prædicti pervenit è *Syria* exercitus cujus dux fuit Princeps nomine *Barlu*, ad opem *AlMalec AlSalehо* ferendam, prout ei promissum fuerat. Propere ergò profecti *Mogulenses* ipsique juxta *Senjaram* obviam facti, circundatos omnes occiderunt, & quicquid ipsis erat equorũ, armorum, aliarúmq; rerũ obtinuerunt. Posthæc Principe *Samdago* cum *AlMalec AlSalehо* agente, eúmque demulcente, ipse dolis elusus, portas urbis aperiens ad eos fidicinibus, cantoribus, & mimis ipsum comitantibus, egressus est. Cúmque *Samdago* sisteretur, cingentibus eum *Mogulensibus*, exercitus *Mauselam* ingressi per octiduum captivos fecere, diripuere & occidere; adeo ut in ea interficeretur magna hominum multitudo, quorum numerus Deo soli notus. Deinde *Samdagu Mauselæ* præfectum Principem *Shemso'ddinum Ebn Yunes* constituens, inde migravit. Interfectus autem ibi fuit * *Alao'lMolc*, *AlMalec AlSalehi* filius, puer ætate junior; quem, cum vinum illi largius bibendum præbuissent, constrictum

p. 543.

* al. *Mogulenses*.

Mausela à Mogulensibus dolo capta.

* al. *Alao'ddin*.

constrictum medium dissecuerunt, in urbe juxta arcem. *AlMalec AlSalehum* autem ad *Hulacum* abduxerunt, ubi occisus est. Anno sexcentesimo sexagesimo primo, Quidam nomine *AlZaci Arbelensis* in foro pecuario præco, qui *Mausela* miles fuerat, Principem *Shemsoddinum Ebn Yunes* incusavit, dicens ipsum pecunias & gemmas è familiæ † *Badro'ddini* gazophylaciis corrasisse, eique venenum quo è medio tolleretur porrexisse, ope usum Medici *Christiani* nomine *Mowaffeki*, qui [eum veneno] potaret. Qua de re in quæstionem vocatus *Ebn Yunes*, cum factum negaret, graves ei plagas inflixerunt, ut ad confitendum adigerent: quæ dum agerent, excidit è vestibus ipsius chartula, cui *AlKorani* versiculus inscriptus erat; quam cum accusator ipsius, *AlZaci Arbelensis*, incantamentum adversus *Mogulenses* esse diceret, morti adjudicatus est, ac *Mausela* loco ejus præfectus *AlZaci Arbelensis*. Anno sexcentesimo sexagesimo quarto, è vivis excessit *Hulacu* [vir] sapiens, mansuetus, intellectu & scientia præditus, sapientum & doctorum amans. Ac paulò post eum fato functa est *Dukuz-Chatun* ipsius uxor, quæ etiam consilio & scientia insignis fuit.

Dyn. X.

p. 544.

Abaka Il-Chan. Post hæc congregati filii, Principes & Dominæ unanimi consensu statuerunt *Abakam Hulaci* filium in solio regio collocandum, cum prudentia, sufficientia, eruditione & scientia præditus esset. Hic ubi solio insedit & authoritatem consecutus fuit, felix ac prosper fuit in omnibus quæ foris aut domi ageret, omnibus charus. Miserat autem *Hulacu* filiam Imper: *Constantinopolitani* sibi in uxorem petitum: quam acceptam cum Legati deducentes *Cæsaream* usque pertigissent, pervenit ad ipsos de *Hulaci* obitu nuntius. Illa autem cum in patriam suam redire non posset, ad ipsum pervenit, qui ad eam ingressus est. Eodem anno ab *Abaka* delatum est mandatum *Bagdadum*, quo statutum est ut *Ala'ddin* † Curiæ præses absolute judex esset, nec esset ei authoritate superior. Prætor autem *Bagdadi KaraBuga*, ejúsque vicarius *Isaac Armenus*, malum ei molientes, cum nihil contra illum potuissent, dolum machinati sunt quo ei damnum inferrent; adducto *Arabe* quodam, cui insinuarunt, ut diceret illum misisse, atque ipsum è deserto accersivisse, quo ei, cum assumptis opibus, filiisque & rebus suis in *Syriam* abire vellet, viæ dux esset: cumque [*Arabem*] *Badawinum* ad hoc dicendum obfirmatum

Abaka Il-Chan.

p. 545.

Dyn. X. matum dedissent, miserunt qui ædes *Præsidis* Curiæ & *Badawini* cingentes eum ad *Ordam* abducerent. *Badawinus* autem verberibus ad confessionem adactus confessus est *Isaacum Armenum* hoc ipsum docuisse: *Badawinus* igitur & *Isaac* morte mulctati sunt. Eodem anno *Bundokdarus Ægypti* Dominus ad *Hatemum Armeniæ* Regem mittens [invitavit] ut se submittens tributum penderet, hominibúsq; permitteret, equos, mulos, triticum, hordeum, & ferrũ in ipsius regione emere, ipsiúsque subditi vicissim in *Syriam* venientes mercaturam exercerent, * vendentes & ementes. Cúmque *Armenorum* Rex metu *Mogulensium* his non annueret; *Bundokdar* abjecta mora exercitum mittens *Armenorum* regionem invasit. Quod ad *Hatemum* autem *Armenorum* Regem, ille de his certior factus in *Rumæorum* regionem profectus à *Mogulensium* principe qui ibi fuit, nomine *Naphjio*, auxilium petiit; qui respondit, Nos sine Regis *Abakæ* jussu hoc facere non possumus. *Ægyptii* interim in † *Armenorum* regionem irruerunt; cumque non adesset Rex, convenientes ipsius Fratres, filii, & principes congregatis * asseclis suis prodierunt ut *Ægyptios* ab ingressu in patriam prohiberent: at cum illis loco dicto *Hajar Surwand* obviã facti essent, profligatis *Armenis* captus est Regis *Hatemi* filius, & filius ejus *Turus* interfectus, & in fugam dati principes & exercitus. [*Ægyptii*] autẽ spolia ceperunt & magnam *Sisi* Ecclesiam diruerunt: magnáque facta est devastatio *Sisi*, & *Ayasi*; ubi viginti dierum spatio manentes, diripuerunt, incenderunt, & captivos fecerunt. Cum autem è regione egressi essent, reversus Rex *Hatem* secum exercitum è *Mogulensibus* & *Rumæis* adduxit: qui cum neminem ibi reperirent, sed regionem solùm vastatam, edendo & bibendo operam dederunt, injectísque manibus quicquid reliquerant *Ægyptii* corradentes ipsum confecerunt, Rege interim sollicitudine & tristitia affecto ob illud quod filiis suis, sociisque, & regioni acciderat; graviusque ac durius fuit malum ab ipsis illatum. *Hatem* autem *Armenorum* Rex cum *Bundokdaro* agere cœpit de filio suo liberando, pecunias, urbes & arces aliáque promittens: cui ille respondens, Nos, inquit, nec pecunias, nec urbes aliáve ejusmodi cupimus. Est verò nobis amicus quidam apud *Mogulenses* captivus, *Sankar Al Ashkar* appellatus, quem si libertati restitutum ad nos miseris, filium tuum accipies. Quod faciens [*Hatem*] filium suum liberavit; utpote qui anno sexcentesimo

Margin notes:
* al. missisque *Caravaniis* venderent & emerent.
p. 546.
* al. exercitibus.
Ægyptii Armeniam populantur.

centesimo sexagesimo octavo † se in obsequium Domini terræ *Abaka* Dyn. X.
sistens, lachrymis coram eo fusis petiit ab eo *Sankarum* Al *Ashkarum*, p. 547.
quo filium suum redimeret: illeque ejus misertus, lachrymisque ipsius ad affectum commotus, Abi, inquit, in patriam tuam ac quiescas; nos *Sankarum* istum, ubicunque tandem fuerit, quæsitum ad te missuri sumus. Rediit ergò H*atem* ab obsequio A*baka* deferendo, præeunte ipsum in patriam è principibus ipsius quodam, negotii quod ipsi magni fuit momenti causa; juxta quem transiens *Berwanah* consilium ab eo petiit, cum Regis H*atemi* filiam sibi despondere cuperet: cui ille, Rex H*atem*, inquit, post nos ad vos venturus est, cui si obviam facti ipsum benè tractaveritis, vobis ea in re annuet. Cùm ergò Rex H*atem* ad *Berwanam* pervenisset, ille convocatis magnatibus suis ipsi optimâ qua fieri poterat ratione obviam prodiens, eum honore affecit, & magni pretii donaria ipsi obtulit; adeo ut Regem H*atemum* puderet, cum nesciret quid isti in ipsius gratiam profusioni causæ subesset. Cumque ei quid sibi in animo esset indicâsset *Berwana*, libenter se facturum respondit, ac præ se lætitiam, lubentiam & promptum affectum tulit: ei interim affirmans non posse se [filiam] dare antequam frater ipsius libertati restitueretur, quo liberato illud se volente Deo, facturum. Anno sexcentesimo sexagesimo nono S*ankar* *Al Ashkar* è regione S*amarkanda* ad Regem H*atemum* pervenit, qui eum honorificè tractatum muneribusque onustum ad *Bundokdarum* misit. *Bundokdar* itidem filium ipsius magno cum honore, multáque pompa ad ipsum remisit. Eodem anno *Bundokdar* † urbem p. 548.
A*ntiochiam* obsessam cepit, aliis cæsis, aliis captis, & Ecclesiis ejus, *Antiochia*
per totum orbem celebratis, incensis. Eodem Rex H*atem* ad A*ba*- ab Ægyptiis
kam profectus ei gratias egit, bonáque omnia comprecatus est ob fi- capta.
lium è captivitate liberatum; quin & regnum deprecatus, ut filius in locum suum sufficeretur petiit, quod senex imbecillis esset: cui ille, Quando, inquit, ad nos pervenerit, nos eum Regem constituemus. In patriam ergò suam reversus filium suum in A*baka* obsequium misit. Anno sexcentesimo septuagesimo, mense *Nisane*, in A*rmenia* Regionibus terræ motus fuit, quo collapsæ sunt arces multæ, & in iis perierunt centies mille homines, præter jumenta. Anno sexcentesimo septuagesimo quinto *Bagdadum* accessit A*baka*, quò ibi hiemem transigeret, magnáque fuit annonæ caritas, & fames, graviáque rebus pretia imposita.

Sectio.

Sectio.

Obitus & elogium *Nasiroddini Tusensis.* Hoc tempore diē obiit *Chojah Nasiro'ddin Tusensis* Philosophus, qui observationes [Astronomicas] in urbe *Maraga* fecit, Sapiēs insignis in omnibus Philosophiæ generibus: quē ad observationes faciendas convenit magna Geometrarum præstantissimorum multitudo. Sub ejus arbitrio fuerunt omnes Scholarum reditus in omnibus, quæ sub Imperio *Mogulensium* erant, regionibus. Multos composuit libros Logicos, Physicos, Metaphysicos, nec non Euclidem & Magestum [i. systema Geometricum & Astronomicum,] est & illi liber de moribus *Persice* scriptus, summa qua fieri poterit elegantia, in quo omnia *Platonis*
p. 549. & *Aristotelis* dicta de sapientia practicâ collegit, † sententias veterum confirmabat, recentiorum dubia & objectiones quas in scriptis suis atulerunt solvebat. E viris etiam tempore suo egregiis fuit *Nojmo'ddin Kazwinensis, Dialecticus. Mowaiodo'ddin Ordensis, &c.* *Nojmo'ddin Kazwinensis* Logicus insignis, author libri *Al Ain* [i. oculi] dicti. Nec non *Mowaiado'ddin AlOrdi*, & *Phacro'ddin AlMaragi*, & *Kotbo'ddin AlShirazi*, & *Mohaio'ddin AlMogrebi*. E medicis etiam celebribus *Phacro'ddin AlAchlati*, & *Takio'ddin AlHashayshi* [i. e. Botanicus;] qui ob theriacam conficiendam celebris admodum fuit: non erat è medicis praxi claris, verum ob stultitiam suam præ cæteris ejus temporis medicis insignis. Ex illis etiam *Naphiso'ddin* * *Ebn Tolaib*, *AlDamashki*, filiúsque ipsius *Saphio'ddin* Christianus *Melcita*. Hoc tempore, Anno sexcentesimo septuagesimo quinto, (qui idem fuit *Alexandri* millesimus quingentesimus, octogesimus septimus) statuit *Bundokdar* ipse *Rumæorum* regionem invadere; cum essent apud ipsum quidam qui è regione ista in *Syriam* fugerant, qui ei ad illud faciendum animos addiderunt. Quod cum intellexisset Rex *Leo* Regis *Armenorum* filius, ad *Mogulensium* Principes qui in *Rumæorum* ditione erant, mittens, eos ejus rei certiores fecit sibique cavere jussit. *Berwanah* verò duabus de causis Regem *Armenorum* falsi in eo quod diceret arguit: primo quod *Bundokdari* adventum optaret, cum inter eos promissa essent; deinde quod Regem *Armenorum* odio haberet, ideóque † verbis ejus fidem
p. 550. detrahere vellet. Cumque *Mogulensium* Principes rem neglectui haberent, ecce *Ægyptii* eos invaserunt ebrios, adeò ut nemo eorum equum

* *al Medicus Damascenus.*

equum suum conscendere posset: lege autem *Yasa* apud eos constitutum est ne fugiant antequam hosti obviam iverint. Cum ergò concurrissent, clade illis illata cæsi sunt omnes *Mogulensium* magnates, quorum unus *Tugu*, alius *Tudhan Bahador* erat: fuerunt etiam cum *Mogulensibus* tria *Gorjianorum* millia; qui cum persistentes ultimum virium exererent, cæsi sunt duo eorum millia, mille tantum superstitibus. Occidit etiam ex *Ægyptiorum* exercitu magna multitudo. *Berwanah* de *Mogulensium* clade certior factus, fugiens in arce quadam se munivit. *Bundokdar* verò juxta *Cæsaream* in loco quodam *Caikobad* appellato, positis castris, ibi quindecim dies mansit, semel tantùm *Cæsaream* ingressus: nec quicquam ab eo mali subditorum cuipiam accidit, nihilque omnino iis imposuit; sed quæcunque sibi opus erant pretio emebant, cum diceret, Haud ego huc veni regionem vastatum, sed ut ejus Dominum à servitute vindicarem. *Abaka Il-Chan* autem, delato his de rebus ad ipsum nuntio, magnopere ira accensus collectis copiis ipse in *Rumæorum* ditionem iter instituit: *Bundokdar* ergò, cum se ei oppugnando imparem sciret, indè migrans in *Syriam* contendit; adeo ut cum in *Rumæorum* regionem pervenisset *Abaka*, neminem ibi *Ægyptiorum* inveniret. Statim verò ad eum accessit *Berwanah*, † cui ille haud ulla ex parte se iratum ostendit; sed benignè exceptum honore affecit, unaque secum ad *AlTak* assumpsit, cum reverteretur, ut ei indicaret quantum militum numerum judicaret in *Rumæa* sufficere oppugnandis *Ægyptiis*: conviviumque magnificum exhibens, largiter eum lacte equino potavit, cum ille vinum non biberet. Cum autem urinæ reddendæ causa exiret, quibusdam sibi adstantibus innuit *Abaka* ut ipsum interficerent. Interfectum ergò in frusta conciderunt. Factum hoc die mensis *Ab* secundo, ejusdem anni. *Bundokdar* verò cum *Hemesa* propè abesset, assecuto eum vitæ termino mortuus est. Ferunt quidam ipsum in pugna cum *Mogulensibus* sagitta in femore ictum fuisse, cujus spiculum cum extrahere nequiret, ibi multis diebus hæsit; cumq; Chirurgo ejus extrahendi copiam faceret, atq; ille ei rei incumberet, ipsum exeunte spiculo una è mundo exiisse. Ferunt alii, quosdam ex ipsius asseclis venenum ei in lacte equino bibendum dedisse; quod cum perciperet, ipsum ei qui illud porrexerat de eodem bibendum dedisse, atque utrumque periisse. Anno sexcentesimo septuagesimo

Dyn. X.

Mogulenses ab Ægyptiis victi.

p. 551.

Bundokdari obitus.

Dyn.X. simo nono *AlAlphio* regnum provinciarum *Ægyptiacarum* & *Syriæ* suscipiente, haud illi assensit *Sankar Al Ashkar*; cumque viribus auctus & confirmatus esset *Al Alphi*, ab eo fugiens *Rahabam* pervenit, fœderéque inter ipsum & Principem *Bedawinum* nomine *Isa Ebn Mohanno* inito, unanimi consensu ad *Abakam Il-Chanum* legatum mittentes ipsum invitarunt ut in *Syriam* veniret, se verò illi tradituros provincias *Syriacas* & regiones *Ægyptiacas*: at cum accessissent † *Mogulensium* exercitus, *Sankar Al Ashkar* sibi ab illis metuens obviam ipsis haud ivit, sed fugiens se in castro *Sahjun* munivit. *Mogulenses* autem *Halebum* pervenientes, omnia quibus occurrerunt, loca vastarunt: adventus eorum in *Syriam* contigit hieme, anno sexcentesimo octogesimo; dux eorum fuit *Kungortaï* frater *Abakæ* natu minor; deinde in regiones [suas] reversi sunt *Mogulenses*. Anno autem sexcentesimo octogesimo primo, reversi sunt *Mogulenses* in *Syriam* cum quinquaginta militum millibus, ducente eos *Munga Timuro Abakæ* fratre natu minimo, adducto secum Rege *Armeniæ* cum copiis suis. Congregatúsq; est *Syriæ* exercitus, ducentibus eum *Al Alphio* & *Sankar Al Ashkaro*, quippe qui tunc consenserant ad *Mogulenses* bellō oppugnandos Obviam autem facti sunt bini exercitus inter *Hamam* & *Hemesam*, die *Jovis* finiente *Tishrin* priore istius anni. Prævalueruntque *Mogulenses Syris*: at cum propè à victoria obtinenda abessent, utque eos in fugam verterent, ecce in *Mogulenses* prodeuntibus *Arabum* è [tribu] *Bani Taglab* insidiis ad aciem lævam; suspicati sunt illi, multis se copiis circumdatos, & ante & à tergò, adeò ut acies læva cum media fugiendi copiam non assequerentur. Qui in dextra autem erant, inter quos fuit Rex *Armeniæ* cum quinquies mille *Gorjianis*, non animadversis insidiis, *Ægyptios* ipsis oppositos profligarunt, eosque ad † portam urbis *Hemesæ* insecuti multos eorum interfecerunt, nec ita facere destiterunt, donec perlatæ ad ipsos de fuga sociorum suorum nuncio reverterentur: inter redeundum verò inciderunt in turmas quasdam exercitus *Ægyptiaci*, quæ socios ipsorum fugientes persequerentur. Commissáque denuo inter ipsos pugna, multi utrinque interfecti sunt: deinde reversi magnam opum, equorum & armorum copiam, quam in prædam ceperant, abduxerunt. *Munga Timuro* autem, cum in *Mesopotamiam* pervenisset, die quodam è balneo egresso, clam cum poculatorum quibusdam agentes, venenum

Margin notes: *Al Alphi Ægypti & Syriæ Dominus.* — p. 552. (beside "sent † Mogulensium") — p. 553. (beside "garunt, eosque ad † portam")

num porrexerunt: qui temperamentum sibi mutari sentiens versus *Nisibin* iter instituens, fato functus est. *Mesopotamiæ* incolæ, cum hoc viso magnus eos invasisset metus, *AlSaphium Karkubiensem* prehensũ ligatumq; per *Mesopotamiæ* fora circumduxerunt, deinde morte affecerunt. *Abaka Il-Chan* autem *Bagdadum* versus profectus est, inde *Hamdanum*, ac die* festi *Christianorum* magni eo anno urbis istius ecclesiam ingressus festum cum illis celebravit. Die autem *Lunæ*, festi secundo, *Persa* quidam nomine *Bahnam* domi suæ convivium illi magnificum exhibuit: dieq; *Martis* mutatum est ei corporis temperamentum, adeo ut in aere phantasmata videret: ac die *Mercurii*, mensis *Nisan* istius anni primo, qui vicesimus fuit **Du'lKaada*, ex hoc seculo migravit; ex eo autem migravit *Munga Temur* die *Solis* mensis *Moharrami* decimo sexto in regione *Mesopotamiæ*.

Dyn. X.

* Paschatis

Mors *Abakæ Il-Chani.*

* *Du'lHajjæ.*

† *Soltan Ahmed.* Mortuo *Abaka Ilchano* congregatis filiis & Principibus, uno consensu statutum est *Ahmedem, Hulaci* ex *Kutai Chatuno* filium, rebus administrandis & regno præficiendum; illum siquidem imperio isto dignum esse cæterisque præferendum, atque ad ipsum illud post *Abakam* jure pertinere. Ille autem in solio Regio collocatus die *Solis* mensis *Chaziran* istius anni, sexcentesimi octogesimi primi, vicesimo primo, cũ omnibus ad illud munus requisitis instructus, scientiáq; & liberalitate præditus esset, multa è gazophylaciis, [& quas habebat] facultatibus producta Filiis, Principibus, & exercitibus distribuit; beneficentiam & affectum tam erga *Mogulenses* universim quam reliquas gentes ostendens, præcipuè ergà *Christianorum* viros primarios. Legatos etiam ad *Ægypti Soltanum* misit de pace facienda, literis ad eum scriptis quarum hoc exemplum est. In virtute Dei Celsissimi, & felicitate *Kaani*, mandatum *Ahmedis*. His præmissis, Deus quidem excelsus præordinatione sua, & lumine directionis suæ jam olim nos direxit à prima pueritia & flore juventutis, ad confessionem Dominii sui & agnitionem unitatis suæ, & testimonium perhibendum *Mohammedi*, (cui præstantissima benedictio & pax) de veritate prophetiæ suæ & ad recta credendum de Sanctis ipsius justis, è servis suis inter creaturas suas: (Si quem autem dirigere voluerit Deus, pectus ipsius aperit ad *Islamismum* [amplectendum]) nec destitimus religioni exaltandæ operam dare, & *Islamismi* & *Moslemiorum* res curare, donec post bonum Patrem no-

p. 554.

Soltan Ahmed.

Ejus ad *Soltanum Ægypti* Epistola.

Dyn. X. ſtrum, & fratrem natu majorē † regnum nobis conceſſerit, & è veſtibus
p. 555. beneficentiæ & favorum ſuorum in nos contulerit eas quibus confirmatur ſpes noſtra de ubere ipſius benignitate & beneficentia; nobiſque imperium hoc manifeſtaverit, ipſúmque ut ſponſam ad nos deduxerit. Congregati apud nos in *Kuriltaï*, quod eſt conciliū in quo depromuntur [omnium] ſententiæ, omnes tum ſocii tum fratres nec non filii & Principes magni, duceſque exercituum, & regionum præfecti, in hoc omnes conſpirarunt, ut effectum daremus quod antea ſtatuerat frater noſter natu major de mittenda magna exercituum noſtrorum multitudine, quorum numero capiendo anguſta eſt cum latitudine ſua terra, ac præ quorum impetus violentia, ſummáque audacia impleta ſunt corda timore, in partes iſtas, cum propoſito cui ſe ſubmittunt montium faſtigia & intentione cuidenia fiunt ſaxa aſpera. Perpendens autem quod è flore ſententiarum ipſorum eliceretur, & in quo conſpirarunt voluntates & opiniones ipſorum, comperimus illud contrarium eſſe ei quod animo ſtatueramus ut in bonum commune produceremus, cujus virtute ſtabilirentur ſymbola *Iſlamiſmi*; & ne à mandatis noſtris procederet, in quantum poſſemus, niſi quod ſanguinis effuſioni ſiſtendæ & malis ſedandis conduceret, & à quo ſpirarent in terræ plagis auræ lenes ſecuritatis, & fidei, quo quieſcant *Moſlemii* in omnibus regionibus in lecticis clementiæ & beneficentiæ, magnificantes Dei mandatum & commiſeratione affecti erga Dei creaturas: inſpiravitque nobis Deus ut inimicitias iſtas extingueremus, & ſedaremus diſcordias iſtas gliſcentes, & ut notum faceremus illis qui nobis illud conſilium dederunt, ad quid nos direxit De-
p. 556. us, út ea præmitteremus remedia quibus ſperetur ſanatum iri † mundum, illudque differremus quod ultimum remediorum eſſe oportet. Neque enim nobis placet ſpicula ad jaculandum vibrare, niſi poſt viæ rectæ manifeſtationem, neque eis licentiam permittimus, niſi poſtquam verum declaraverimus, & argumenta congeſſerimus. Confirmavit autem animi noſtri propoſitum quòd ad cauſas quas vidimus pacis faciendæ, ejuſque exequendi quod nobis videretur eſſe rerum componendarum ratio, commonitio *Sheich AlIſlam* [i. *Iſlamiſmi* Antiſtitis] Doctorum exemplaris, *Camalo'ddini*; quem miſimus, miſericordiam, à Deo illis quos vocaverit, & ultionem illis qui ab eo declinaverint & rebelles fuerint: miſimus etiam Judicemprimarium

rium *Kotbo'ddinum*,& *Atabegum*[regni Procuratorē]*Bohao'ddinum*, qui duo ex hujus imperii victoriosi fulcris sunt, ut illis indicent viam nostram,quo ipsis notum sit quid boni instituti nostri erga omnes *Moslemios* propositum sit; ipsisque declarent nobis oculos à Deo apertos esse,& *Islamismum* ante commissa rescindere, Deumque in cor nostrum indidisse ut veritatem & qui eam amplectuntur sectemur, percipiantque magnam Dei beneficentiam erga omnes, in eo quod nos vocavit ut benefaciendi causas præmitteremus, neque illam respuant respiciendo ad ea quæ præterita sunt. Siquidem unicuique diei est quid peculiare. Quod si mentes ipsorum argumentum quærant quo confirmentur causæ fiduciæ, & demonstrationem cui innitantur se voti compotes fore; respiciantur ea quæ jam manifesta sunt è bene-factis nostris, quorum inclaruit fama, & se passim diffuderunt indicia. Incepimus siquidem, propitiante Deo excelso, vexilla fidei extollere, eamque primum initio cujuslibet rei & fine manifestare, † & religionis *Mohammedicæ* leges stabilire, secundùm Canonem æquitatis *Ahmedicæ*[ipsam]celebrando &magnificando. Lætitiámq; in populi corda indidimus,& omni qui scelerate egit,criminisque reus fuit,condonavimus,& ignovimus; dicentes,Condonavit Deus quod præteritum est.Mandavimus etiam instaurari quæ dedicata sunt apud *Moslemios* è templis, locis sacris,& scholis,atq; extrui quæ in agris erant[loca,]&collegia diruta;atque adduci proventus ipsorū,sicut antea fieri consueverat, in loca præstituta secundū leges à dedicante positas: vetuimúsq; requiri aliquid quod in illis innovatū fuit,névequis mutet quicquam quod circa ea olim stabilitum fuerat. Jussimus etiam honorificè tractari religionis ergò *Meccam* peregrinantes, atque necessariis instrui eorum cœtus, viásque parari, & deduci eorum catervas. Quin & vias Mercatoribus per regiones discurrentibus liberè patere jussimus, utq; prout ipsis visum fuerit secundum optimos ipsis consuetos ritus itinera instituant; prohibentes ne vel exercitus vel præfecti in provinciis ipsis obstent inter eundum vel redeundū. Porrò invenerunt *Karaguli*[i.excubitores]nostri,exploratorem habitu pauperis,qualem morte affici oporteret: nobis autem haud visum est sanguinem ejus fundere, illud quod illicitum fecit Deus religiosè observantes; eumque ad ipsos misimus: nec eos latet quid exploratoribus mittendis omnibus *Moslemiis* damni contingat. Diu autem est quod

Dyn. X

P. 557.

Dyn. X. viderũnt exercitus nostri eos habitu pauperum, & religiosorum, virorumq; proborũ indutos, adeò ut de his hominũ generibus mala suspicati sint, occiderintq; ex ipsis quos † occiderũt, & fecerint illis qd fecerũt. At, Deo laus, sublata est ita faciẽdi necessitas mãdato quod à nobis
p. 558. prodiit de viis aperiendis, ut huc illuc ire possint mercatores, aliique. Hæc atque ejusmodi cum attentius animo perpenderint, haud ipsos latebit esse mores ingenitos, naturales, omni simulationis & fictionis mixtura puros. Cùmque ita se res habeat, sublatæ sunt omnes causæ pavoris qui contrarietatem inducebat. Nam si ea religionis causâ erat & *Moslemios* defendendi gratia, jam apparuit, benignitate Dei & felicitate imperii nostri lumen conspicuum; quod si aliis de causis erat, jam si quis viam rectam institerit illi nobiscum propinquitas est, & optimum refugium. Amovimus enim velum expressè loquendo, vobisque notum fecimus quid statuamus intentione sincera ergaDeum excelsum: ac de novo rem instituentes omnibus exercitibus nostris interdiximus, ne quid contra illud faciant, ut gratum Deo fiat & ipsius Apostolo, & appareant in primo eorum conspectu signa prosperitatis & acceptationis, & liberetur à verborum discrepantia populus iste; & discutiantur lumine amicitiæ tenebræ discordiæ & tristitiæ, quiescantque in umbra ejus protensa tam desertorum quam urbium [incolæ,] & confirmentur corda quæ præ angustia ad guttura pervenerant; & condonentur omnes errores & peccata. Quod si *Soltanum Ægypti* direxerit Deus ad id à quo [pendet] instauratio mundi, rerúmque humanarum
p. 559. recta ordinatio, † oportet ipsum ansam firmiorem prehendere, viaque optima incedere, aperiendo portas obedientiæ & assensus, & sinceritatem proferendo; quo incolantur regna & regiones istæ, sedentúrque lites gliscentes, & recondantur gladii acuti, habitentque passim omnes terram quietis & prata tranquillitatis, liberenturque *Moslemiorum* colla, ne à vilitate & contemptu detineantur. Sin prævaluerit mala suspicio ei quod largitus est Dator misericordiæ, atque impedierit ne agnoscere valeat gratiam istam erga ipsum; remuneret Deus conatus nostros, & sequitur apologia nostra, Non infliximus pœnas antequam mitteremus Legatum. Deus autem est qui ad rectam viam & felicẽ successum dirigit. Ille est qui tutas præstat omnes regiones & homines, ac sufficientia nostra Deus est solus. Scriptum

medio

medio mensis *Jomadæ* prioris, anno sexcentesimo octogesimo primo, loco * castrametationis. Deinde scripsit *Ægypti* Rex ad *Soltanum Ahmedem* responsum ad hanc Epistolam. *Soltan Mansur Saifo'ddin Abu Modhaffer Kelaün.* Post actas Deo gratias, qui manifestavit nobis & per nos veritatem, quo in viam nos adducente venit unà auxilium Dei & victoria, ingressique sunt homines in religionem Dei gregatim; & comprecationem super Domino & Propheta nostro *Mohammede*, quem extulit supra omnem rem ei similem, *Prophetámve quem allocutus est; & super familia & sociis ejus benedictionem, quæ excitet quod disjectum est, & illuminet eum qui in tenebris est; & benevolentiam, erga Antistitem *AlHacemum be-amrillam* fidelium Imperatorem, Chalifarum justè agentium progeniem, Domini [prophetarum] missorum nepotem; cujus imperii agnitione retinentur † hujus religionis professores. Perlata est ad nos Epistola illustris, cum honore accepta, continens narrationem insignem, quomodo amplexus sit ipse fidem, & deseruerit eos qui contra senserint, ex sociis & propinquis. Cumque aperta esset Epistola ista, quæ declaravit nuntium quod notum fecit indicium & sermonem, quo pro vero habitus est apud *Islamismi* cultores ipsum *Islamismum* amplexum esse, (& sermonum verissimus est qui à *Moslemio* traditus est) [hominum] vultus directi sunt ad Deum excelsum, gloriosum; preces fundendo ut ipsum hac in re stabiliat dictis constantibus & factis, & ut germinare faciat semen amoris erga religionem istam in corde ipsius sicut oriri eum fecit optima origine: quin & consideravimus egregium illum [sermonem] à quo exordium sumpsit, commemorando sinceram intentionem suam ab initio ætatis, & flore juventutis, seque professum esse Dei unitatem, & sectæ *Mohammedicæ* se addixisse verbis & factis. Laus Deo sit qui* pectus ipsius *Islamismo* aperuit, atque egregio hoc instinctu ipsum inspiravit. Deum veneramur ut nos quam primum pervenire faciat ad hunc statum & sententiam, pedésque nostros stabiliat in omni statione, & conatu, & certamine, citra quod labuntur pedes. Verum in eo quod ad ipsum ordine pervenerit regnum, ejusque hæreditas post patrem & fratrem ipsius natu majorem, & in ipsum cóllata sint dona ista insignia, assecutúsque fuerit potentiam quam juvit fides ipsius, & manifestavit imperium ipsius; hæreditatem illi contulit Deus

Dyn. X.

* AlTak.

Soltani Ægypti responsum.

* leg. نبيٍّ

p. 560.

* al. Principium Islamismi manifestavit.

inter

Dyn. X. inter servos & electos suos, ac verificavit erga ipsum quod annunciavit se honore affecturum sanctos servosque suos. Quod autem narrat † convenisse fratres, & filios, & Principes magnos in *Kuriltai* [concilio magno,] in quo eliciuntur omnium sententiæ, ut ex igniario ignis; atque in illud omnes consensisse quod pridem statuerat frater ipsius natu major, de copiis in has partes mittendis; seque perpendentem illud in quo conspirarunt eorum sententiæ, & terminatæ sunt voluntates, invenisse contrarium ei quod ipsi in animo fuit, cum ipsius intentio sit pacem facere, & mos res componere, seque simultatem istam extinxisse & impetum sedasse; hoc certè factum fuit Regis pii, & erga subditos suos misericordis, quique consilio perspicaci rerum fines perpendit. Secus enim si consiliis suis tantum permisissent ut affectibus abrepti fuissent, * hac vice res peracta fuisset: verum ipse ita se habuit ut qui Domini sui præsentiam timet, atque animum ab affectuum impetu cohibet, nec consentit verbis errantium nec factis eorum qui decipiuntur. Quod autem dicit sibi non placere ut ad bellum festinet, nisi post viæ declarationem & composita argumenta; equidem hoc, quod viam fidei ingressus sit, & nobis, & ipsi argumentum erit [optime] compositum, quod eos, quorum errores ipsos, ne hanc viam tenerent, averterunt, ad silentium redigat. Siquidem & Deus gloriosus, & homines universim norunt, conatum nostrum eò tendere ut opem huic sectæ feramus, ac certamina & labores nostros ad Dei honorem dirigi. At cum jam una nobiscum huic religioni adeò se addixerit, abierunt odia, & sublatæ sunt inimicitiæ; amotáque aversatione, succedit mutuum auxilium. Religio enim est instar ædificii, † cujus pars parte firmatur; & si quis signum ejus erexerit, est ei familiæ suæ loco familia in omni loco, & vicini pro vicinis in omni regione. Quod autem omnia commoda ista ordinata sunt commonitione Doctoris *Islamismi*, exemplaris eruditorum, *Camalo'ddini Abdirrahmani*; rependat illi Deus benedictionem suam: neque enim ostendit antehac sanctus quis signum instar hujus signi. Et spes est, ut benedictione justorum evadat omnis domus mansio *Islamismi*, quo perficiantur conditiones fidei, & reducantur partes dispersæ *Islamismi* optima qua fieri possit ratione. Neque enim dubitandum est de eo cujus virtute inceperunt ista ita se habere, quin omne quod decet benedictione ipsius

p. 561.

* fuissent hæ vices illæ vices.

p. 562.

us metam pertingat. Quod autem miseris Judicem summum *Kotbo'ddinum*, & *Atabegum* [regni procuratorem] *Shahabo'ddinum*, quorum verbis fides tutò adhibetur, ∵ ∵ ∵ ∵ contra *Argunem* [variæque animum ejus subierunt cogitationes, dum ipsum è medio tollere studebat. Accersito ergò *Emiro AlTanacho*, unaq; aliis, de *Argune* negotium illis commisit; jussitque eos ipsum excubiis septum tenere, ne effugeret; se enim in regionem *Aderbijanum* ad matrem suam *Kutaï Chatunam* proficisci: atque in mandatis dedit ut eum ad se adducerent. Noctéque facta, cum jam iter ingredi statuisset, magnatum quendam consilii sui participem fecit. Nisi, inquiens, *Argunem* † cæterósque filios è medio sustulero, nec securus ero, nec in ordinem mihi redigetur imperium. Ac mane profectus in mandatis dedit, ut *Argunem* ad se paulatim pertraherent. *Emir Buga* autē, cum rem hanc perspectam haberet, nossetq; quid *Ahmedi* in animo esset, haud ipsum secutus moras noctē usq; quasi negotiis distentus, traxit: noctuq; omnes filios [regios] adiens, *Ahmedis* mentem ipsis notam fecit, quidq; illis facere statueret; qui ira perciti ea ipsa nocte omnes surgētes ad *Argunem*, loco quo custodiri jussus fuerat, accesserunt. Cúmque eductum armisque indutum equo imposuissent, unà omnes obsequium illi deferentes equitarunt ad locum ubi fuit *AlTanach*; in quem irruentes, ingressi, ipsū, unaq; quotquot magnatum sibi socios habuit, in tentorio interfecere: & per exercitum præconis voce publicarunt Regum filios *AlTanachum* ipsiúsq; socios occidisse; unusquisq; igitur loco quo erat se contineret, nec inde se moveret, nec timeret. Ac mane facto miserūt qui *Argunis* exercitum adducerent: magnaq; cum hominum multitudine profecti, & *Ahmedis* vestigia insecuti, cum ipsū assecuti essent apud matrem suam, prehenso manus ligarunt, & custodiæ mandarunt; Ordamq; ipsius totam diripuerunt. Convenientes autem *Argun* & filiorū cœtus, in hoc consenserunt, ut *Argunem* sibi Regē præficerent, ipseq; regnum obtineret loco patris sui *Abaka*; *Ahmed* autem imperio amoveretur, cum ipsis regendis haud idoneus esset. Atque in hunc statum redactum est *Ahmedis* imperium, die *Mercurii Jomada* prioris undecimo † anni sexcentesimi octogesimi tertii.

Argun Il-Chan. Cum jam solio regio insideret *Argun*, in hoc à plerisque *Mogulensium Emiris*, & proceribus consensum est, ut *Ahmedem* è medio tollerent: quibus *Argun*, Haud, inquit, vobis

Dyn. X.

* Desunt quædam.

p. 563.

p. 564.

Argun Il-Chan.

Dyn.X. bis assensero de ipso interficiendo, verùm *Kungurtaï* mater ipsiúsque filii de eo statuant, & quid ipsis libuerit illo facere, id faciant. Tum sub custodia dies aliquot mansit; post quos ipsum morte affecerunt *Kungurtaï* filii, sanguinis paterni ultionem ab eo sumentes: factum est hoc die *Mercurii Jomada* posterioris secundo. Deinde *Argun*, imperio ipsi stabilito, unicuiq; filiorum præfecturam alicujus regni sui exercituũ commisit. *Arguni* autem* dictum fuerat, Curiæ Præses patrem tuum *Abakam* veneno, quod illi bibendum dedit, è medio sustulit. Cúmq; ipse mittens illum à *Soltano Ahmede* sibi dedi peteret, nec ille eum ipsi concederet, sed tradere recusaret, pro certo habuit *Argun Ahmedem* patris ipsius mortem gratam habuisse. Cum ergò in imperio confirmatus esset *Argun*, *Shemsa'ddin* Curiæ præses in montes *Ehwâzi* fugiens, se in tutelam tribus cujusdam *Cordorum*, qui *AlLur* audiunt recepit; quorum princeps fuit quidam nomine *Yuseph Shah*, qui cum *Argunis* obsequio se dederet, ipse eum bene excepit & honore affecit, quod in se susciperet Curiæ præsidem prehendendum, ejusque potestati subjiciendum; quod & fecit, ipso prehenso atq; ad *Argunem* perducto. Cumq; ille multas obtulisset pecu-

p. 565. nias, circiter † centum auri Tumanos, conditiones illi proposuere se redimendi, ne funderetur ipsius sanguis. Qui morã sibi concedi petiit, quò possessiones suas & quod reliquum sibi erat venderet, pecuniásq; mutuò acciperet, quas afferret: deinde, pecuniarum quas mutuò acceperat à sociis, domesticis, affinibus, charis, & amicis suis, quadraginta penè auri Tumanos alios attulit, Hoc, inquiens, ad manus meas pervenit, nec ulterius quicquam adducere possum; vos quod vobis facere visũ fuerit, faciatis. Prodiit ergò à Rege *Argune* mandatũ ut morte mulctaretur. Interfectusq; est die *Martis* quinto mẽsis *Shaabani* hujus anni, qui incidit in * septimum mensis *Tishrini* prioris anni *Alexandri* millesimi quingentesimi nonagesimi sexti. Atque hic exitus fuit ejusmodi viri Magni, Venerandi, Prudentis, cujus à digito minimo pendebat universum Imperium: fuit autem intellectu & experientia præditus, atque in omnibus regiminis rerúmque tractandarum rationibus perfectus, & humilitatis egregiæ. Ferunt neminem eum unquam salutando prævenisse, ipsum verò hoc officium accedentibus primò præstare solitum.

* Diwani.

* Decimũ septimum.

FINIS. *Deo soli Gloria.*

INDEX.

A.

Abdalla

Amino'd-

Bayr

C

Con-

D

Ccc *Ephtimen*

F.

Arabia

I.

Jejunium,

Kophaiz

L.

AlMohdi

N.

O.

Origi-

Q.

R.

Sebegtegin,

AlShah,

Shehab

Solimân

V.

Yami-

Monendus est Lector eam esse propriorum Nominum in hoc Indice dispositionem, ut Apellativorum, ex quibus sæpe componuntur, vix ulla hîc ratio habeatur; qualia sunt, Abu *Pater*, Ebn *Filius*, Banu *Filii*, AlMalec *Rex*, AlSoltàn *idem*, AlEmir *Dux*, vel *Princeps*, Sheich *Doctor*, Mar *Dominus*, AlEmam *Antistes*, Bab, &, quod idem Persicè sonat, Derwaza *Porta*, & siqua hujusmodi alia occurrerint, unà cum Articulo Al. Nomen igitur ab horum aliquo incipiens, eo præterito, in litera reliquam ejus partem inchoante quærendum; ita *Abu Becr* & *AlBasora*, e.g. in litera B. non in litera A. inveniuntur. Quòd autem *AlCoranus*, *AlPharabius*, & *AlChymia*, in litera A. adducantur, id eò factum quòd nostris jamdudum hac forma innotuerint.

Quæ literæ *Latinæ* quibus *Arabicis* respondeant, licet ex collatione nullo negotio pateat, ut cuivis in proclivi sit pronunciare, oculis hîc subjicere visum est.

ب	ت	ث	ج	ح	خ	د	ذ	ر	ز	س	ش	ص
b	t	th	j	h	ch	d	dh	r	z	s	sh	s
ض	ط	ظ	غ	ف	ق	ك	ل	م	ن	و	ه	ي
d	t	tdh,	g	f. *vel* ph	k	c	l	m	n	w	h	y

Hanc rationem non usque adeo anxiè observavimus, quin alicubi mutatam reperturus sit Lector, literam enim ظ cui hic respondere cernitur *tdh*, per *dh* nonnunquam, omisso *t*, designatam inveniet.

inveniet. Litera etiam ج in his nominibus, *Abgarus*, *Bawargiensis*, *Borgiani*, *Giaber*, *Giadar*, *Gialut*, *Georgii*, *Giorgiana*, *Giuda* mons, *AlHallagius*, *Hegiaz*, *Sergius*, & in uno forsan vel altero alio, per *G* exprimitur, cùm aliàs fere, ut in hac tabella, ei respondeat *J*; Scripturâ, in hisce paucis, communi, in reliquis, nostrorum pronuntiationi accommodatâ. Verum quidem est ج Arabicum *G* Latino magis proprie exprimi: cum autem litera *G* sonum duplicem apud nos obtineat, alium fere ante *e* & *i* vocales, ante reliquas alium; ad hanc ambiguitatem tollendam, *J* consonam, quam dicimus, eundem sonum constanter retinentem, ejus loco adhibere placuit. Non aliam ob causam literæ ي Arabico *Y* nostrum adaptavimus: hæc enim litera apud nostros, quorum auribus servire voluimus, eandem planè cum illa vim obtinet. Exteris ne hoc fraudi sit, monitos eos cupimus, *J* ante vocalem in nominibus *Arabicis*, *Persicis* & *Barbaris*, qualia sunt, *Jaafar*, *Jabal*, *Jazira*, *Jamalabad*, *Jingizchan* &c. per *g* molle efferendum esse, acsi hæc scripta essent *Giaafar*, *Giabal* &c. Literæ verò *Y* apud nos, atque adeo in hujusmodi in hoc libro nominibus, eundem esse sonum, quo *J* consona apud exteros, præsertim Germanos effertur. Litteris ا & ع, spiritu leni plerumque prolatis, litera nulla Latina hic assignatur: hanc tamen aliquando designat littera *a*, ut in *Ebno'l Aalam*, quod nomen in ipso initio Indicis habetur, *Jaafar*, *Baalbec*, *Shaaban*, mensis nomine, & aliis quibusdam; nonnunquam sedem ejus indicat ['] Apostrophes nota, ut in *Mas'ud*, quod perperam scribitur *Ma'sud*. Literam ش exprimit hic *sh*, ejusdem nobis soni ac *sch* Germanis, vel *ch* Gallis. Reliquis nihil difficultatis subesse videtur.

Quo

Quò ratio temporis (quod per maximam Historiæ hujus partem ab *Hejra*, seu fuga *Mohammedis*, deducitur) Lectoribus dilucidiùs constet, Indiculum hunc apposuimus; in quo singulorum annorum *Hejræ*, quorum in ipso libro, & in appendice mentio habetur, cum annis *Æræ Christianæ* collatio instituitur.

Pag.	A. Hej.	Init.	A. C.
102	1	Jul. 16.	622
	2	Jul. 5.	623
	3	Jun. 24.	624
	4	Jun. 13.	625
	5	Jun. 2.	626
	6	Mai. 23.	627
	7	Mai. 11.	628
103	8	Mai. 1.	629
	9	Apr. 20.	630
	10	Apr. 9.	631
108	11	Mar. 29.	632
110 } 111 }	13	Mar. 7.	634
113 } 115 }	23	Nov. 19	643
117	35	Jul. 11.	655
123	40	Mai. 17.	660
	41	M[illegible]	661
	46	Mar. 13.	666
	47	Mar. 3.	667
124	60	Oct. 13.	679
125	61	Oct. 1.	680
126	64	Aug. 30.	683
127	65	Aug. 18.	684
128	70	Jun. 25.	689
	83	Febr. 4.	702
	86	Jan. 2.	705
129	96	Sept. 16	714
130	98	Aug. 25	716
	99	Aug. 14	717
131	101	Jul. 24.	719
132	105	Jun. 10.	723
134	109	Apr. 28.	727
	118	Jan. 20.	736

Pag.	A. Hej.	Init.	A. C.
134 } 135 }	125	Nov. 4.	742
136	126	Oct. 25.	743
137	127	Oct. 13.	744
	129	Sept. 22.	746
	131	Aug. 31	748
137 } 138 }	132	Aug. 20	749
138	136	Jul. 7.	753
139	137	Jun. 27.	754
140	140	Mai. 25.	757
141	144	Apr. 11.	761
	145	Apr. 1.	762
142	150	Febr. 6.	767
144	152	Jan. 14.	769
142	158	Nov. 11.	774
147	165	Aug. 26	781
147 } 149 }	169	Jul. 14.	785
149	170	Jul. 3.	786
152	171	Jun. 22.	787
150	172	Jun. 11.	788
153	175	Mai. 10.	791
151	183	Feb. 12.	799
	186	Jan. 10.	802
	187	Dec. 30.	802
152	190	Nov. 27	805
	192	Nov. 6.	807
	193	Oct. 25.	808
155	194	Oct. 15.	809
157	198	Sept. 1.	813
165	201	Jul. 30.	816
158	203	Jul. 9.	818
159	204	Jun. 28.	819

Pag.	A.Heg.	Init.	A. C.
159	210	Apr. 24.	825
	217	Febr. 7.	832
	218	Jan. 27.	833
164	219	Jan. 16.	834
165 } 175	220	Jan. 5.	835
165	223	Dec. 3.	837
166	225	Nov. 12	839
	227	Oct. 21.	841
167	228	Oct. 10.	842
	231	Sept. 17	845
168	232	Aug. 28	846
169	233	Aug. 17	847
	235	Jul. 26.	849
	236	Jul. 15.	850
	† 237	Jul. 5.	851
170	238	Jun. 23.	852
	242	Mai. 10.	856
171	244	Apr. 19.	858
170	247	Mar. 17.	861
174	248	Mar. 7.	862
175	249	Feb. 24.	863
	251	Feb. 2.	865
	252	Jan. 22.	866
	254	Jan. 1.	868
	255	Dec. 20.	868
171 } 176	256	Dec. 9.	869
177	261	Oct. 16.	874
	264	Sept. 13.	877
	265	Sept. 3.	878
	270	Jul. 11.	883
	278	Apr. 15.	891.
178	279	Apr. 3.	892
180	281	Mar. 13	894
181	282	Mar. 2.	895
	283	Feb. 19.	896
	284	Feb. 8.	897
	285	Jan. 28.	898
182	288	Dec. 26	900
182 } 185	289	Dec. 16	901
208	290	Dec. 5.	902
185	291	Nov. 24	903
	292	Nov. 13	904
186	293	Nov. 2.	905
	295	Oct. 12.	907
187	296	Sept. 30	908
	303	Jul. 17.	915

Pag.	A. Heg.	Init.	A. C.
188	305	Jun. [illegible].	917
	309	Mai. 12.	921
189	315	Mar. 8.	927
190 } 191	317	Feb. 14.	929
190, 191, 193, 200	320	Jan. 13.	932
193	321	Jan. 1.	933
196 } 198	322	Dec. 22	933
198	323	Dec. 11.	934
199	324	Nov. 30	935
	326	Nov. 8.	937
200	329	Oct. 6.	940
200 } 201	330	Sep. 26.	941
197 } 201	331	Sep. 15.	942
202	332	Sep. 4.	943
	333	Aug. 24	944
203 } 205	334	Aug. 13.	945
205	337	Jul. 11.	948
197 } 205	338	Jul. 1.	949
205 } 208	339	Jun. 20.	950
206	343	Mai. 7.	954
222	348	Mar. 14.	959
206	349	Mar. 3.	960
	350	Feb. 20.	961
	351	Feb. 9.	962
207	† 354	Jan. 7.	965
	356	Dec. 17.	966
	357	Dec. 7.	967
	361	Oct. 24.	971
	† 362	Oct. 12.	972
208 } 209	363	Oct. 2.	973
209	365	Sept. 10.	975
	366	Aug. 30.	976
	367	Aug. 19.	977
210 } 213	369	Jul. 29.	979
214	370	Jul. 17.	980
210	371	Jul. 7.	981
211	372	Jun. 26.	982

Pag.	A.Hej.	Init.	A. C.
251, 252	519	Oct. 22.	1134
252, 253, 254, 260	530	Oct. 11.	1135
254	531	Sept. 29	1136
	532	Sept. 19	1137
255	533	Sep. 8.	1138
	534	Aug. 28	1139
	537	Jul. 27.	1142
	539	Jul. 4.	1144
	540	Jun. 14.	1145
256	544	Mai. 11	1149
	546	Apr. 20.	1151
257	547	Apr. 8.	1152
	548	Mar. 29.	1153
	549	Mar. 18.	1154
	552	Feb. 13.	1157
258	554	Jan. 23.	1159
258, 262	555	Jan. 12.	1160
262	556	Dec. 31	1160
	559	Nov. 30	1163
259	560	Nov. 18	1164
263	563	Oct. 17.	1167
	564	Oct. 5.	1168
264	565	Sept. 25.	1169
265	566	Sep. 14.	1170
266	567	Sept. 4	1171
340	568	Aug. 23.	1172
267	569	Aug 12.	1173
267, 268	570	Aug. 2.	1174
268	571	Jul. 22.	1175
	573	Jun. 30.	1177
268, 269	575	Jun. 8.	1179
270	576	Mai. 28.	1180
	577	Mai. 17.	1181
	578	Mai. 7.	1182
271	579	Apr 26.	1183
271, 299	580	Apr. 14.	1184
272	581	Apr. 4.	1185
273	582	Mar. 24.	1186
	583	Mar. 13.	1187
275	584	Mar. 2.	1188
275	587	Jan. 29.	1191
276	588	Jan. 18.	1192
276, 295	589	Jan. 7.	1193
277, 297	591	Dec. 16.	1194
278	592	Dec. 6.	1195
	593	Nov. 24	1196
278, 197	594	Nov. 13	1197
279	595	Nov. 3.	1198
	596	Oct. 23.	1199
	597	Oct. 12.	1200
280	599	Sept. 20.	1202
95, 282	600	Sept. 10.	1203
272, 283	601	Aug. 29	1204
283	603	Aug. 8.	1206
	604	Jul. 28.	1207
297	605	Jul. 16.	1108
[illegible], 293	606	Jul. 6.	1209
284	607	Jun. 25.	1210
299	608	Jun. 15.	1211
284	609	Jun. 3.	1212
286, 300	610	Mai. 23.	1213
287	612	Mai. 2.	1215
	613	Apr. 20.	1216
287, 288	615	Mar. 30.	1218
288	616	Mar. 19	1219
289, 290, 299	617	Mar. 8.	1220
292, 294	618	Feb. 25	1221
300	† 619	Feb. 15.	1222
	620	Feb 4.	1223
294	621	Jan. 24.	1224
295, 302	622	Jan. 13.	1225
302	623	Jan. 2.	1226
304, 305	624	Dec. 22.	1226
305, 316	625	Dec. 12	1227
	626	Nov. 30	1228

Pag.	A.Hej.	Init.	A.C.
306	627	Nov.20.	1229
310	630	Oct.18.	1132
311	631	Oct.7.	1233
311, 317	632	Sep. 26.	1234
311, 340	633	Sept. 16	1235
312	634	Sept. 4.	1236
313	635	Aug.24.	1237
	637	Aug 3.	1239
	633	Jul.23.	1240
314	639	Jul. 12.	1241
314, 318	640	Jul.1.	1242
318	641	Jun.21.	1243
319	642	Jun.9.	1244
	643	Mai.29.	1245
320	644	Mai.19.	1246
	645	Mai.8.	1247
321, 340	646	Apr.26.	12,8
322	647	Apr.16.	1249
323	648	Apr.5.	1250
326	649	Mar.26.	1251
327	650	Mar.14.	1252
328	651	Mar.3.	1253

Pag.	A.Hej.	Init.	A.C.
309, 329	652	Feb.21.	1254
330	653	Feb.10.	1255
331	654	Jan.30.	1256
96, 332	655	Jan.19.	1257
14, 338	656	Jan.8.	1258
345	657	Dec.29.	1258
312, 347, 349	658	Dec.18.	1259
351	659	Dec. 6.	1260
355	661	Nov.15	1262
	664	Oct.13	1265
357	668	Aug.31	1269
	669	Aug 20	1270
	670	Aug. 9.	1271
357, 358	675	Jun.15	1276
359, 360	679	Mai.3.	1280.
360	680	Apr.22.	1281
361, 365	681	Apr.11.	1282
367	683	Mar.20.	1184



In Supplemento.

Pag.	A.Heg.	Init.	A. C.	Pag.	A.Heg.	Init.	A.C.
6	20	Dec.21.	640	33	704	Aug 4.	1304
7	358	Nov. 25	968	12	708	Jun.21.	1308
	567	Sept.4.	1171	13	709	Jun.11.	1309
41	611	Mai.13.	1214	44	711	Mai.20.	1311
8, 19, 30	648	Apr.5.	1250	3	712	Mai.9.	1312
11	653	Feb.10.	1255	4	716	Mar.26.	1316
8	655	Jan.19.	1257	42, 44	726	Dec. 8.	1325
	657	Dec.29.	1258	43, 45	727	Nov. 27	1326
9	658	Dec.18.	1259	0, 2	732	Oct.4.	1331
32	659	Dec.6.	1260	4, 5	736	Aug 21	1335
	660	Nov.26	1261	33	740	Jul.9.	1339
0	672	Jul. 18.	1273	13, 33, 34	741	Jun.27.	1340
9	676	Jun.4.	1277	13, 33	742	Jun.17.	1341
10, 33, 43	678	Mai.14.	1279	14	743	Jun.6.	1342
40, 44	680	Apr.22.	1281		745	Mai.15.	1344
1	683	Mar.20.	1284		746	Mai.4.	1345
42	687	Feb.6.	1288	15	747	Apr. 24	1346
11	688	Jan.25.	1289	15, 34	748	Apr.13.	1347
	689	Jan.14.	1290	16	749	Apr.1.	1348
1, 11	690	Jan.4.	1291	44	751	Mar.11.	1350
11	693	Dec.2.	1293	16	752	Feb.28.	1352
1, 2, 12	694	Nov.21	1294	34	753	Feb.18.	1352
12	696	Oct.30.	1296	16	754	Feb.6.	1353
2	697	Oct.19.	1297		755	Jan. 26.	1354
12	698	Oct.9.	1298	43	758	Dec.25.	1356
2, 42	699	Sept.28	1299	0	760	Dec. 3.	1358
2	700	Sept.16	1300	43, 45	761	Nov. 23	1359
33	701	Sept.6.	1301	17	762	Nov.11	1360
3	702	Aug. 26	1302	34, 35, 44	763	Oct.31.	1361
	703	Aug. 15	1303				

Index annorum Hejræ.

Pag.	A.Hej.	Init.	A.C.	Pag.	A.Hej.	Init.	A.C.
64	920	Feb.26.	1514	50, 51	982	Apr.23.	1574
57	921	Feb.15.	1515	65	984	Mar.31.	1576
29, 39	922	Feb.5.	1516		985	Mar.21.	1577
30	923	Jan.24.	1517	0	997	Nov.10	1588
40, 49, 50	926	Dec.23.	1519	52	999	Oct.20.	1590
39	927	Dec.12.	1520	51	1003	Sept 6.	1594
50	929	Nov.20.	1522	0, 66	1008	Jul. 14.	1599
50, 64	930	Nov. 10	1523	52	1012	Jun.1.	1603
40	945	Mai.30.	1538		1026	Dec 30.	1616
51	953	Mar.4.	1546	53	1027	Dec.19.	1617
50	974	Jul. 19.	1566		1031	Nov.6.	1621
	975	Jul.8.	1567		1032	Oct.26.	1622
				0	1036	Sept.12	1626
				53	1049	Apr.24.	1639
					1058	Jan.17.	1648

ANnus *Arabicus* Communis diebus constat 354. Embolimæus 355. Hinc fit ut initium ejus in anno *Juliano* diebus decem, vel undecim, vel etiam (concurrente anno communi cum intercalari nostro) duodecim, *Januarium* versus quotannis recedat, ac 34. circiter annorum spatio singulos menses circuitu suo pererret. Difficile igitur non erit ex hisce reliquorum etiam annorum, quorum hîc mentio nulla, rationem inire, eorumque initia assignando, praecedentibus & subsequentibus collatis, haud multum á vero aberrare.

Mensium nomina & ordinem, unà cum numero dierum ex quibus singuli constant, hîc subjungimus. *Moharram*, 30. *Saphar*, 29. *Rabi* prior, 30. *Rabi* post. 29. *Jomádi* prior, 30. *Jomádi* post. 29. *Rajeb*, 30 *Shaabàn*, 29. *Ramádàn*, 30. *Shawàl*, 29. *Dhu'lKaada*, 30. *Dhu'l-Haj'a*, 29.

Notetur Mensem *Dhu'lHajjam* annis Embolimæis 30 dies haberet. Diviso autem numero alicujus anni *Hejræ* per 30. si restet horum aliquis, 2. 5. 7. 10. 13. 16. 18. 21. 24. 26. 29. annum illum Embolimæum esse tutó pronuntiare licebit.

FINIS.



Opere toto diligentissimè recensito, pauca hæc vel addenda, vel detrahenda, alitérve notanda, sive ad exemplarium fidem, sive ex conjectura, huc remisimus: quamvis autem eorum pars magna Libri margini, pars textui debebatur; quo minus tamen locis suis haberentur, in causâ erant tum chartæ tum temporis angustiæ.

Pag. 4. lin. 13. alt. ex: السما *p. 7. l. 4. alt:* عان مغضيا *p. 18. l. 4. legend:* سنعار *vel* سنغار *l. 13. legend.* ارخ وخليا اى الرها *sed alt. ex. habet* ارخ واخن وخليا هي الرها *p. 20. l. 16. vox* فانوس *non legitur in optimo exemplari, unde nec in versione agnoscitur. l. 19. alt.* حقق *p. 21. l. 4. al.* اسحق له بجاريتها *l. 10. al.* واكبرته *p. 24. l. 8. forsan legend:* حاضر الاجر *p. 26. l. 4. al. ex.* خمس وسبعون *p. 27. l. 6.* يا موسي موسي *p. 36. l. 7. al.* بين طهرانيكم *p. 38. l. 18. vox* رجل *non legitur in opt: ex. ac delendum videtur. p. 41. l. 19. pro* ابنون *opt. ex. habet* لبرون *al.* كبرون *p. 57. l. 15.* وملك اربعا وعشرين سنة *p. 62. l. 11. al.* تسع سنين *p. 65. l. 3. vid: legend:* ليعرفوها *p. 69. l. 7. vid. leg.* واب الفتية الثلثة *totum locum al. ex: sic legit* وكان له اربعة بنين يهواحاز وصدقيا ويوخنيا ابو دانيال النبي ويوياقيم ابو الفتية الثلاثة *p. 81. l. 12. al.* بهماني *p. 82. l. 19. al.* واختلط *p. 84. l: 2. alt:* بسعسب *forf: leg:* يسعسب *p: 86. l: 8. variant exemplaria, in uno abest* اي *in alio præcedit vocem* المدن *forf. legend:* كتاب اي *p: 87. l. 14: vid: legend:* ارطبانس *p: 100. l: 11. legend:* داود وحيرم *hæc autem cum sequentibus alia lectione sic se habent* داود وحيرم صاحب صور والسبعيني *p: 104. l: 14. al:* تقدمة *l: 16. legend.* لعلوم الادوية *at in al: ex: legitur* العلوم والادوية *p. 112. l. 10.* واربعين من تاريخ الاسكندر ارهل

ثالث *p:113.l.9.al:* الاربعمية والتسعون *l: 16. vid: legend:* ارهل
المن *p. 117. l. 18.* كشف من نار *p: 132. l: 19. al:* عشرين اذار
p: 134.l:3. videtur legend: اخرى ملك سنتين *p: 136.* اعني القغير
l: 7. vid. legend. سنة ثمان واربعين *p: 138. l: 2. legend: videtur*
ثلاث عشرة *p:140. l: 14. al:* بن ارن *p. 141. l: 18. al:* وعشرين سنة
meliùs. p.146.l:8.vid:legend: ثماني عشرة سنة *p:147.l.5. vid:legend:*
تسع وستين وسبعماية *p:155. l: 16.al:* طنك بنا *meliùs. p: 157. l:19.*
vid:legend: اثنتين وثمانين *p:161.l:17,18.vid:legend:* وثلاث وثلثين
العشا *p:163.l.16.al:* شيا كثيرا *p:164.l:13.post* وثمانماية للاسكندر
desiderari videtur aliquid. vide quod notavimus ad pag:103.versionis Latin: p:167.l:15.al: بالمزنار *p:174.l:11: vid: legend:* لثمان باقين
l:13.legend: تسعماية وست واربعين *p:181.l.11. al:ex: non habet vocem* من خيرا *p: 183.l. 10. al: ex:* مرزبان مرو وكان *p. 187. l.15.vid:legend:* جرجان *l. 8. al: ex.* البقية البقية *p: 193. l: 8. vid: legend :* واربعين احدى *l. 15; 16. vid: legend:* تسعماية وثمان
وسبعون *p:195.l:17.alt:ex.* ليلا *pro* خيلا *p:196.l:1. pro* بربالة *forf: legend:* بربالة *vel* بكربلا *vi:l: 7. p:200. l: 12. vid: legend:* خمس
عشر هنة *p:202.l:17.vitiose legitur in alt:exemp:* ثلثين *p:208. l:19. forsan legend.* الخرمية *p:209.l:8. vid:legend:* بالازرق *p: 210.l.19. al:ex:melius legere videtur* ولا يلتم شعثكم *p. 211.l.16.al:* شاه فردن
p: 212. l:13. omissa sic restituuntur, قامتها وفي هذه السنة اعني سبع
وعشرين وماية حارب سليمان بن هشام بن عبد الملك مروان *p. 241.*
l:14, 15. legend. ثماني وتسعين وماية *p: 244.l.3. al:rectiùs* سنة ثلث
ومايتين *p: 261.l. 15. forsan legend:* ثالث يوم *l: 17. vid:.legend:*
وتسعة اشهر *p.263. l:16.al:* فجرت *p:267: l:2. forsan legend.* عليهم
271. l:7:al: البندون *l:15.redundat.* الي *quod in alt: ex: non compa-*

ret;

ret. p:282. l: 11. al. من التقانة *p:289. l:18. al.* اخوه القاهر *p:299. l. 13. vid. legend.* وستة اشهر *p: 302. l. 15. vid. legend:* بن رائق *vel* بن رايق *p:307. l:13,14. vid: legend:* واحد عشر شهرا *p:315. l. 3,4. al: ex:* وفي هذه السنة سار الى مستقف *l: 5.* اثنتين وستين وثلثماية *p: 316. l. 16. vid: legend:* الاقطاع بن معز الدولة *p: 320. l: 13. legend:* وسبعين *ut in margine rectè p: 331. l: 12. al:* فنعبوا *p: 335. l: 8. al:* القفاعي *p: 337. l: 13. vid: legend:* بن يقاق *p: 341. l: 2. forsan legend:* مخزلا *p. 342. l: 7. forsan legend:* نصير الدولة *vid: p: 337. l: 4. p. 343. l. 11. al:* قلعة كبري *p. 344. l. 17. vid. legend.* ودبيس *l. 19.* الظعن *pag. 365. lin. 6. vid. legend.* وخمسة اشهر *p. 367. l. 9. vid. legend.* البر ارسلان *p. 372. l. 19. vid. legend.* بالشهساديه *p. 374. l. 2. vid. legend.* طغتكين *sic p. 392. l. 1. p. 381. l. 15. vid. legend* على مجمنة الخليفة *p. 383. l. 1. al.* خيمته *& sic etiam legend. lin. 9. p. 386. lin. 7. al.* في المثمنة *p. 388. l. 6. al:* فاطبى دفشه *sed legend.* وفاطش *ut in margine, vel potiùs,* وفاضت *ut apud Authorem* Camel *p. 391. lin. 17. alt. exemp. non agnoscit vocem* التخت *p. 392. l. 1. vid: legend.* طغتكين *v. supra p. 374. l. 2. p. 393. l. 6. vid. legend.* بهد المنتصر *v. supra p. 266,267. p. 409. l. 4. al.* اثنان منهم *meliùs. p. 415. l. 9. al:* وحيفا *sic etiam p.* ح *rectè legit* Abul Feda *in Geographia, at in Historia* هيفا *per* ه. *ib. l. 10. al.* وتهنين *ib:* وجبيل *legend. itaque in marg.* Tabnino *&* Jobailo. *pag. 416. lib. 7.* وشداهين *sed melius videtur legendum* اثنتين وتسعين واربعماية *p. 424. lin. 8. al.* بعطي *l. 16. al.* حمود *pro* حمد *pag. 437. lin. 6. forsan legend:* وبكاوحون *p. 446. l. 16. al.* والنسا والعجايز *p. 450. l. 6. al. sed minùs rectè* والرها *pro* كرها *p. 454. l. 15. vid: legend:* ولما ملك الغز

vid:

vid. ſuprà p. 337. l. 18. p. 455. l. 19. al. وعن له *p. 458. l. 6. transferendus eſt aſteriſcus ad vocem* وعمر *quo indicetur aliter legi* وعمر *ſine* ه. *p. 465. l. 12. al.* الانفجاق من الاولان *p. 468. l. 13. al.* السلطان غياث *forſan rectè. p. 479. l. 14. vid. legend.* في سقيف *p. 486. l. 16.* الدين *p. 491. l. 15.* حيلان على باب حلب وعان *al.* وابن *p. 497. l. 19. al.* الشاميين *p. 499. l. 17. al.* وانطالية *p. 501. l. 7. al.* اخيه *& redundare videtur* و *prius* ولي *p. 503. l. 2. al.* بكوار *quod in margine reponendum pro* دوكوار *p. 503. l. 10. pro* برقوز *infra p. 544. l. 9. legitur* دقز *p. 505. l. 12. ſi legatur* قبل *deeſſe videtur verbum ſequens. p. 508. forſan legend.* عقبيه *p. 512. lin. 8. forſan leg.* الجدب *p. 516. l. 10. al.* سوقونجاق *ſic p. 517. l. 16. opt. ex. utrobiq; habet* سرنيجاق *vel* سوينجاق *ambigua enim eſt lectio ob defectum punctorum. p. 521. l. 1. al.* وزارته *p. 522. l. 4. forſan legend.* اوابده *p. 529. l. 15. forſan legend.* وسيوفنا مراجف *p. 555. lin. 10. vid. legend.* الصمم الاصلان *p. 556. l. 2. vid. legend.* النصال للنضال *l. 5. vid. legend.* انكار *p. 559. l. 16. forſan legend.* وكل ذي ناجي *& l. 17.* من شيخ *& l. 18.* الخلفا المهديين *p. 560. l. 12. forſan legend.* شرح ناجي *p. 561. l. 11. legend. videtur* عمره للاسلام *lin. 18. vid. legend.* من ضل *p. 562. l. 2.* النحول *l. 6.* بجيران *lin. 10.* كل نار *forſan legend.* والاتابك بهاء الدين *vid. ſuprà p. 556. l. 9. p. 565. l. 9. forſan legend.* سابع عشر تشرين

In



In Versione Latina.

PAg. 3.l. 20,21. *al.* Cœlum inferius, p. 4.l. 18. prohibuerat eis Deus, p.7. l.15. suffitibus & sacrificiis, p.8. l. penult. & ult. exiccata est terra, p 11. l.13. quadraginta trium, p.12. l. 10. *al. Senaar.* p. 14. l. 25. Evangelio suo sancto, ib. l. 33. *Sara* uxoris suæ, p 15. l.5. gemellorum tuorum p.16.l.29. fratri suo *Eri* p. 17. l. 15. *al.* octoginta quinque: l. 33. filii *Dedanis*, filii *Jokshanis*, p. 19. l. 12. præcepta Dei. p. 22. l. 16. *Fustat Amri*, p. 26.l. 35. & ego hodie prostratus sum p. 32. l. 23. calor corporis sui, p.33.l.6.notiones respectivæ p. 34. l. 20. *redundat* sex; *in margine verò illud*, * vel potius, *quadringentas.* p. 37. l. 13. *lege* annis, dein mortuus est. l. 22. *Zerah* Rex *Æthiopum* p. 38. l. 16. cum quadringentis aliis l. 25. Regnum decem tribuum, p.45.l. 3,4,5. Fuerunt illi tres filii, *Jehoahaz*, *Sedekia*, & *Jojakim* avus *Danielis* Prophetæ, & trium puerorum. *Sed hæc lectio videtur supplenda sic*, & Pater trium puerorum: *neque enim aliter Patrui erunt illi* Danielis *Prophetæ*, *uti mox appellantur.* l. 15. ipsa capta plurimos l. 21. mortuus est *Jojakim*, p.47. l. 32. incantationum, augurii, & divinationis, p. 48. l. 29. pileis, reliquisque vestibus obvolutos p. 50. l. 31. frater ipsius *Beltashasar.* p. 52. l. 4. è filiis *Gushtaspi*, p 55. l. 28. qui in ipsa ei fuit, ib. l. 36. & p. 56. l. 1. Liber Kasterân urbium, i.e. Liber de Aqua, & Aere. *Videtur autem per* Kasterân urbium *illa* Hippocratis *verba* ἐν ἰητρικῇ χάριν ἐπιχώρια, (*quæ in Libro* περὶ ἀέρων ὑδάτων τόπων, *hic indigitato, statim ab initio occurrunt*) *exprimere voluisse Authorem, ita ut vox* Kasterân *ex duabus illis* ἰητρικὴν χάριν *conflata simul & corrupta sit.* p. 57. l.16. decimo quinto Regni ejus exuerunt *Ægyptii*, l. 19. *Ex errore forsan ortum est cognomen* Rectoris, *posito* المجبر *pro* المذكر, *quod* Memorē *seu* Mnemona *sonat.* l 21. *Esteram Ebræam* piam, l.22. *dele*, in fœdus receptos l.24. hujus *Artahshashtis* p. 64. l. 31. Figuratam] *Ita secundùm eam lectionem, quæ ex optimo MS. Typis expressa est, verba sonant: at secundum aliam lectionem, sic*; & *Hirami* Domini *Tyri*; & alteram secundùm *Septuaginta*, p. 66. l. 30. annos octodecim l. 35. annos viginti septem, & potentiâ excelluit: l. 36. à matre *Cleopatra* p. 67. l. 9. *al.* artium & medicamentorum p. 69. l. 10. Mare Occidentale circumfluum, p. 70. l 3 quæ jam *Philippi* audit: l. 7. trecentesimus nonus fuit l. 10. *Nazara* urbe sua l. 14. per *Herodem* prius transiissent, *Marg. Lycinius*, vel *Hyginus.* p. 71. l. 25, 26. Anno decimo nono imperii *Tiberii*, qui est annus *Alexandri* tricesimus quadragesimus secundus, p. 72. l. 11. anni quadringenti nonaginta, l. 13. *permanebit populus tuus, deinde perveniet Rex Messias*, l. 18. vicesimo tertio *Adari*, l. 28,29. ducenti decem; p. 78. l. 15. planisphærium confecit, l. 17. liber magnus qui &c. l. 32.

appellavit autem *Galenum.* p. 80. l. 21, 22. nec dum perfectè eam callerent. p. 81. l. 18. *Sapores* filius *Ardshiri* filii *Babeci,* l. 32, 33. puellis voce præstantibus p. 82. l. 2. coronæ igneæ. l. 23. Ursæ signum p. 84. l 6. nonagesimus sextus l. 21. ad *Machium, al.* ad *Caium* l. 25. *vid. legend.* annos duos alios p. 85. l. 6. Diocletiani ex filia nepoti l. 10. vidit in Cœlo vexillum Crucis, p. 86 l. 1. *vid. legend.* sexcentesimo quadragesimo octavo, l. 13. dierum suorum, affirmare cœpit, ipsum &c. l. 21, 22, 23. in illud quod effutivit *Arius* inquirentes, ipsum Religionis [*Christianæ*] fundamento contradicere repererunt; p. 87. l. 5. *Constantinus, Constantius,* & *Constans* Victoris filii. *ibid. vid. legend.* annos viginti quinque. l. 27. Patruum suum, à quo constitutus fuerat, p. 88. l. 15. inito ad *Tigrim* inter &c. l. 21. et in urbem suam *Tarsum* p. 89. l. 18. *al. meliùs,* Annos tredecim p. 90. l. 28. quadam sua, die quodam, invectus, p. 92. l. 1. *vid. legend.* annos octodecim l. 7. *leg.* quinquaginta l. 19, 20. *al.* octingentesimus sexagesimus nonus, *potius,* septingentesimus *&c* p. 98. l. 7, 8. *Madayena* extruxit, *sic in Marg. legend.* & *Madayena* duo templa *&c.* p. 99. l 3, 4. *vid. legend.* tricesimus tertius. p. 101. l 27. *v. legend* 882. p. 102. l. 16, 17. prælium *Bedarense,* maximum illud certamen [ita sc. in *Alcorano* vocatum] p. 103. l. 17. *Videtur hîc deesse aliquid; neque enim mortuus est* Mohammedes *anno decimo sed undecimo, ut ex sequentibus constat: malè etiam junguntur ægrotatio & obitus ejus, ac si utrumque contigisset mense* Sepharo, *cum pag* 108. *disertis verbis legatur,* AbuBecrum *Chalifam renuntiatum mense* Rabia *priori, ineunte anno undecimo, eodem die quo obiit Propheta.* p. 105. l. 15. *AlMozdar*, seu *AlMordad,* p. 109. l. 29. ad *Heraclium* Imperatorem *Græcorum* p. 110. l. 4. *forś. legend.* octavo ante finem *Jomadæ.* l. 7. *legend.* nongentesimus quadragesimus sextus l. 34. ad *Omarum* Imperatorem p. 113. l. 8. in omnes provincias *Ahwazæ* l. 20. die *Mercurii* p. 115. l. 22. *Telha* patruele *AbuBecri* l. 34. librum Dei, & legem Prophetæ ejus, & constitutiones p. 118. l 23. *Erakum* verò l 32. *al.* cum septingentis viris p. 121. l. 21. incolæ universim fidem suam p. 123. l. 17. *vid. legend.* quadragesimo primo, l. 27. *vid. legend.* septuagesimus octavus. p 125. l. 5. *redundat vox* mille, *&* l. 6. loco τῶ equites, *al. legend.* noctu, p. 128. l. 15. *vid legend.* annos quindecim p 130. l 5. *malè in altero exemplari legitur,* trigesimus septimus, p. 131. l. 22. triginta novem, p. 134. l. 21. *forś. legend.* Churramiticam, *sicut etiam* p. 164. l 25. *Nam &* الخرمية & الحرمية *secta, & forsan ejusdem nomina occurrunt.* p. 136. l. 28, 29. *al. Shahpherid.* p. 138. l. 33, 34. ubi, cum illum quidam hastâ confossum dejecisset, alius caput ipsius *&c.* p. 139. l. 1. mortuus est variolis *AlSaffahus* Anbari urbe sua, quam extruxerat, sedemque sibi delegerat. p. 141. l. 23. *al.* dixerunt ergo ipsi Artifices, p. 144. l. 5, 6. Cùm ergo ab ipso recedens ad Ecclesiam ivisset, jussit *AlMansur Salemum* Eunuchum suum tres &c. l. 19,

20.

20. ferri illum jussit *AlManfur* in aulam publicam, quo ipse &c. p. 146. l. 31. *al.* ne ab hoste reperiretur p. 147. l. 15, 16. centesimo sexagesimo nono l. 18. ipsum *Giorgianæ* commorantem p. 153. l. 1. *al.* qui ipsum *Jondisaburo* accerserent. p. 157. l. 9. ante finitum *Moharramum*, p. 158. l. 7, 8. *al.* lusui & nugamentis suis, l. 27, 28. Non transferetur, p. 160. l. 5. *&* 167. l. 25. *pro* Eunuchi, *videtur potius legend.* Servi. p. 161. l. 4, 5. *al.* feras, quarum viribus non donatur homo, nec sibi *&c.* l. 8. *al* quam ferus [*seu*, desolatus] evadit mundus. p. 164. l. 25. *al.* sectam *Chorramiticam.* *vid. suprà ad* p. 134. l. 21. p. 168. l. 2. viri quater mille. l. 21. Mansionibus Lunæ] *sive* sideribus occidentibus, orientibus aliis. *vid. notas in specimen Arab.* pag. 163, 164. p. 169. l. 13. *pro* Catilo, *legendum* Catito, *vel potius* Catisto, *per Aphæresin ex* Theoctisto. l. 14. sex annos. l. 22. ducentesimo tricesimo septimo, l. 27. *Musa Ebn Zarara*, l. 36. *al.* *Josephi* inter sectoribus obsessis ultra triginta *&c.* p. 170. l. 26, 27. *fors. legend.* *Shawali* tertio. l. 28. *vid. legend.* & novem mensium p. 172. l. 27. annuum] *vel* splendidum p. 174. l. 15. *al.* *Ebno'lChasib* p. 175. l. 33, 34. vilipendens] *vel fors. huic contrarium*, magni faciens, *vel*, se eis applicans. p. 176. l. 16. *al.* nono ante p. 19. *al.* quinquagesimi quinti, p. 177. l. 31. *post* emptitios. *adde*, Multas eleemosynas, bonaque præstitit opera. p. 179. l. 15. *post* interpretandos, *adde*, Extant quædam ab eo compendiosè & egregiè scripta. p. 182. l. 25. *al.* vosmet Chalifatui ingeritis, cùm inter *&c.* p. 186. l. 31, 32. *al.* nec Consultore indigeat. p. 187. l. 30. ac [urbibus] *Kommo* &c. p. 188. l. 1. Vizierum] *nisi potius in Nominativo legendum sit*, Vizier ergo *Ratekum* &c. p. 188. l. 21. centies & vicies l. 22, 23. *al.* dimisit è carcere *Abu'lHija Ebn Hamdàn* fratrem suum & domesticos ejus. p. 190. l. 34. *post* stetit: *adde*, mittentes igitur Duces ejus petierunt ut accederet; p. 191. l. 24. *al.* *Nosocomio Jondisaburensi*, tum *&c.* p. 192. *leg.* te in jus vocasset l. 17. **al.* *Bachtishua Ebn Isa* p. 194. l. 17, 18. **al.* & confestim se abdidit: p. 196. l. 6. quando ad vos, jam Reges factos, accessero; l. 9. *al.* ad *Mardawancjum* l. 28. *al.* centum aureos p. 197. l. 6. *vid. legend.* & sex menses, p. 199. l. 13. *post* munus, *adde*, nec ullius rei inspectionem habuit Vizier. p. 200. l. 30, 31. venaretur] *vel*, piscaretur. p. 202. l. 19 *al.* per *Euphratem*; l. 29 *vid. legend.* undecim mensium p. 204. l. 3, 4. fratrique ipsius *Ali*, l. 9, 10. è *Dailamitarum* primoribus duo p. 205. l. 24. Anno trecentesimo trigesimo octavo p. 207. l. 7. *post* Domesticum. *adde*, Anno trecentesimo quinquagesimo quarto cœperunt *Græci Messisam* [*Mopsuestiam*] & *Tarsum* l. 18. *ledinilla Alida*, l. 21, 22. instar lapidum molarium massæ conflarentur, quarum binæ *&c.* l. 26. anno trecentesimo sexagesimo secundo, p. 209. l. 29. *Mansur Ebn Nuh*, l. 30. *al.* *Chorasani* & *Bocharæ* Dominus. p. 212. l. 7. correptus est *Sharfo'ddaula*, l. 19. *al.* unàque Duces, l. 21. *al.* ipse viribus auctus *Persiam* &c. l. 30. *Arabs* quidam

p. 213.

p. 213. l 10,11. *al.* & muneribus ad *Graecorum* Imperatorem *&c.* missis, celebris evasit. p. 326. l. 11. cùm tempore quodam Adado'ddaula p 217. l. 7. Dialecticus *in uno tantùm Ex.* habetur. l. 25 *Samsamo'ddaula Ebn Adado'ddaula* p. 218. l. 15. *post* conglutinata. *al.* Lassârunt se, nec emolumenti quicquam reportârunt p. 219. l. 1. ad annos decem; p. 220. l. 13. *Mamun' Ebn Mamun* l. 24. *al. Abu Ali Sharfo'ddaula vid. pag. seq.* l. 29. *al. AlPhakâi* p. 222. l. 12. *al. Heracinsium* l. 28. *al. Ebn Yahya Abu'lBaka AlBuzhani* p. 223. l. 3, 4. *& alibi al Ebn Moassher* l. 6. usus est, anno trecentesimo octogesimo quinto, ut ad ipsum *&c.* p. 223. l. 27. *Abu Ali Ebno'lHosain Ebno'lHaithem sed al. ex. Haitem* p. 224. l. 30. *post* curaret: *adde*, ipse autem in vinculis detentus est in loco quodam domus suæ. p. 225. l. 12, 13. *al. Nasiro'ddaula vid. suprà* p. 221. l. 13, 14. *Ebn Mahmud* l. 31 *al. Sabib Ebn Wathab.* ib. *Harrani* & *Rakka* Dominus, p. 227. l. 9 *al. Jaadi Beg, sic* p. 228. l. 26. *&* p. 238. l. 33. p. 228. l. 15. decies mille aureos p. 229 l. 7. Anno quadringentesimo sexagesimo septimo l. 10 *al. Ebn Jabin,* l. 26. *al. Abu Ali AlHasan Abdalla,* sive *Ebn Abdalla.* l. 29. *legend: Harmatain, sed al. ex. habet Harmain.* p. 230. l. 24. & Physices, & Matheseos p. 232. l. 34. *Non sanavit ipsum à dolore mortis* p. 236. l. 29. operam in *Ægypto* dare, l. 30. *al.* sexagesimum sextum. p. 237. l. 32. filio *Jamalo'lMolci* p. 238. l. 15. Dicite illi à me, l. 30. *al.* Bacheri l. 34. *Marwa* agentem eúmque adiisse. p 239. l. 10, 11. *al.* Multis eum elogiis prædicârunt Poëtæ p. 240. l. 20. *fors. legend* & quinque menses l. 26 *al, Christianos Corjii,* seu Gorgianæ p. 241. l. 13, 14. *al.* quadringentesimo octogesimo octavo. *Sic etiam* p. 240. l 6. *in eodem exemplari habetur, ac proinde* l. 16. *hujus* pag. Anno eodem occisus est Tabas, *ubi in alt. ex: est* Tatash. p. 242. l. 26. die quinto è portis &c. p. 243. l. 9. per septimanam l. 22. cum copiis suis, *Dameganum* profectus est; p. 245. l. 20 *AlShemsania,* al. *AlShemania.* l. 35. *al.* regionis filii *Leonis,* & portarum ejus, p. 246. l 19 *al. ex. exhibet astantes quosdam* Soltanû *alloquentes, non autem filium, sic:* Patri ejus, inquiunt, Dies iste *&c. Responsum verò sic:* Verum dicitis, at Patri illius, ipsi verò faustus imperio [ei delato.] l. 28. *pro* Tatash *al. ex. habet* Tais, *Abu'lFeda verò* Tanash. *vi. suprà.* p. 241. l. 16. p. 248. l. 8. mentionem cum vituperio facit, l. 14, 15 *al. Ali Ebno'lNasir,* l. 24. *al.* è regione *Tennisi* p. 249. l. 33. *al. Hosamo'ddaula,* sed aliis in locis constanter *Hosamo'ddin. sic* p. 250. l. 17. *al. ex. habet* Omado'ddaula, *licèt in eodem statim sequatur* Omado'ddin. p. 251. l. 8, 9. *al.* ad *Dochailum* l. 11. *al.* in *Hadrána* p. 252. l. 35. quingentesimo tricesimo p. 256. l. 6. morbo acuto obiit. l. 10. *al. Kotbo'ddin* David *sed malè, cùm aliàs ubique legatur Maudud.* l. 13. *al.* haud metuente ab eo fratre Kotbo'ddino. p. 257. l. 7. *al. Nabro'lJancum,* l. 12. al. *Chasci, sic* l. 17. *al.* perspectâ *Chascii* intentione malâ oppertus

tus est diem adventus ipsius, & ad se ingressum interfecit. l.23. al. *Nejmo'ddino AlCannio.* p. 258. l. 26. *vid. l. gend. AlMontaseri, vi. sup.* p. 170. & 174. p. 261. l. 6. *al. ex. Abu'lHocm, & sic in sequentibus.* p. 263 l. 15. fortis, justus, vitæ *&c.* l. 18. *al.* quid dicis; *ib.* te aliquid velle; p. 264. l. 13. *al.* Non est in familia *Ijubi* l. 30. *al.* ad filium suum alterum *Saifo'ddinum Gazi.* p 265. l 36. fluvium *Tigrim* p. 267. l. 1. *legend. Jandi al. Jabali.* l. 3. *al.* duce *Kuma*, p. 269. l 36. clam elatus est. p. 270. l. 27. *al.* *Garajanum*, & *Nisibin* p. 272. l. 2. sexcentesimum primum, p. 273. *l.* 15. *al. Hisam* l. 35, 36. *vid legend. ut suprà* p. 243. anno quadringentesimo nonagesimo secundo, p. 274. l. 10. egrediemur omnes: p. 275. l. 6. *post* Domino, *adde*, ad menses octo. p. 277. l. 9. *AlAziz Othman Ægyptum*, l. 15. in *AlCarac* l. 24. *Mausela* è vivis excessit p. 278. l. 35, 36. *Kotbo'ddino Mohammede* p. 280. l. 2. *al. Ebn Saik.* l. 31. *juxta aliam lectionem* Tamujin *tribus illius, non viri, nomen est* p. 282. l. 4. Ei autem & unicuique filiorum l. 5. *al. Kaialik* p. 283. l. 13. Anno sexcentesimo quarto p. 284. l. 16. anno sexcentesimo nono l. 26. 27. *al.* illum unà cum sociis suis duobus ad ipsum deduxerunt. p. 286. l. 17, 18. *al.* & *Karaja Chasum* ejus [*fors* urbis] Dominum p. 287. l. 17. *Shehaboddino Togrol* Eunucho l. 29. *al.* vestes tritas p. 290. l. 10. *al.* & *Cesbci Chan* p. 292. l. 13. *al.* & *Tayephur* Prætor. p. 293. l. 21. *al.* undecim dies p. 295. l. 29. quadraginta sex p. 297. l. 14. *al. Entsjabo'l Ektedàb* p. 298. l. 6. *AlAzz*] Imò, *AlGazz*, i. e. *Turcæ Gazzenses. vi suprà* p. 222. *lege itaque* l. 7. occupaverant, l. 8. *al. Ebno'lRabim Ali* p. 300. l. 2. *al.* sexcentesimo decimo nono, p. 301. l. 2. *post* accessus; *adde* cujus opera expedita sunt hominum negotia. p. 303. l 22 cui ego, O Medice, Annon p. 306 l. 18, 19. *al. Kaphjak, Saksin,* & *Bulgàr*; aliósque *Tebbatum* versus: p. 309. l. 6. ignotum, in Mercatorum comitatu, qui, l. 16. appellatam, ripæ *Karamurani* adjacentem, p. 311. l. 32, 33. *al.* oppidi *Carmalis*, cujus incolæ fugientes p. 312. l 4. *Caicobad, Rumæa* Dominus, p. 313. l. 27. *fors. legend.* multitudinem promiscuam p. 314. l. 4. *fors. legend. Gijatho'ddin*: nam *Aladdin* jam mortuus erat an 634. *vi. supra* p. 312. p. 315. l. 7, 8. erat autem nobis inter illa l. 22, 23. *al.* aliquot ab ea parasangis, *sed in opt. ex. legitur* على دمشق فراسخ l. 34. *Bagdadi* è vivis excessit p 316. l. 2. in Collegium suum, l. 32. *Christianus Melecaus Hierosolymitanus.* p. 321 l. 14. *al.* nomine *Hanbakái.* l. 35. *al. Ancyra, Antiochia,* reliquæq; p. 36. *al Arzenjàn,* p. 327 l. 7. *al. ex.* ex sorore nepos p. 328. l. 2, 3. necnon pecuniarum procurandarum gratia regionibus *&c.* p. 330. l. 2. *al.* venit *Bajeju Nowain,* locum *&c.* p. 331. l. 36. unáque cum ipso *Kahestanum* iverunt p. 334. l. 5, 6. *Ali Bahadur* p. 340. l. 14. *AlMalec AlDhahero* p. 350. l. 9 die Mercurii *Shan[illegible]i* vicesimo, meque *&c.* p. 351. l 22, 23. in provinciis *Syriæ,* p. 354. l. 1. *al. Mausilam* adeuntes, p. 355.

 l. 1.

l. 1 *Mowaffeki Nisibensis* p. 358 l. 14. *al.* *Nojmo'ddin Nakjawanensis* p. 362. l. 34 *Camaloddini Abdo'r Rahmani*, in rebus Religionis adjutoris optimi p. 365. l. 13, missorum patruelem; Chalifam cujus imperii

---

Errata denique Typographica, operarum incuria, vel casu in exemplaribus quibusdam admissa, adjecimus: quibus accensentur minutissima quæque, uti voces malè vel divisæ vel conjunctæ, etiamsi in eis circa literas, punctáve, nihil peccetur; ut quàm paucissima sint in quæ Lectores, utcunque in hisce studiis minus versati, impingant.

P*Ag*: 3. *l.* 11. *leg:* الاذها *l.* 14. الشمس *l.* 18. والغباوة *p.* 4. *l* 4. كثير *p.* 6. del. *ex marg:* al. مفضيا *p.* 9. *l.* 19. بعد *p.* 10. *in marg. Roham.* *p.* 11. *l.* 8. والواداة *p.* 14. *l.* 2. وباقي *l.* 15. وعشرون *p.* 16. *l.* 8. الراى *p.* 17. *l.* 1. وباقي *l.* 8. الارض *p.* 18. *l.* 2. اشمخا *l.* 4. جدوا *p.* 19: *l.* 12: جانب قبر سارا *l.* 8. ايليعازر *p.* 22. *l.* 6. المعظم *p.* 21. *l.* 15. الرابيين *l.* 17. ابي ليعقوب *p.* 23. *l.* 19. زوجه *p.* 24. *l.* 2. *dele* و *initio lineæ.* *l:* 3. *leg:* وعنن *l.* 13. اثنا عشر *l.* 16. عشر *p.* 25. *l.* 1. واحد *l.* 11. ابهود *p.* 26. *l.* 1. وثلث وثلثون *p.* 27. *l.* 12. اشر *p.* 28. *l.* 3. هيا التوزية *p.* 31. *l:* 14. طريق *p.* 32. *l:* 9. المغلة *l.* 15. الي اخر *p:* 36. *l.* 5. واوردتكم *lin.* 12. & *p:* 37: *l.* 1. فينحاس *p.* 37. *lin:* 13. طغا *l.* 19. & *p.* 38. *l.* 8. المتغلب *p.* 39. *l.* 5. دفعالي *p.* 40. *l:* 8. نكرا *p.* 41. *l.* 7. العذرا *l.* 8. يا ابنتي *l:* 11. ذرة *p.* 42. *l.* 2. الافرنجة *in marg:* Roma. *p.* 44. *l.* 1. الماثرنا *l.* 3. & 11. الانبياء *p.* 45. *l.* 4. يقتله *l.* 12. واتوب اليه فابي *l.* 13. وجلس حزينا *p.* 46. *l.* 10. وقطع سيفه *l.* 17. مصبوغة *p.* 47. *l.* 3, 4. وحذر يوناثان *l.* 8. المغارة *p.* 48. *l.* 7. الوف *l.* 17. لا تبغي *l.* 19. مقاتلة *p.* 55. *l.* 4. الهتهن *l.* 12. ولدا سوى *p.* 57. وهزه جاهر *l.* 19. كل زان *p.* 58. *l:* 19. يمشي *p:* 60. *l.* 4, 5. اليسع توفي احازيا *l.* 17. النبي ارتفع *p:* 61. *l:* 7. سنتين *p:* 62. *l:* 1. لافتخر *lin:* 2. فاني *p:* 64. *lin:* 8. المفروضات *p:* 65. *l:* 4. وتقتلهم *l.* 16. وتلك *p:* 66: *l:* 2. لحرقها *l:* 19. مشدود بين *p:* 67. *l:* 1. دفتين *l:* 3: الكورانيين

الاثوراذيين p. 68. l. 6. لا ان فعهـا اليك p. 70. l: 2. بختنصر l: 11.
قبل l: 8. p: 73. بملوك p: 72. l: 2. القاين l: 2. p: 71. المرة l: 18. وبقي
l: 10. اعني l: 15. صاحب p: 74. l: 7. عزيزا p: 75. l: 5. يتكتفوا marg:
واخذه l. 16. كرسي l: 11. قطر l: 10. عززت p: 76. l: 6. وقلاديسهم
p. 77. l: 3. العظمة l: 10. نقف marg: Autolycus p: 80. l: 10. المعروف
ib: انتقضت l: 16. منزلة p: 81. l: 4. قذف p: 82. l: 18. يوحنا الاجهلي
p: 83. l: 1: بيمينة l: 9. يهوبيش p: 84. marg: 70. anni Jeremiæ quando
completi. ib: numerandi. ib. ejus de numeris p: 85. l: 13. الطبيعي p: 87.
l: 9. واحرقها l: 15. اليمنين ويسمي p: 88. lib: 13. مائة p: 89. l: 12.
وكثرة المعودة l: 14. زوجة p: 90. l: 13. الوسام l. 19. تنجيمه p: 91.
l: 17. فرضة p: 92. l: 6. الفيلسوف p: 93. l: 19. الدهرية absq; و p: 95:
l: 15. اللغات p: 96. l: 7. كثيرة l: 16. تتخذ p: 97. marg: Jagugi.
l: 3. فصار صخرا l. 6. مروج يلدان l: 9. بزنجرد bis p: 98. l: 10:
انطاكية p. 101. وكان l: 15. لترك p: 100. l: 8. فان ازدنا l: 17.
l: 11. قايده p: 102. l: 9. الباقيين l: 14. غازيا p: 103. l: 18.
ودعي l: 13. قبرس l: 9. من ملك l. 4. قوزيقوس p: 104. l: 3. جماعة
lin: 17. والبحار lin: 19. ايبرخس p: 106. lin: 7. اربعا وثلثين lin. 10.
وقاويلـه p. 107. l. 13. واللـه p. 109 lin. 4. والمخربة in margine
dele apellata: p: 110. l. 8. فاحملوا p: 112. l: 11. المسيح l: 16. ما بي
p: 117. l: 1. طويلا ibid: بدوت l: 8. افتتح l: 12. المنذر p: 119. l: 11.
قليل p: 121. l: 6. بينـا l: 8. فان مت lin: 11. السمـا lin: 16. تخلفوا in
marg. Athenis ib. Ælia condita. p. 122. l: 7. اظهر l: 15. وتمادى
in marg: بالشر p: 123. l: 5. اذه على l: 18. الرياضي p. 124. l. 18.
ولبغضه l: 19. واطاعوهما p: 127. l: 5. الاسقف l: 14. اظهر l: 15. ابنـا
p. 128. l. 9. وقال l. 15. الصفات l. 17. غزاه سابور بن p. 129. l. 15.
السما p. 130. l. 13. القطب p. 134. l. 1. الاسطقسات l. 5. الاصنام l. 6.

 فيبرا

فيبرا p. 135. l. 5. ووقع p. 136. l. 9. مرضه p. 137. l. 15. هاريسا
p: 138. l. 7. مار افريم l. 10. نصيبين p: 139. l. 5. يجمع p. 141. l. 5.
المواليين p: 142. l. 11. وتزوج l. 16. لئن نخل p. 143. l. 12. ظهرت
p. 146. l. 2. مايتبين l: 4. فنظروا l. 9. خطبة l. 10. فيه p. 147. l. 6.
انطاكية p. 148. l. 7. نصيبين p: 151. l. 11. ولم يمت l. 12. كله
p. 152. l. 4. وافتتحها l. 6. خاصته l. 11. قريبة l. 12. والبطارقة
p. 153. l. 4. للاسكندر l. 11. عظيمة p. 154. lin. 5. اسمه p. 156:
l. 16. جنونه p. 157. l. 4. فافتتحها l. 8. غرغور l. 9. قتل l. 10, &
12. درقل p. 158. l. 19. شره p. 160. l. 11. درات p. 161. l. 8. الحقايق
p. 162. l. 11. غيره l. 17. الاواي p. 163. l. 11. نحوه l. 16. المصطلق
p: 165. l. 3. انفقوا p. 168. l. 10. خالق l. 15. الفعل l: 19. يفعل
p: 170: l: 8: مذاهب p: 172: l: 8. فاختلف lin: 10. يشتغلوا
p: 174. lin: 18: الرحيم p: 175. l. 5. المومنين p. 177. lin. 2. بعض
l: 16. مرازبته p. 178. l. 1. موسي l. 13. الابلة l. 16. المغيرة بن شعبة
p. 179. l. 2. نردة l. 12. الاربعا p. 180. l. 7. يحيي sic l. 16. & p. 181. l 4. &
alibi p. 180. l. 9. ويشهن p. 181: l. 3. الخطاب l. 11. الاجانيطي p. 183:
dele بن *ab initio* l. 16. *quod reponend. in fine* l: 17. p. 184 l. 19. بن ابي
p. 185. l. 12. اخلقه l. 16. اقبلت l. 17. راكب p. 186. l. 7: وضربت
l: 11. كودان l. 12. فاستاذناه l: 17. بعايشة p. 187: l: 6. ما جا
بك l: 14. المعركة p: 188. l. 5. ويذبح p: 189. l. 9. يذانونه l. 18. كتبناه
p 191 *in fine dele* في p. 192. l. 1. بشر بن على مقدمته p: 194. l. 9. فقنفه
p. 195. l. 14. الخبر l. 19. بالرجوع p: 196. l: 15. بنكت p. 198. l: 1. اربع
وستين l: 11. تفسير p. 199. l. 2. ولوددت l: 3. نزل *ib.* نصف l. 5: هو احق
l: 8. فسار l. 15. فتنة *ibid:* منن p: 200. l: 4. يومطينيانس p. 201. l: 2.
والشاش l. 3. اناخ p. 203. l: 4. وذويه l: 13, 14. خدع مسلمة خدعة

p. 204.

p:204. l:14. العزيز p:205. l: 2. بشملة l: 10. يزيد بن p: 206. l. 7.
الظارف l: 3. p: 208. الديلة p:207. l. 9. جانبها l:13: يشمها l: 11. لادع
l: 14. زبان l. 15. جانبة lin: 17: خراسان l: 18. بخداش p. 209. l: 7.
واضربه p:211. lin: 8. اجتمع p: 212. lin: 17. ومسكا p: 213. l. 3.
الدما ib: الوجه l: 1. p: 215. بقيتا l: 15. p:214. الجمعة l: 19. وكما
بالبرذون l:14. وبستامن l: 9. وتضحكان l: 6. عثرانه p:216. l. 3. يحابي
p. 217. l: 6. شرا منه p: 219. l: 12. فقال p: 220. l: 3. تظهر l: 5. مبادك
p: 221. l: 3. يضرب l: 17. شهلانا p:236. l: 19. ماسوبه *cum* ۸ *nudo,* & *sic alibi.* p. 241. l: 10. والجاذب p:243. l: 3. ببنها p: 246. l: 12. وهبت
p:247. l:15. المنجمين p. 248. l. 4. لفظ p: 250. l. 16. اغلب p: 251.
l. 9. صرع l: 18. فحن p. 253. lin: 13. بالناس p: 255. l: 8. فقال له
p. 257. l. 12. فيلة قيان p: 258. l: 2. الغن p: 259. l. 4. فالمشوم
p: 261. l: 8. ننتهن l: 12. بالدامعان l. 14. ومابتين p. 262.
l. 12. *deleatur* اذا بلغ *posterius.* p. 266. l. 4. الاكرام p. 268. *in marg:*
AlMotaded. *à pag:* 272. *ad p.* 281. *corrigendi sunt paginarum numeri,* 273, 274, 275, 276, 277, 278, 279, 280. p. 274. l: 19. والخن
p. 277. *marg:* Abu Said Karmatianus. p: 278. l. 14. بعنيك p: 280.
l: 9. الا صناعة l: 11. الثالث p. 281. *marg:* Thabet. p: 284. lin: 11.
بنام p:287. l. 13. واخوة p: 289. l. 14. بينك p. 290. lin: 6. دينار
p:292. l. 8. يفارق p: 294. l. 11. وضيعوا p. 295. l. 7. ابن بنا p: 296.
lin: 12. مضى القاهر p: 300. lin: 5. تقدم p. 310. lin. 1. فاعتقل
pag: 311. lin: 9. وبالجملة p. 312. l: 14. الثغور p: 317. l: 4. فيل
lin: 16. خلافته p. 318. lin: 17. دعو l. 18. بغداد p. 319. lin: 12.
ايضا p: 320. lin: 19. فاضلا p: 3 22. lin: 18. قبله 324. lin. 13
فاحش p. 336. l. 3. & 434. l: 14. ما منهم p. 347. l. 4. واطلع l. 5. مامنه

p. 348.

p. 348. l. 5. بالحن p. 349. l. 18. بعض p. 350. l. 4. حل الكتاب
p: 361. l: 12. مستغيثا p. 372. l. 3. حصر 376. l. 6. بالنخاس p: 386.
l. 15. فقتلوه p: 393. l. 8. ثلث ملل p: 395. marg: Islamismum. p: 398.
l 3. ثار به p. 404. l. 2. بدنة p. 406. l. 14. فحصرها p. 409. l. 3. اتاه
p: 411. l. 11. وعربان p. 414. l. 10. بكتمر p. 416. l. 9. خلق p: 428.
l. 17. وادفن p. 435. l. 3. بدبار p. 445. l. 12. لحقوه l. 19. ثبنك p. 452.
l. 18. بدت نجوم p. 456. l. 5. واقف p. 461. l: 15. فشا p. 464. l. 1.
بجادي p. 492. l. 11. بلاده p. 513. l. 8. ايلونيا p. 516. l. 12. سلخ
p. 537. l. 14. قلمل p. 546. l: 12. تمموه p. 551. l. 19. وبسطها p. 552.
l. 17. وفيهم ملك p. 559. l. 14. وجا بنا p. 560. lin. 4. المعلم العلم
l. 8. البيه l: 10. بالوحدانية l: 16. ادبته



In

